








1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE



TITI LIVI

RERUM ROMANARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI

AD CODICUM MANU SCRIPTORUM FIDEM EMENDATI

AB

CAR. FRID. SIG. ALSCHEFSKI.

VOLUMEN II.

PRIMAE DECADIS PARTEM ALTERAM CONTINENS.

BEROLINI.
SUMPTIBUS FERDINANDI DÜMMLERI.
1843.

Pauca tantum habeo quae huic alteri decadis primae volumini praemittam: nam eisdem codicum manu scriptorum copiis adiutus eodemque fere quo in prioribus libris institueram consilio usus hos quoque alteros quinque libros Livianos emendare studui. nec in iis solum locis, quibus una integriorum codicum fide consuli posse videbatur (cf. 10, 47.: „trecenta viginti *unum*“:), optimos libros Mediceum et Parisinum secuti sumus, sed etiam in eis locis, in quibus hos antiquiores codices cum nullis libris nisi cum recentioribus quibusdam consentire vidimus, quamvis id quod in reliquis bonis et Palatinis et Drakenborchianis libris inventum est, per se non modo non peius sed non numquam etiam elegantius haberi posset. multa enim sunt, quae alio atque alio dicendi genere exprimantur, cum in rebus ipsis nihil ad modum mutetur: nec minus multa inveniuntur, quae vel ab aliis scriptoribus vel ab eisdem etiam diligentius atque politius expressa videantur: nec tamen ulli sano homini persuaderi poterit, istis alienarum et scriptorum et locorum virtutum cumulandarum studiis antiquos illos verae venustatis simplicitatisque plenissimos scriptores in integrum restitui posse. sed in his rebus diiudicandis, cum inter omnes constet, quanta libertate recentiores

librarii ab duodecimi inde seculi fine in describendis antiquis exemplaribus versati sint, summam vel prope unam legem esse codicum manu scriptorum illud tempus transgredientium consensum auctoritatemque vix quisquam nostra aetate, quam criticam prae ceteris habitam velint, negaverit.

Altera tamen et aliquanto gravior quaestio haec est, num in codicibus deligendis non tam de antiquitate eorum quam qui inter antiquos libros fide digniores essent, in errore quodam versati simus, ut perversa opinione a vero aberrantes integriores aliquos libros minoris quam iustum esset pretii iudicaremus: deinde etiam num, si de antiquissimis fideque dignissimis libris dissentiendum non esset, numne, si qua diversa scriptura in his ipsis codicibus traderetur, quovis loco id exquisiverimus, quod ex multis illis praeceptis, quibus homines docti in criticis rebus vera a falsis discernere atque distinguere solerent, verissimum aut veri simillimum haberi oporteret. multa sane sunt quae de his rebus in utramque partem dici possint, nec dubito quin, quod ad alteram rem attinet, haud pauci loci in his libris inveniantur, quibus alii alias scripturas praelatas maluerint. cum enim ne id quidem facile sit, in suis quemque rebus unam semper eandemque rationem sequi, quanto difficilius oportet videatur, in interiores aliorum scriptorum abditosque sensus ita penetrare, ut nihil omnino ex eorum studiis animos nostros fugere potuisse persuasum habeamus, praesertim cum tot ubique res inveniantur, quibus vix fiat ut non aliud aliis pro magna illa ingeniorum dissimilitudine probandum videatur. neque enim

in his rebus criticis satis est, communes omnium scriptorum alicuius linguae leges ante oculos habuisse easque leges quibus aptissimis humanum ingenium in rebus percipiendis et exprimendis uti soleat, nisi etiam id diligentissime animadverteris, quid proprii cuiusdam studii — sive virtus sive vitium id haberi potest — scriptor ille quem tua cura emendatum velis adamaverit, et quid veri ex continua descriptarum ipsarum rerum serie effici posse atque prodire videatur. periculum iam eius rei locis quibusdam difficilioribus primi capitis totius operis Liviani explicandis, quibus optimos libros manu scriptos inter se dissentire videmus, faciamus.

Ibi enim — ut alia quae intellectu faciliora videantur praetermittam —, ex P scripsimus „*ibi* egressi Troiani, ut (cod. Med.) quibus ab inmenso prope errore nihil praeter arma et naves *superessent*, cum praedam ex agris agerent“, cum in uno M inesset *ubi*, id quod Bekkerus recipiendum putavit, pauloque post *supereet* i. e. *superesset*, quem ad modum in reliquis quoque libris scriptum videtur. neque nego esse potuisse ut, quamvis litterae *u* et *i* vel in optimis libris sexcenties inter se permutarentur, tamen hoc loco non sine idonea causa *ubi* positum videretur, quippe quo relativo scribendi genere orationis partes persaepe connexae essent. verum id neminem infitiaturum esse arbitror, fieri non potuisse ut hac utraque constructione diligentiores scriptores sine ullo delectu atque discrimine uterentur, sed ut non omnibus locis *nec enim* pro *non enim* poni potuerit, nec *ubi* pro *ibi* scribi potuisse. relativis enim illis parti-

culis utebantur, sicubi in neutra loci cuiusdam parti maior aliqua vis exprimenda videretur, coniunctaeque ita partes simplicem quendam rerum ipsarum explicandarum tenorem prae se ferrent, quem gratum verborum complexum nulla altera scribendi ratio aeque efficere potuisset. quem vero fugerit, eam dicendi legem in hoc de quo agimus loco nequaquam expressam videri: scriptor enim non modo non pergit accusativo cum inf. quo coeperat uti, sed etiam alia verba parenthesis loco interposuit, in quibus ipsis non nihil momenti inesset. sic igitur factum est ut, cum iam ad ea quae coepta essent oratio referenda videretur, Livius *ibi egressi* scriberet eadem iusta orationis vi, qua cum aliis similibus locis tum 1, 5. „ibi Euandrum instituisse" ne coepta quidem constructione mutata scriptum videmus. Longe vero aliter in inferiore eiusdem loci parte *ubi* ex uno P a nobis receptum se habere vel me indicente quisque perspexerit, quo loco nulla prorsus causa solutum scribendi genus postularet nec dissimile vero videretur, *ibi* a librariis scriptum esse quod *ubi* cum infinitivo coniunctum ferri non posset. Non magis probandum videbatur eisdem librariis *superessent*, utpote ad quod verbum non *arma et naves* sed *nihil* referendum esset: nec dubito quin multi fuerint, qui tum *superessent* a me ex P receptum viderent, me difficiliora quam veriora sectatum esse censerent. sed in his Livium particula *praeter* adverbii loco uti solitum esse, permulti loci ex meliorum mscriptorum auctoritate restituti persuadent: ut is hoc quoque loco ad verbum *superessent* non *nihil* sed ea nomina, in quibus vera sententiae vis inesset,

relata vellet: id quod peritis Livianae orationis mirum esse non potest, quippe ex qua praedicata, ut vocant, non eo quo debebant, sed ad proxima quaeque nomina spectare soleant. verum haec taliaque minus dubia futura fuisse intelligo, si iam ab initio totius operis ad ea quae minus aperta viderentur probanda similes locos a perversis illis librariorum et antiquorum et recentium emendationibus liberatos subiecissem, ut suo quodque loco verum propriumque Livianum scribendi genus perspici posset: conferantur igitur quae ad 10, 6. „quorum honoribus nihil praeter sacerdotia, quae nondum promiscua erant, deessent", quem ad modum ibi ex omnium meliorum vel Drakenborchianorum codicum fide scribendum erat, dicta sunt. Deinde scripsimus ex eodem antiquissimo P „unde aut quo casu profecti domo *quid quaerentes* in agrum Laurentinum exissent", cum iam in M emendatione parum probabili scriptum esset *quidve quaerentes*. scilicet ita emendandum videbatur quod aliter non esset quo antecedenti *aut* responderetur, eamque scripturam omnibus probatum iri video, qui in verbis *unde aut quo casu profecti domo* et *quid quaerentes* similem quandam interrogationis vim sibi videre videantur. sed praeterquam quod etiam *profecti* ad *exissent* respicit, non video, cum aeque rex Latinus bello paratus fuerit atque Aeneas, qui Livius ita scribere potuerit ut Latini non magis interfuisse videretur scire, *quid quaerentes illi in eum locum venissent* quam *quo casu domi profecti essent*. A Livio *quid quaerentes* scriptum est ut in hoc uno ut par erat omnis eius interrogationis vis inesset, nec aliud quidquam verba

discrepantiam cum Parisino Mediceoque libro diligenter ac libere comparaverint. nam quem ad modum ille consensus, qui iam priore volumine in Harleiano et Leidensi et in vitiis et in virtutibus deprehendendus erat, quo magis ad finem tenderetur eo maior fieri videbatur, ita non modo Leidensis sed etiam Harleianus magis magisque ab illis integrioribus libris aberrarunt. ne tamen vera huius libri Harleiani virtus nos falleret, ita in his studiis versati sumus, ut veluti de integro tota res nulla praesumpta opinione examinanda videretur, et quamquam plurimis locis eum ut expectari poterat ab illis duobus codicibus non dissentientem videbamus, tamen tot locos pessime corruptos et mutilatos invenimus, ut nihil nos prioris iudicii paeniteret. idem prope dici potest de reliquis libris quorum in priore volumine mentio facta est: quanto igitur maiore nos gaudio affici necesse erat, quod quo deteriores et Palatini et Drakenborchiani codices fieri viderentur, eo castigatiores atque integriores libri Mediceus et Parisinus invenirentur. nam cum prioribus huius decadis partibus ne ab his quidem libris emendatrices manus viderentur afuisse, hac posteriore parte librarios multo maiore veteris scriptoris verecundia officio suo functos videbamus, ut oratio antiqua non modo non obrueretur inutilibus coniecturis, sed cum in antiquis exemplaribus legendis illi iam minus difficultatis haberent, ut etiam multo rarius illis quae tot inveneramus mendis erraretur. nam quod in Mediceo libro his quinque libris haud pauci loci inveniuntur, quibus rerum argumenta ab docto quodam homine adiecta sint, cuius rei exem-

plum 2, 36. etiam ex Borbetomagensi codice a B. Rhenano allatum vidimus, id nihil referebat, cum illis adnotationibus, quamvis eae mediis in verbis Livianis interpositae legerentur, oratio integra Liviana nihil mutaretur. sed et in hac re aliquid boni inesse videbatur. cum enim illa argumenta non eo quo Mediceus scriptus est tempore sed longe antiquiore facta sint, nec in Parisino quidquam eius generis adiectum reperiatur, hi duo igitur libri quamquam ita inter se consentientes ut maior scriptorum librorum consensus vix cogitari possit, tamen non ex eisdem sed alienis studiis consiliisque profecti sint, iam sequi videtur ut integritas omnium eorum locorum, quibus nulla scripturae discrepantia in PM inveniatur, quanta maxima habeatur oporteat.

Quaerendum denique est, num qui libri ex illa codicum huius decadis manu scriptorum copia, quam etiam exeunte media quam vocant aetate permagnam fuisse scimus, Parisino Mediceoque antiquiores in recondito aliquo loco abiecti homines talium rerum curiosos adhuc fefellerint. et inter viros doctos qui haec studia Liviana gratissimo suo favore adiuverunt, duo extiterunt rei publicae litteratorum hominum summis maximeque meritis laudibus celebrati, qui benevolentissime pro sua humanitate et eius rei me admonitum voluerunt. Ferdinandus enim Handius per litteras me monuit, ne me praeterire sinerem codicem primae decadis rescriptum Veronensem, cuius ab Angelo Maio mentio facta esset: et Wilh. Henr. Bardili Uracensis certiorem me fecit, ab Steph. Bernhardo in litteris a. 1749. Joh. Jac. Reiskio missis (cf. vita Reisk. p. 348.)

inter multos illos Askewianos codices ex Sicilia in Britanniam allatos commemorari etiam codicem Livianae decadis primae perantiquum litteris uncialibus scriptum. De Askewiano libro nihil adhuc certius comperire potui: et vix mihi persuaserim fieri potuisse ut scriptus alicuius praestantiae liber ita ex Askewiana bibliotheca in Taylorianam migraverit ut nihil eius fama ad aures hominum emanaret. longe maioris res altera videtur momenti: nec dubito quin multis locis dubiis ex Veronensis libri auctoritate vel fides vel auxilium aliquod afferri possit. nam ut complures loci tertiae decadis numquam recte discerni potuissent, nisi Puteano antiquissimo codice appareret, quid antiqua manus quid recentes emendatores librarii scribi voluissent, ita summo pretio is liber futurus esset, qui velut fons antiquissimorum ad hoc tempus collatorum codicum I. decadis inveniretur. nec tamen negaverim, rem aliter se habere in prima atque in tertia decade. praestantiores enim libri, qui bellum cum Hannibale gestum complectuntur, ne Harleiano quidem Rhenanianoque libris exceptis ita ex illo uno liquidissimo fonte hausti videntur, ut nihil prorsus inter eos intersit quam quod alii alias emendatrices manus, quae quattuor in antiquiore libro deprehendantur, sequi voluerint: huius vero primae decadis iam antiquissimis temporibus plures iustas recensiones exortas esse, praeter alia vel Harleiana scriptura persuaserit: ut dubium esse posset, an illi Veronensi libro, si quid discreparet, non plus auctoritatis tribuere liceret quam triplici auctoritati Rhenaniani Medicei Parisini codicum. utut res se habet, nihil tamen mihi antiquius est,

quam ut vir aliquis doctus hunc Veronensem codicem quanta maxima diligentia excutiat eiusque copias in medium proferat.

Nullum adhuc codicem Livianum quamvis antiquissimum eius virtutis repertum esse, ut doctorum hominum coniecturis ad locos corruptos emendandos supersederi potuisset, res ipsa satis docuit: eoque difficilius nostro tempore id studium factum est, quod antiquis libris diligenter inspectis multi loci dubii evaserunt, qui recentioribus scriptis testibus integerrimi videri potuerint. nec ego id tantum periculum fugere debui: sed id unum quam maxime ante oculos habui, ne a me ullus locus coniiciendo temptaretur, qui ita ut in antiquis libris ferretur aliquo modo probari posset. necesse igitur erat multas multorum coniecturas refelli, idque saepius etiam in priore volumine fieri potuisse iam intellexisse mihi videor: neque quidquam mihi gratius fuerit, quam si docti homines veris gravibusque causis persuaserint, ne meis quidem coniecturis opus fuisse aut faciliore aliqua emendandi ratione quam qua mihi visum esset corruptis locis prospici potuisse. cum igitur 1, 43. in PM scriptum esset „quadrifariam urbe divisa regionibusque collibus qui habitabantur“, ausus non sum „regionibusque *et* collibus“ scribere, quod antiqua scriptura integerrima videretur. voluit enim L. dicere, collibus qui habitati essent urbem divisam esse: i. e. regiones urbis descriptas esse illis quattuor collibus. verum cum ita scribere vellet, ei in mentem venit regionum urbis suae aetatis, vocique *urbe,* ut pleniori sensui alicuius rei etiam partes, sicubi opus erat, adiici solebant, addidit *re-*

gionibusque: nam non tam urbs quam regiones aut partes urbis *di*visae i. e. *dis*terminatae sunt illis *col*libus: „nachdem die Stadt und die Bezirke derselben durch die Hügel, welche bewohnt wurden, in vier Theile abgegrenzt worden". Nihil magis igitur his coniecturis spectavimus, quam ut relictis eis, quae in antiquis libris integra legerentur, modo suppleretur quo ad iustum sententiarum connexum efficiendum opus esset et quod facile excidere potuisset. Difficiliore itaque loco 7, 41. particula *atque* restituta nihil deesse videbatur. 6, 38. quo loco *quod,* quae vox in codd. scripta est, deesse non poterat, inter litteras *d* et *u* adiecimus *d̄u,* quo librariorum errore animadverso tot locis iam a prioribus vera oratio reperta erat. Et cum non minus saepe librarii ita lapsi essent ut duo verba in unum connecterent, cuius partes inprimis syllaba *que* omissa comprehendi posse viderentur, 6, 23. *quaerentem* restituimus aliaque eius generis. nam non satis diligentes in retinendis eis quae in antiquioribus libris inveniuntur esse possumus, quod nisi hac lege observata quibuscumque coniecturis copia data erit. haec etiam causa erat, quod 2, 13. „novo *inde* genere" scriberemus, cum ibi in antiquis libris ut multis aliis locis *in* pro *īn* i. e. *inde* scriptum esset: nulla enim causa inveniri potest cur *in* a librariis ultro adiectum sit. nec *inde* h. l. supervacaneum erat, quippe qua voce responderetur verbis *novam in femina virtutem,* cum virgo equo insidens in sacra via poneretur: „sie belohnten deshalb den sonst noch nie so an einem Weibe hervorgetretenen Muth durch eine neue auf die That Bezug habende Auszeichnung".

mihi quidem non magis h. l. *inde* („daher entlehnt") otiosum videtur quam 1, 1. „pagoque Troiano inde nomen est". Quam maxime tamen cavimus, ne in eum errorem, in quem novissimo tempore doctos quosdam homines (cf. 9, 43. pares:) incurrere vidimus, nosmet ipsi incideremus, ut invitis libris antiquis particulas quasdam iniungeremus, quamvis nemo scriptor asyndetis magis usus esset quam Livius. Ad firmandam coniecturam, quam 4, 51. „urbs agerque" non magis ratio loci quam Med. codex poscere videbantur, conferantur iam (praeter 5, 24. 25.) 26, 21.: (Put.) „urps agerque — iussa dari": eodemque loco „urbem agrumque eis adsignaret": „quibus urbs agerque debebatur ex s. c." 7, 31. al. Quod vero 2, 54. *malam malo* ex PM coniungendo scripsimus, in eo nihil aliud fecimus quam quod optimorum librorum auctoritatem neglegere noluimus. saepe enim in aliis libris alias integrae scripturae partes conservatas esse, multi loci, qui nisi hoc uno modo in integrum restitui non poterant, ostendunt: nec id quod eius generis secunda quaedam fortuna deleri noluit, abiicere ausim, praesertim cum idem ratione locorum postuletur. inducto enim *malam* vix haberem, unde *malo* satis defenderem.

In verbis collocandis Mediceum potissimum librum ut in priore volumine secuti sumus, cum in P metathesi illa et syllabarum et vocum interdum erratum esset: omnibusque melioribus libris consentientibus ne id quidem mutare ausi sumus, quod liberiori poetarum studio aptius videretur, sicubi L. gravitatem, quae in rebus inesset, diligentiore etiam verborum iungendorum genere expressam voluit: velut in verbis prooe-

mii totius operis „dum prisca tota illa mente repeto“, quo loco cum *illa* inter verba *tota mente* collocaretur, etiam vocum *prisca illa* vim augeri necesse erat: (cf. 5, 41.). In orthographia tamen maiori quam in prioribus libris constantiae studuimus, cum ibi satis ostendisse videremur, quot eius generis res diligentius etiam perscrutandae essent. et in his quidem rebus codices Puteanus et Laurishamensis maioris auctoritatis erant, eisque auctoribus *condicio* scripsimus, cum *contio* in omnibus antiquis libris reperiretur. In rebus grammaticis potiorem quam sequeremur legem praeter eam, quid integerrimi libri scribi iuberent, non habuimus: sed de his rebus accommodatius ad persuadendum dici non posse videbatur nisi copiis Puteani cod. expositis, cum in recentioribus libris ab duodecimo inde seculo nihil fere eius generis ab imperitis librariis non mutatum videremus. — Finem vero scribendi facere non possumus, quin maximas gratias viris doctissimis agamus, qui ea quae praestare voluerimus, benevole et humaniter, ut homines candidos liberalesque decet, recensuerint: in primis Wilh. Weissenbornio, cuius censuram voluminis I. his proximis diebus maximo cum fructu legimus: nam quamquam multae res eius generis sunt ut suum quisque iudicium sequi debeat, tamen non potest fieri, quin exquisita eius viri doctrina non modo nos ad meliora et veriora saepissime ducamur, sed etiam litterarum ipsarum studium, id quod summi momenti est, et adiuvetur et augeatur.

Scripsi Berolini a. d. IX. Kal. Ianuarias. MDCCCXLIII.

TITI LIVI
RERUM ROMANARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI.

DECADIS PRIMAE
PARS ALTERA.

TITI LIVI
AB URBE CONDITA
LIBER VI.

I. Quae ab condita urbe Roma ad captam urbem eandem Romani sub regibus primum consulibus deinde ac dictatoribus decemvirisque ac tribunis consularibus gessere — foris bella domi seditiones — quinque libris exposui, res cum vetustate nimia obscuras velut quae magno ex inter-

1. *ab condita urbe Roma:* PM. Sic 31, 29. non *urbs Romana* sed ex Bamberg. „*creuit urbs Roma*" scribendum est. sed cf. 6, 6. al.

— *ad captam urbem eandem:* P] ad captam eandem urbem (M). — M. A. Muretus Liviano dicendi genere parum perspecto vocem *urbem* in recentioribus quibusdam mscriptis omissam deleri voluit. Eodem consilio Jac. Gronovius 6, 2. *eo gratiorem* pro „eo *militi* gratiorem" scribendum censuit: J. Gruterus 6, 3. verba „*postquam data spes vitae est*" eiecit: I. Fr. Gron. 6, 4. „*a Veis*": al.

2. *sub regibus primum consulibus deinde ac dictatoribus decemuirisque ac tribunis consularibus:* PM. — Recc. quidam codd.: *deinde consulibus.* In Harl. I. non *ac* sed *te dictatoribus* scriptum est, ut dubium sit num librarius *et* an *tunc* vel *tum* in antiquiore libro ante oculos habuerit (cf. 5, 10.: quae *nunc* etiam).

4. *foris bella domi seditiones:* M. In P primo scriptum erat „*foris sola bella seditiones*", sed voce *sola* deleta eadem m. 1. additum est *domi.*

5. *cum uetustate nimia:* PM. — Codd. recc.: *tum uetustate* cet. — Leid. 1.: „uelut quae *ex* magno interuallo loci".

TITI LIVI
AB URBE CONDITA
LIBER VI.

I. Quae ab condita urbe Roma ad captam urbem eandem Romani sub regibus primum consulibus deinde ac dictatoribus decemvirisque ac tribunis consularibus gessere — foris bella domi seditiones — quinque libris exposui, res cum vetustate nimia obscuras velut quae magno ex inter-

1. *ab condita urbe Roma:* PM. Sic 31, 29. non *urbs Romana* sed ex Bamberg. „*creuit urbs Roma*" scribendum est. sed cf. 6, 6. al.
— *ad captam urbem eandem:* P] ad captam eandem urbem (M). — M. A. Muretus Liviano dicendi genere parum perspecto vocem *urbem* in recentioribus quibusdam mscriptis omissam deleri voluit. Eodem consilio Jac. Gronovius 6, 2. *eo gratiorem* pro „eo *militi* gratiorem" scribendum censuit: J. Gruterus 6, 3. verba „*postquam data spes vitae est*" eiecit: I. Fr. Gron. 6, 4. „*a Veis*": al.
2. *sub regibus primum consulibus deinde ac dictatoribus decemuirisque ac tribunis consularibus:* PM. — Recc. quidam codd.: *deinde consulibus*. In Harl. I. non *ac* sed *te dictatoribus* scriptum est, ut dubium sit num librarius *et* an *tunc* vel *tum* in antiquiore libro ante oculos habuerit (cf. 5, 10.: quae *nunc* etiam).
4. *foris bella domi seditiones:* M. In P, primo scriptum erat „*foris sola, bella seditiones*", sed voce *sola* deleta eadem m. 1. additum est *domi*.
5. *cum uetustate nimia:* PM. — Codd. recc.: *tum uetustate* cet. — Leid. 1.: „*uelut quae ex magno interuallo loci*".

vallo loci vix cernuntur, tum quod et rarae per eadem tempora litterae fuere — una custodia fidelis memoriae rerum

1. *tum quod et rare per eadem tempora litterae fuere:* P] tum quod parvae et rarae per eadem tempora cet. — Iam antiquis librariis, qui non viderent *quod et* aptissime cohaerere cum sequenti *et quod*, adiectivum quoddam ante *et rarae* excidisse videbatur. inde factum est ut *parvae*, quae vox nec in P nec in altero Parisino libro eiusdem decimi seculi comparet, in tertio quodam libro Parisino paulo recentioris aetatis altera demum manu orationi Livianae adderetur, et in cod. Rhenan. et in M in integram orationem reciperetur. in M enim ita est: „tum qđ paruae et rare ꝑ eadem tempora liter fuere". in Harl. I. et Leid. I.: „tum quod paruae rarae" cet. Et re ipsa illi fortasse sibi videbantur ad vocem *parvae* duci, quod haut raro ex similibus verbis unum alterumve omissum viderent, ut etiam hoc loco eadem neglegentia *parvae* propter sequens *per* praetermissum esset. hac quidem interpretatione Aldus usus *perrarae* scripsit. Drakenborchius, qui nec huius loci nec similium rationem perspiceret, vel ex eo lectionem nobis probatam falsam videri opinatus est, quod non *et quod rarae* sed *quod et rarae* in manuscriptis inveniretur, cum illud scribendum fuisset ut *et quod* utroque loco sibi responderent. sed cf. ex. gr. 3, 26. ubi ille eodem errore et invitis libris antiquis „*nihil nec tam—nec tam*" pro „*nihil tam nec—nec tam*" scribi voluit. verum praeter alia etiam quod sequitur *pleraeque* tum demum integrum videbitur, cum *quod et—et quod* arctissime coniunguntur: quare C. Dukerus, qui *parvae* in omnibus libris antiquioribus inesse putavit, *pleraque* praeferendum censuit. Cf. 7, 3.: „quia rarae per ea tempora litterae erant". „Was von der Gründung der Stadt Rom an bis zur Eroberung eben dieser Stadt die Römer ausgeführt — nach Aussen hin ihre Kriege, im Innern die Zwistigkeiten der Stände, das habe ich in fünf Büchern dargestellt, Begebenheiten, denen einerseits ihres allzu hohen Alters wegen die nöthige Beleuchtung fehlt, gleichwie vom Auge das was in weiter Ferne liegt, kaum noch wahrgenommen wird: andrerseits aber, weil theils überhaupt nur selten in jener ganzen Zeit von der Schrift — der einzigen treuen Bewahrerin des Geschehenen — Gebrauch gemacht worden, theils weil, wenn auch wirklich Man-

gestarum — et quod, etiam si quae in commentariis pontificum aliisque publicis privatisque erant monumentis, incensa urbe pleraeque interiere: clariora deinceps certioraque ab secunda origine velut ab stirpibus laetius feraciusque renatae urbis gesta domi militiaeque exponentur. ceterum primo quo adminiculo erecta erat, eodem innixa M. Furio principe stetit, neque eum abdicare se dictatura nisi anno

ches in den Commentaren der Pontificen und in anderen Staats- und Privat-Archiven (cf. 4, 7. al.) aufgezeichnet worden, das Meiste davon bei dem Brande verloren gegangen".

1. *quae in commentariis:* PM. — Harl. I. Leid. I.: quae commentariis.

2. *erant monumentis:* P. — M Harl. I. Leid. I.: „*trans* monumentis": metathesi quadam, nisi fallor, litterarum.

3. *pleraeque interiere:* M m. 2. P. — M m. 1. Harl. I. Leid. I.: pleraeque interire.

4. *laetius feraciusque:* P m. 2. — P m. 1. M: laetius feratiusque. — Harl. I.: laetus. — PM: *exponentur.* M m. 3.: exponuntur.

5. *ceterum primo quo adminiculo:* PM Harl. I. Leid. I. al.] ceterum quo primo adminiculo. — PM: *erecta erat.* Harl. I.: „erita erat".

6. *eodem innixa M. Furio principe stetit:* PM] eodem innisa cet. Cf. 5, 47.: *innixi:* al. — Harl. I.: eodem innixa Furio principe stetit. Leid. I. Voss. II.: eodem innixa Furio stetit. Cf. 5, 30.: „his adhortationibus *principis* concitati patres".

7. *nisi anno circumacto:* PM: h. e. non ante idus decembres a. 365. Ante diem XV Kal. Sextiles a. 364. ad Aliam cum exitio urbis pugnatum erat: per septem fere menses Capitolium Galli obsessum tenuerant auctore Plutarcho (Camill. c. 30.): οὕτως μὲν ἡ Ῥώμη παραλόγως ἥλω καὶ παραλογώτερον ἐσώθη, μῆνας ἑπτὰ τοὺς πάντας ὑπὸ τοῖς βαρβάροις γενομένη· παρελθόντες γὰρ εἰς αὐτὴν ὀλίγαις ἡμέραις ὕστερον τῶν Κυϊντιλίων εἰδῶν περὶ τὰς Φεβρουαρίας εἰδοὺς ἐξέπεσον. idibus igitur Februariis a. 365. Galli a Camillo dictatore victi sunt: ab eo inde tempore M. Furius dictatura in sex menses accepta functus est ad idus Decembres eiusdem anni, quo die novi tribuni consulares magistratum anni 366. occiperent. Idibus vero Decembribus illo tempore tribunos magistratum occipere solitos esse, apud Livium 5, 9. videre licet, ubi ita: „Sergius Verginius — negare se ante idus Decembris solle-

circumacto passi sunt. comitia in insequentem annum tribunos habere, quorum in magistratu capta urbs esset, non placuit: res ad interregnum rediit. cum civitas in opere ac labore adsiduo reficiendae urbis teneretur, interim Q. Fabio, simul primum magistratu abiit, ab Cn. Marcio tribuno plebis dicta dies est, quod legatus in Gallos, ad quos missus erat orator, contra ius gentium pugnasset. cui iudicio eum mors adeo opportuna ut voluntariam magna pars crederet, subtraxit. interregnum initum: P. Cornelius Scipio interrex

mnem ineundis magistratibus diem honore abituros esse". nam a. 363. tribuni Kal. Octobribus magistratum occeperant, quod consules morbo impliciti senatus consulto magistratu se abdicare iussi erant (5, 31. 32.). Cf. etiam Plut. Cam. c. 31.: ἡ βουλὴ τὸν μὲν Κάμιλλον οὐκ εἴασε βουλόμενον ἀποθέσθαι τὴν ἀρχὴν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ κ. τ. λ.

1. *in insequentem annum:* PM Harl. I. Leid. I. — Recc. codd.: in sequentem. Cf. 4, 30. 5, 18.

5. *simul primum magistratu abiit:* PM et optt. quique codd. — Lovell. 4.: „simul ac primum" cet. ut Cic. Verr. lib. 1, 13.: „simul ac primum ei occasio visa est". Iac. Gron. *primum* deleri voluit. sed quamquam Livius coniunctione *simul* ita uti solet, tamen non video cur *simul primum* scribere non potuerit, cum totiens scripserit *ut primum*, *ubi primum*, al. Cf. 4, 18.: „quod simul ubi conspexit".
— *ab Cn. Marcio tribuno pl.:* PM Harl. I. al.] ab C. Marcio cet.

8. *opportuna.* — PM: „oportuna". Ab hoc inde loco cum Puteano semper scripsimus *opportunum.* Sed cf. 25, 23.

9. *interregnum initum: P. Cornelius Scipio interrex* cet.: M. — P: „interregnum iniit. tum p̄. cornelium" cet. sed eadem m. 1. restitutum est *cornelius.* Deinde F. A. Strothium secuti *iterum* non cum Camillo sed cum sequenti oratione coniunximus, quod interregibus nulli eius generis numeri apud Livium additi leguntur nec *iterum* sed *tertium* scribendum erat. Videtur L. hac voce usus esse non tam quod Camillus iam semel interrex tribunos creaverat (cf. 5, 17.), quam quod mirum videri poterat, cum res sub tribunis anno proximo male gesta esset, tamen eum non consules sed *iterum* tribunos creari voluisse. — In P verba ab „scipio interrex" usque ad „p̄. cornelium" scripta sunt m. 2. in margine,

et post eum M. Furius Camillus. iterum is tribunos militum consulari potestate creat L. Valerium Publicolam iterum L. Verginium P. Cornelium A. Manlium L. Aemilium L. Postumium. hi ex interregno cum extemplo magistratum inissent, nulla de re prius quam de religionibus senatum consuluere. in primis foedera ac leges — erant autem eae duodecim tabulae et quaedam regiae leges — conquiri quae conparerent iusserunt. alia ex eis edita etiam in volgus:

cum in continua oratione excidissent.

2. *L. Valerium Publicolam:* cf. 5, 26. 6, 5. — P: *creat. a. ualerium publicolam iterum.* M: *creat. am. ualerium* cet. similique errore rell. codd. Apud Diodorum quoque 15, 22. legimus Οὐαλέριον Αὖλον.

3. *L. Verginium:* PM Leid. I.] L. Virginium. — PM: *P. Cornelium.*

— *A. Manlium.* Leid. II. — P: a. manilium. M: a. maliniumque. Cf. 6, 2. — P: l. aemilium. l. postumium. M: l. aemilium lp̄. postumium.

5. *inissent:* P. — M: iniessent.

6. *erant autem eae duodecim tabulae:* PM Harl. I. Leid. I. — Recc. codd.: *erant autem aereae* vel *aeneae* cet. Cf. 3, 57.: „leges decemvirales — quibus tabulis duodecim est nomen — in aes incisas" cet.

7. *quae conparerent:* I. Fr. Gron. — PM: que conpararent. Harl. I. Leid. I. al.: quae compararent. Saepe ita ab librariis errabatur. 7, 3. quidem in PM recte scriptum est *conparere*, sed vel in Puteano 26, 30. *comparent* pro compareant, 30, 37. *cōparabat* pro cōparebat: al.

8. *in volgus.* sic scribendum videbatur, cum in M m. 1. esset „in uulgos", M m. 2. P „in uulgus". simili mendo scriptum est ex. gr. 28, 38. in Put. et Colb. *bubos* pro *bobus*, quod in Bamb. est. — „*Alia — quae autem*", „einiges — was aber", in quibus verbis explicandis interpretes quidam haeserunt, apte scripta sunt, cum altero loco vox *alia* non sufficeret sed res diligentius describenda videretur. simili modo scriptum est 5, 55.: „movisse eos Camillus cum *alia* oratione tum *ea quae* ad religiones pertinebat maxime dicitur". 7, 19.: „ex ingenti captivorum numero trecenti quinquaginta octo delecti qui Romam mitterentur: volgus aliud trucidatum". 24, 1.: „et eos quidem quos sequebantur non sunt adepti: alias a Messana traicientis freto Regium naves conspexerunt". al. — P m. 1.: obstructus. m. 2.: obstrictos.

quae autem ad sacra pertinebant, a pontificibus maxime ut religione obstrictos haberent multitudinis animos, suppressa. tum de diebus religiosis agitari coeptum, diemque ante diem xv kal. Sextiles duplici clade insignem, quo die ad Cremeram Fabii caesi quo deinde ad Aliam cum exitio urbis foede pugnatum, a posteriore clade Aliensem appellarunt insignemque rei nullius publice privatimque agendae fece-

3. *de diebus religiosis:* PM. Cf. Gellius 4, 9.: „Religiosi dies dicuntur tristi omine infames impeditique, in quibus et res divinas facere et rem quampiam novam exordiri temperandum est. itaque M. Cicero — „maiores“ inquit „nostri funestiorem diem esse voluerunt Alliensis pugnae quam urbis captae, quod hoc malum ex illo. itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in volgus ignotus“. — P: agi*tt*ari.

4. *diemque ad XV kal. sextiles:* PM: nisi quod in P „*kl*“. *ad* nihil aliud est quam *a. d.*, h. e. *ante diem quintum decimum.* In Harl. I. scriptum esse dicitur „diemque ad vx. Kal. Sextiles“: quod ex Romanorum scribendi numeros ratione significaret „v“. sed librarius videtur verba „*ante diem quintum decimum*“ ex suo iudicio numerorum signis descripsisse. num vero Livius h. l. non *decimum quintum* sed *quintum decimum* dici voluerit nescio. sic scriptum est 8, 23. „quartus decumus“, sed 28, 38. in Put. Colb. non „quattuordecim“, ut etiam apud Bekk. est, sed „decem quattuor millia“. al. Cf. 5, 29.

5. *quo deinde ad Aliam:* PM. Cf. 5, 37. 39.

6. *a posteriore clade Alliensem appellarunt:* P. — In M et in cod. Rhen. excidit praepos. *a*.

7. *rei nullius:* M cod. Rhen. Harl. I. Leid. I.] rei nulli (P et alter cod. Rhen.). *Nulli* facile pro *nulli'* scribi potuit. interpretes vero *nulli rei* eadem ratione scriptum putarunt qua „comitia tribunis creandis“ vel „oneri ferendo esse“ al. sed dativus ab hoc loco alienissimus est, et *rei nullius* cohaeret cum *diem* quasi scriptum sit „ut is dies nullius rei agendae esset“. alioquin ablativus quem Tan. Faber restituendum censuit, non erat improbandus, ut 4, 35.: „annum neque bello foris neque domi seditione insignem“. Quem ad modum igitur 4, 35. „quae communia essent comitia patrum ac plebis“, 30, 9. „pro se quisque quae diutinae obsidionis tolerandae sunt convehit“: sic h. l. scriptum est „*diem*

runt. quidam, quod postridie idus Quintilis non litasset Sulpicius tribunus militum neque inventa pace deum post diem tertium obiectus hosti exercitus Romanus esset, etiam postridie idus rebus divinis supersederi iussum, inde ut postridie kal. quoque ac nonas eadem religio esset, traditum putant.

II. Nec diu licuit quietis consilia erigendae ex tam gravi casu rei publicae secum agitare. hinc Vulsci veteres hostes ad extinguendum nomen Romanum arma ceperant, hinc Etruriae principum ex omnibus populis coniurationem de bello ad fanum Voltumnae factam mercatores adferebant: novus quoque terror accesserat defectione Latinorum Hernicorumque, qui post pugnam ad lacum Regillum factam per annos prope centum numquam ambigua fide in amici-

insignem fecerunt rei nullius agendae".

1. *postridie:* P. — M: *p'tridie:* h. e. *posttridie:* et sic paulo post et in M et in P bis scriptum est. — M: *idus quitiles:* dein eadem m. 1.: *quitilis.*

— *non litasset Sulpicius tr. mil.:* PM. Cf. 5, 38.: nec auspicato nec litato instruunt aciem. — Ad *neque inventa pace* „und ohne gefunden zu haben" cf. 32, 10.: „*nec* Philippum ab illius bello *lacessitum* priorem vim omnibus fecisse": 22, 59. al. — M: *obiectus hostis.* m. 2.: *hostibus.* Cf. 3, 36.: „cum fascibus".

6. *quietis:* PM. — Harl. I. Leid. I.: quieti *s*unt. Cf. 2, 7.: *iussi sunt.* — PM: *reip. secum agitare.* Leid. I. Voss. II. al.: agere. — PM: arma *caeperant.*

9. *ex omnibus populis:* PM. In Leid. I. al. *ex* omissum est. — M m. 1. P: coniuratione de bello ad fanum V. factam. M m. 2.: coniurationes de bello ad fanum V. factas. — P: *uultumne.* M m. 1.: *uul..:* reliquis litteris deletis m. 3. scriptum est *uoluntarie:* denique m. 4. suprascriptum est *uoltunnae.* Cf. 5, 17.: „ad fanum Voltumnae". 4, 23.: „ad Voltumnae fanum": al.

11. *nouus quoque terror accesserat defectione Latinorum Hernicorumque:* PM rell. Iac. Gron. malebat *defectio,* ut 6, 6.: „nova cura Latini Hernicique". De foedere cum Latinis facto cf. 2, 33. cum Hernicis 2, 41.

13. *numquam ambigua fide in amicitiam p. r. fuerant:* M Harl. I. Leid. I. — P: in amiciti*a* p. r. — Drakenb. „in amiciti*am*" ita ut 2, 14. „in potestat*em* populi romani esse"

tiam populi Romani fuerant. itaque cum tanti undique terrores circumstarent appareretque omnibus non odio solum apud hostis sed contemptu etiam inter socios nomen Romanum laborare, placuit eiusdem auspiciis defendi rem publicam cuius recuperata esset dictatoremque dici M. Furium Camillum. is dictator C. Servilium Ahalam magistrum equitum dixit, iustitioque indicto dilectum iuniorum habuit ita ut seniores quoque, quibus aliquid roboris superesset, in verba sua iuratos centuriaret. exercitum conscriptum arma-

scriptum arbitratus est. sed ex hac interpretatione verba „numquam ambigua fide esse“ et „in amicitiam p. r. esse“ nihil inter se differrent. referendum igitur *in amicitiam* ad *fide* videtur: „sie hatten die freundschaftliche Gesinnung des röm. Volkes für sie mit unwandelbarer Treue aufgenommen“. Cf. 8, 22.: „civitas — Samnitium infidae adversus Romanos societati freta“. al.

3. *apud hostis:* M m. 1. P] apud hostes (M m. 3.). — P m 1.: non odio solom. — M m. 1.: sed contemtum. m. 3.: sed contemptum.

4. *eiusdem auspiciis defendi remp̄. cuius recuperata esset:* M Leid. I. al.] eisdem auspiciis defendi rempublicam quibus cet. (Voss. I.) — P Harl. I.: *eiusdem* auspiciis defendi remp̄. *quibus* cet. Simili mendo scriptum est 25, 23. in Put. Colb. *cuius* pro *quibus* al. hoc vero loco in pronominibus ad Camillum ipsum relatis maximam vim inesse idque loci rationi aptissimum esse nemo non videt.

6. *is dictator C. Seruilium Ahalam mag̃. equitum dixit:* M. — P: his dictator C. Seruilium halam mag̃ equitum dixit. Cf. 4, 13. In Harl. I. excidit *c.*

7. *dilectum:* PM Leid. I.] delectum. — PM: *in uerba sua iuratos centuriaret:* nisi quod M m. 1.: iuriatos. — Leid. I.: centuriaretur.

9. *armatumque:* P m. 2. M. — P m. 1.: armatorumque. Cf. 6, 6. „honoratum“. — PM: etruriae opposuit. Harl. I.: etruriae copposuit. — M m. 1.: *teram.* m. 3.: *al*teram. — P m. 1.: locar& iussit. m. 2.: locare. — *Tribuni mil.* et ipsi scripsimus, cum in M esset „*tir. mil*“. h. e. *tri mil.* (P: *tr̄. mil.*). verum *praepositus*, cuius loco I. Fr. Gron. *praepositi* malebat, invitis libris antiquis mutandum non erat, cum praesertim Livius participia eius generis cum proximo nomine coniungere soleret.

tumque trifariam divisit: partem unam in agro Veiente Etruriae opposuit, alteram ante urbem castra locare iussit: tribuni militum his A. Manlius, illis qui adversus Etruscos mittebantur L. Aemilius praepositus: tertiam partem ipse ad Vulscos duxit nec procul a Lanuvio — ad Mecium is locus dicitur — castra oppugnare est adortus. quibus ab contemptu, quod prope omnem deletam a Gallis Romanam iuventutem crederent, ad bellum profectis tantum Camillus auditus imperator terroris intulerat, ut vallo se ipsi vallum congestis arboribus saepirent, ne qua intrare ad munimenta hostis posset. quod ubi animadvertit Camillus, ignem in obiectam saepem coici iussit. et forte erat vis magna venti versa in hostem: itaque non aperuit solum incendio viam sed flammis in castra tendentibus vapore etiam ac fumo crepituque viridis materiae flagrantis ita consternavit hostes, ut

4. *ad Vulscos:* P] ad Volscos. — M: ad uulcos.

5. *nec procul a Lanuuio:* PM Harl. I.] nec procul ab Lan. — P Harl. I.: *ad mecium is locus dicitur.* M: ad mes*t*ium cet.

6. *ab contemptu:* P. — M m. 1.: ad contemptu. m. 3.: ad contemptū.

11. *ignem in obiectam saepem coici iussit.* — M: „saepem co*ici*ussit". mediis litteris *ic* erasis m. 2. scriptum est „co*n*iussit" et supra *n* additum *ici*. P: *sepem coci iussit.* Cf. 3, 28.: *coici.* 5, 47.: *coicientium.* 5, 49.: *conicere.* — Leid. I.: *coici*turus sit. Harl. I.: *quoici*turus sit.

12. *et forte erat uis magna:* M m. 1. P. sed in M *erat uis* deletum et m. 3. *ui* scriptum est.

15. *ut minor moles superantibus uallum in castra Vulscorum Romanis fuerit quam transcendentibus saepem incendio absumtam fuerat:* PM: praeterquam quod in M „*ad*sumtam", et in P m. 1.: „absumtam". m. 2.: „absum*tum*". „Dass die Römer mit geringerer Anstrengung über den Wall in das Lager drangen als sie über den niedergebrannten Verhau gekommen waren": vel potius „dass es den Römern schwerer fiel über den niedergebrannten Verhau zu kommen als über den Wall in das Lager zu dringen". Hoc attractionis genere graecis scriptoribus usitato interdum etiam Livius usus est. Cf. Krüger d. Attraction p. 410. Difficillimum tamen eius generis est quod 1, 29. legimus: „raptim qui-

minor moles superantibus vallum in castra Vulscorum Romanis fuerit quam transcendentibus saepem incendio absumptam fuerat. fusis hostibus caesisque cum castra impetu cepisset dictator, praedam militi dedit quo minus speratam — minime largitore duce — eo militi gratiorem. persecutus deinde fugientes cum omnem Vulscum agrum depopulatus esset, ad deditionem Vulscos septuagesimo demum anno subegit. victor ex Vulscis in Aequos transiit et ipsos bellum molientes: exercitum eorum ad Volas oppressit, nec castra modo sed urbem etiam adgressus impetu primo cepit.

III. Cum in ea parte in qua caput rei Romanae Camillus erat ea fortuna esset, aliam in partem terror ingens ingruerat. Etruria prope omnis armata Sutrium socios populi Romani obsidebat, quorum legati opem rebus adfectis orantes cum senatum adissent, decretum tulere ut dictator primo quoque tempore auxilium Sutrinis ferret. cuius spei moram cum pati fortuna obsessorum non potuisset, confe-

bus quisque poterat elatis — iam continens agmen migrantium inpleverat vias": et 4, 39.: „quibus poterat sauciis ductis secum — ad urbem proximis itineribus pergit". 21, 45. al. Cf. N. Bachius ad Tac. Ann. 1, 59.: „ut quibusque bellum invitis aut cupientibus erat": al.

5. *minime largitore duce:* P. Sigonius cum recc. quibusdam codd. „*a* minime larg." cet. scribi voluit. — M mediis verbis omissis: „fusis hostibus caesisque cum castra impetu coepisset dictator praedam *militi* | gratiorem".

6. *Vulscum agrum:* P. — M: uolscum agrum. — Paulo post PM et *uulscos* et *ex uolscis.* — M: septuag*i*simo.

9. *ad Volas.* — PM: *ad bolas.* Cf. 4, 49. ubi hoc oppidum saepius *Volae* nominatur: 4, 51. *uolani agri:* al. Videtur h. l. *Bolas* pro *Volas* scriptum esse, quem ad modum in M 4, 32. *a beis* pro *a Veis*, 6, 3. *ad bono hoste* litterarum metathesi pro *ab nouo hoste* multaque similia scripta sunt. sed cf. 2, 39.: *Labicos.* M: impetu primo *cae*pit.

13. *Sutrium socios. pr.:* PM rell. — In P *obsidebat* ita scriptum est ut etiam pro *obsedebat* haberi posset. cf. 3, 37. — M m. 1.: „quorum legati *ope* rebus adfectis": dein litterae *o* et *e* deletae sunt in *ope.*

17. *non potuisset:* PM Harl. 1.

ctaque paucitas oppidanorum opere vigiliis vulneribus, quae semper eosdem urgebant, per pactionem urbe hostibus tradita inermis cum singulis emissa vestimentis miserabili agmine penates relinqueret, eo forte tempore Camillus cum exercitu Romano intervenit. cui cum se maesta turba ad pedes provolvisset principumque orationem necessitate ultima expressam fletus mulierum ac puerorum, qui exilii comites trahebantur, excepisset, parcere lamentis Sutrinos iussit, Etruscis se luctum lacrimasque ferre. sarcinas inde deponi Sutrinosque ibi considere modico praesidio relicto, arma secum militem ferre iubet. ita expedito exercitu profectus ad Sutrium — id quod rebatur — soluta omnia rebus ut fit secundis invenit, nullam stationem ante moenia, patentes portas, victorem vagum praedam ex hostium tectis egerentem. iterum igitur eodem die Sutrium capitur: victores Etrusci passim trucidantur ab novo hoste neque se conglobandi coeundique in unum aut arma capiundi datur spatium. cum pro se quisque tenderent ad portas si qua forte se in

Leid. I. — Recc. codd.: *non posset.* — PM Harl. I. Leid. I. al.: „*opere uigiliis uulneribus*".

3. *inermis cum singulis emissa uestimentis miserabili agmine penates relinqueret:* Harl. I.] inermes — emissi — relinquerent. Idem fere quod in Harl. I. etiam in PM Leid. I. scriptum est, nisi quod in eis *inermes* legitur. sed totiens ita *es* pro *is* in fine nominum ab errantibus librariis scriptum est, ut de vera huius loci scriptura vix dubitandum sit. negandum tamen non est, litteram *a* verbi *emissa* manu altera scriptam esse in M: nec cerni potuit, quae ibi littera antea fuisset.

5. *maesta turba:* M. — P: mesta turba. — PM: *qui exilii comites trahebantur.* In Harl. I. excidit *qui.*

10. *considere:* P. — M: consedere. Cf. 1, 48.

12. *soluta omnia:* P. — M litterarum metathesi: „soluat omnia". dein m. 3.: salua omnia.

14. *praedam ex hostium tectis egerentem:* PM. — Recc. codd.: ex hostium tectis praedam egerentem.

16. *ab nouo hoste:* P. — M litter. metath.: „ad bo | no hoste". Cf. 6, 2.: ad Bolas.

17. *capiundi:* PM Leid. I. al.] capiendi.

agros eicere possent, clausas — id enim primum dictator imperaverat — portas inveniunt: inde alii arma capere, alii, quos forte armatos tumultus occupaverat, convocare suos ut proelium inirent: quod accensum ab desperatione hostium fuisset, ni praecones per urbem dimissi poni arma et parci inermi iussissent nec praeter armatos quemquam violari: tum etiam quibus animi in spe ultima obstinati ad decertandum fuerant, postquam data spes vitae est, iactare passim arma inermesque, quod tutius fortuna fecerat, se hosti offerre. magna multitudo in custodias divisa: oppidum ante noctem redditum Sutrinis inviolatum integrumque ab omni clade belli, quia non vi captum sed traditum per condiciones fuerat.

IV. Camillus in urbem triumphans rediit trium simul bellorum victor. longe plurimos captivos ex Etruscis ante currum duxit, quibus sub hasta venundatis tantum aeris redactum est, ut pretio pro auro matronis persoluto ex eo quod supererat tres paterae aureae factae sint, quas cum titulo nominis Camilli ante Capitolium incensum in Iovis cella constat ante pedes Iunonis positas fuisse. Eo anno in civi-

5. *ni praecones:* M. — P: ni precones. — P m. 1.: et parci in*h*ermi.

11. *redditum:* PM. — Recc. codd.: redditur.

12. *per condiciones:* P m. 2. — P m. 1. M: per condi*t*iones. scil. Etruscis ab Sutrinis.

14. *Camillus in urbem triumphans rediit:* PM. — Harl. I. Leid. I.: triumphans *praemium ad nos venientibus* rediit: (!).

— *trium simul bellorum uictor:* PM. Cf. T. Livi prooem.: „dum novi *semper* scriptores — credunt". al.

16. *quibus sub hasta uenundatis:* PM. 4, 29. PM: uenu*m*dati. cf. 4, 34. „aliis sub corona uenu*n*datis".

17. *ut pretio pro auro matronis persoluto:* PM: nisi quod M „pr*ae*tio". Cf. 5, 50.: „cum in publico deesset aurum ex quo summa pactae mercedis Gallis confieret, a matronis conlatum acceperant ut sacro auro abstineretur". — Leid. I.: que pretio. Harl. I.: q̄ pretio.

18. *tres paterae aureae:* PM. — M: *factae sint.* P: factae sunt. — Leid. I.: tres paterae efectae. — M: in iouis cella cōs tat ante cet.

tatem accepti qui Veientium Capenatiumque ac Faliscorum per ea bella transfugerant ad Romanos, agerque his novis civibus adsignatus. revocati quoque in urbem senatus consulto a Veis, qui aedificandi Romae pigritia occupatis ibi vacuis tectis Veios se contulerant. et primo fremitus fuit aspernantium imperium: dies deinde praestituta capitalisque poena qui non remigrasset Romam, ex ferocibus universis singulos metu suo quemque obedientes fecit. et Roma cum frequen-

1. *Veientium Capenatiumque ac Faliscorum:* P. — Harl. I.: capena*n*tiumque. M: fal*s*iscorum. — M: *per ea bella.* P: „*post* ea bella“: in quem errorem huius libri scriba saepe incidit.

2. *agerque his nouis ciuibus adsignatus:* PM] agerque iis novis cet.

3. *reuocati quoque in urbem s̄. c̄. a ueis:* PM. — M: „au † eis qui † aedificandi“: mediis locis aliquid erasum erat. — PM: *qui aedificandi romae pigritia.* Leid. I.: aedificand*ae* romae. — PM: *occupatis ibi uacuis tectis ueios* (P: ue*l*os) *se contulerant.* Harl. I. Leid. I.: se contule*runt.* — In his verbis Hysteron-proteron inesse videtur, cum scribendum fuerit „qui aedificandi Romae pigritia Veios se contulerant ibique vacua tecta occupaverant“. necesse igitur est Livium verbis „Veios se contulerant“ idem quod „Veis habitare statuerant“ vel simile quid exprimere voluisse. Quod ad rem ipsam attinet, cf. 5, 38. 39. quibus locis maiorem Romanorum partem ex pugna Alliensi Veios quam Romam petisse relatum legimus.

7. *qui non remigrasset Romam:* PM: h. e. *ei qui* vel *si qui* (3, 17. al.). In recc. quibusdam codd. est *nisi remigrassent:* sed simili modo pronom. demonstr. saepe omissum est: ex gr. 23, 15.: „praemia atque honores *qui* remanserant — praeposuit“.

— *ex ferocibus uniuersis singulos metu suo quemque oboedientes fecit:* PM. Qui primo universi consensuque omnium freti aspernari sibi posse videbantur illud imperium, illi capitali poena praestituta, cum suus quemque metus sollicitaret, singuli Romam remigrarunt: „während sie zuerst sich einmüthig dagegen erklärt hatten, so gehorchten sie, als die Todesstrafe gegen den Ungehorsamen ausgesprochen, Einer nach dem Anderen“. — Leid. I.: „uniuers*os* singulos“.

8. *et Roma cum frequentia crescere tum tota:* M. In P excidit *cum.* — PM: „et rep̄ inpensas adiuuante et ae-

tia crescere tum tota simul exsurgere aedificiis et re publica inpensas adiuvante et aedilibus velut publicum exigentibus opus et ipsis privatis — admonebat enim desiderium usus — festinantibus ad effectum operis: intraque annum nova urbs stetit. Exitu anni comitia tribunorum militum consulari potestate habita: creati T. Quinctius Cincinnatus Q. Servilius Fidenas quintum L. Iulius Iulus L. Aquilius Corvus L. Lucretius Tricipitinus Ser. Sulpicius Rufus exercitum alterum in Aequos non ad bellum — victos namque se fatebantur — sed ab odio ad pervastandos fines, ne quid

dilibus uelut publicum exigentibus opus". *exigere* h. l. non *examinare*, id quod Drakenb. arbitratus est, sed *impellere ut res primo quoque tempore perficiatur* significare loci ratio videtur docere. aediles igitur singula quaeque inspexerunt aedificantibusque instituerunt, velut publicum quoddam opus exigendum esset. huc enim pertinet, quod 5, 55. scriptum est: „tegula publice praebita est, saxi materiaeque caedendae unde quisque vellet ius factum, *praedibus acceptis eo anno aedificia perfecturos*".

4. *intraque annum:* P m. 2. M. — P m. 1.: intraquam annum.

5. *exitu anni* (P m. 1. *ani*) *comitia tribunorum militum consulari potestate habita:* PM rell. — I. Fr. Gron. malebat „comitiis — habitis". — PM: creati T. Quintius Cincinnatus Q. Seruilius Fidenas quintum.

7. *L. Iulius Iulus*, quem ad modum Sigonius scribi voluit, propter id quod in Leid. I. est, pro falso haberi non potest. ibi enim „iu*ll*ius iulus" litterarum metathesi pro „l. iulius iulus" scriptum videtur. cf. T. Livi l. XXX. p. LXVII. VIII. 1. In M nihil est nisi „l. iulius", idem in P „iulius l", in Harl. I. „iullus tullius" (cf. 4, 56.). Diodorus 15, 23.: Λεύκιος Ἰούλιος.

7. *L. Aquilius Coruus L. Lucretius Tricipitinus:* PM] L. Aquillius cet. Cf. 2, 4. et Diod. l. l.

8. *Seruius Sulpicius Rufus* scribendum erat, quamvis in PM „seruilius sulpicius" et apud Diod. 15, 23. „Σερουΐλιος Σουλπίκιος" esset, cum *seruilius* non praenomen sed gentem significaret. simili mendo 5, 29. in PM „sergius sulpicius" scriptum est. cf. quoque 2, 19. Aliis vero locis ut 3, 7. 10. 5, 32. iustum nomen „seruius sulpicius" in PM reperitur.

ad nova consilia relinquerent virium, duxere, alterum in agrum Tarquiniensem. ibi oppida Etruscorum Cortuosa et Contenebra vi capta. ad Cortuosam nihil certaminis fuit: inproviso adorti primo clamore atque impetu cepere: direptum oppidum atque incensum est. Contenebra paucos dies oppugnationem sustinuit, laborque continuus non die non nocte remissus subegit eos. cum in sex partes divisus exercitus Romanus senis horis in orbem succederet proelio, oppidanos eosdem integro semper certamini paucitas fessos obiceret, cessere tandem locusque invadendi urbem Romanis datus est. publicari praedam tribunis placebat, sed imperium quam consilium segnius fuit: dum cunctantur, iam militum praeda erat nec nisi per invidiam adimi poterat. Eodem anno, ne privatis tantum operibus cresceret urbs, Capitolium quoque saxo quadrato substructum est, opus vel in hac magnificentia urbis conspiciendum.

2. *ibi oppida Etruscorum Cortuosa et Contenebra ui capta:* PM. — Harl. I. Leid I.: „ui capta atque capta dirutaque": sed in eisdem excidit *ad* quod sequitur. atque inde etiam apud Drakenb. „vi capta dirutaque".

4. *inprouiso adorti:* P. — M: inprouiso adort*is*. m. 3.: ador*tos*. — P: c*ae*pere.

6. *laborque continuus* („aber"): PM. Cf. 2, 23.: frequenti*que* tandem curia. 4, 30.: *nec* obtineri potuit.

8. *senis horis:* P m. 2. — P m. 1. Leid. I.: senis oris. M: romanus senioris | in orbem.

9. *integro semper certamini:* PM. — Harl. I. minus recte „*integros*". — Leid. I.: „locus que*m* uadendi": sic sexcenties inter se permutata sunt *m* et *in*.

15. *Capitolium:* P m. 2. M. — P m. 1.: „conspiciendum capitolium": sed prius verbum m. 2. deletum est.

— *substructum est:* P. — M m. 1.: sub*t*ructum est. m. 2.: sub*s*ructum. Harl. I.: sobstructum est. Leid. I.: quadratos obstructum est. — Recc. codd. alii *obstructum* alii *constructum est*, ut 1, 26.: „Horatiae sepulchrum — constructum est saxo quadrato". *Substructum* verum esse docet Plin. 36, 15. 104.: „sed tunc — *substructiones* insanas Capitolii mirabantur". — Ad verba „vel in *hac* magnificentia" cf. Livi prooem. „festinantibus ad *haec* nova". 1, 55.: „ne *horum* quidem magnificentiae operum": h. e Livianae aetatis.

V. Iam et tribuni plebis civitate aedificando occupata contiones suas frequentare legibus agrariis conabantur. ostentabatur in spem Pomptinus ager tum primum post accisas a Camillo Vulscorum res possessionis haud ambiguae. criminabantur multo eum infestiorem agrum ab nobilitate esse quam Vulscis fuerit: ab illis enim tantum quoad vires et arma habuerunt incursiones eo factas, nobiles homines in possessionem agri publici grassari, nec nisi ante quam omnia praecipiant divisus sit, locum ibi plebi fore. haud magno opere plebem moverant et infrequentem in foro propter aedificandi curam et eodem exhaustam inpensis eoque agri in-

1. *iam et tr̄. p̄l. ciuitate* cet.: PM. — P m. 1.ɪ con*ten*tiones suas. P m. 2. M: *contiones.*

2. *ostentabatur in spem:* PM. Dukerus scribi maluit „in speciem". sed equidem non video cur, cum 4, 36. legatur „agri publici dividendi ostentatae spes", 3, 61. „parva certamina in summam totius profecerant spei", 25, 7. „cum Tarentinorum defectio in spe Hannibali esset" al., cur igitur h. l. dici non potuerit, agrum in spem ostentatum esse, praesertim cum ille ager non in speciem sed tamquam vere sperandus ostentaretur, quod nihil plebem prohibere videretur quominus eo fruerentur nisi vis patriciorum. — P m. 1.: poptimus ager. m. 2.: pōptinus ager. M m. 1.: prumptin' | ager. m. 3.: proptin'. Cf. 6, 6. PM: ex agro pomptino. 2, 34. al. — PM: *uolscorum res.*

3. *post accisas a Camillo Volscorum res:* PM Harl. ɪ. Leid. ɪ. — Alii codd.: occisas, abscisas, abscissas, decisas. Cf. 3, 10.: „abscisae res". — P m. 1.: possession*es*.

6. *quam Vulscis fuerit:* PM] quam a Volscis fuerit. Cf. 1, 58. 14.

— *quoad uires et arma habuerunt:* PM. — P m. 1.: u*e*res. — P: in possessionem publici grassari.

8. *quam omnia praecipiant:* PM cod. Rhen. Leid. ɪ. — Harl. ɪ.: praecipitant. Voss. ɪ. al.: praecipitarent.

9. *magno opere:* PM Harl. ɪ. Leid. ɪ.] magnopere. Cf. 3, 26. 9, 33. — P: plebem mouerat. M: plebem moueunt. m. 2.: mouent. Livium plusquamperfecto ita uti solere notum est.

11. *et eodem exhaustam inpensis:* PM cod. Rhen. h. e. et ob hanc ipsam curam. — M: „eoque agri inmemorem *atq.* instru | endum". P m. 1.: ad quem intruendum. m. 2.: instruendum.

memorem ad quem instruendum vires non essent. — In civitate plena religionum, tunc etiam ab recenti clade superstitiosis principibus, ut renovarentur auspicia res ad interregnum rediit. interreges deinceps M. Manlius Capitolinus Ser. Sulpicius Camerinus L. Valerius Potitus. hic demum tribunorum militum consulari potestate comitia habuit: L. Papirium C. Cornelium C. Sergium L. Aemilium iterum L. Menenium L. Valerium Publicolam tertium creat: ii ex inter-

1. *in ciuitate plena religionum tunc etiam ab recenti clade superstitiosis principibus:* PM: nisi quod in P m. 1. erat „superstitio*n*is", in M m. 1. „suptitiosis". — Ante haec verba aliquid excidisse arbitror, cum non sit relatum, cur tribunos comitia habere noluerint quem ad modum anno ante habuerant, neque quidquam ab eis factum neglectumve videatur, quo superstitiosae hominum mentes moverentur. diligenter enim id Livius referre solet, si qui magistratus vitio creati essent aut si quid ab eis commissum esset quo necesse videretur auspicia de integro repeti et interregnum iniri.

3. *res ad interregnum rediit:* PM.

5. *L. Valerius Putitus:* PM Harl. I. Leid. I. Sic scriptum est quoque 6, 18. sed cf. 5, 1. al.

6. *L. Papirium:* PM. — *C. Cornelium* Sigonius ex Diod. 15, 24. videtur recte restituisse, cum nec in PM nec in rell. Liv. codd. inveniatur, sed pro eo *cn. sergium* (PM). sed sic et alias *cn.* et *cornelius* permutata sunt. *C. Sergium* vero, cuius loco apud Diod. *Gaium Servilium* legimus, ex 6, 27. restituendum est, ubi in optt. quibusque codd. „Gaio Sergio *tertium*" est. Cf. T. Livi l. xxx. p. lvi. 3. — Deinde in PM repperimus „l. aemilium iterum *licinium* menenium. l. ualerium publicolam tertium": in quo *licinium* pro *lucium* eodem mendo scriptum est quo 6, 4. *seruilius* pro *seruius*. Diod. l. l. „Λεύκιον Μενήνιον". — In Harl. I. exciderunt „L. Aemilium iterum L. Menenium". — Cum in codd. quibusdam *creati hii* (PM) sequeretur, I. Fr. Gron. „L. Papirius — creati" scribi voluit: sed *ihii* nihil aliud dicere videtur, quam in aliis libris *i* in aliis *ii* vel *hii* inveniri. cum igitur *hii* persaepe pro *ii* scriptum sit (4, 48.), hoc loco *ii* pro vero habemus. — P: *ex interregno mag̃ occepere.* M: ex interregno mag̃ *a*ccepere. Cf. 5, 9. 31. al.

regno magistratum occepere. eo anno aedis Martis Gallico bello vota dedicata est a T. Quinctio duumviro sacris faciendis. tribus quattuor ex novis civibus additae Stellatina Tromentina Sabatina Arniensis, eaeque viginti quinque tribuum numerum explevere.

VI. De agro Pomptino ab L. Sicinio tribuno plebis actum ad frequentiorem iam populum mobilioremque ad cupiditatem agri quam fuerat. et de Latino Hernicoque bello mentio facta in senatu maioris belli cura, quod Etruria in armis erat, dilata est. Res ad Camillum tribunum militum consulari potestate rediit: collegae additi quinque Ser. Cornelius Maluginensis Q. Servilius Fidenas sextum L. Quinctius Cincinnatus L. Horatius Pulvillus P. Valerius. principio anni aversae curae hominum sunt a bello Etrusco, quod fugientium ex agro Pomptino agmen repente inlatum in urbem attulit Antiates in armis esse Latinorumque populos

1. *aedis:* PM Harl. I. Leid. I.] aedes. Cf. 4, 25. — M m. 1.: a lito quintio du | uiro. m. 3.: duum | uiro. P m. 1.: a tito quinti*l*io duumuiro. m. 2.: quintio. — PM: *sacris faciendis.*

3. *tribus* IIII *ex nouis ciuibus additae:* P. — M: trib. IIII ex nouis ui*ci*bus additae.

4. *Tromentina:* P Leid. I. — M cod. Rhen.: *romentina:* sed cf. Festus. — Harl. I.: tr*e*mentina.

— *Arniensis:* PM Harl. I. Leid. I. Et sic non modo in inscript. et apud Cic. de lege agr. II. 29, 79. sed etiam ap. Liv. 29, 37. scriptum est in Put. „*ad tribum Arniensem*": sed cum ibi m. 2. additum esset *n*, factum est ut in Colb. Med. Bamb. *narniensem* scriberetur.

4. *uiginti quinque tribuum:* P. — M: „eaeque quinque | triginta xxv. tribuum": cf. 2, 7.: *fieri:* et 2, 21. 1, 43.

6. *ab L. Sicinio tr. pl.:* PM. — Harl. I.: ab. l. icinio. Leid. I.: ab licinio.

10. *dilata est:* P m. 2. M. — P m. 1.: dilata*ta* est. Cf. paulo post in P „detrac*ta*tum".

— *res ad Camillum tr. mil consulari pot rediit:* M. — P: res ad Camillum tr pl consulari pot rediit.

12. *Q. Seruilius Fidenas sextum:* PM: nisi quod in M m. 3. „sextu*s*". — Diodorus 15, 25. Horatii Valeriique mentione non facta quattuor h. a. tribunos consulares fuisse tradit.

iuventutem summisisse ad id bellum, eo abnuentes publicum fuisse consilium quod non prohibitos tantum modo voluntarios dicerent militare ubi vellent. desierant iam ulla contemni bella: itaque senatus diis agere gratias quod Camillus in magistratu esset: dictatorem quippe dicendum eum fuisse si privatus esset. et collegae fateri regimen omnium rerum, ubi quid bellici terroris ingruat, in viro uno esse, sibique destinatum in animo esse Camillo summittere imperium, nec quidquam de maiestate sua detractum credere quod maiestati eius viri concessissent. conlaudatis ab senatu tribunis et ipse Camillus confusus animo gratias egit. ingens inde

1. *iuuentutem summisisse ad id bellum:* M] iuventutem suam misisse cet. (P cod. Rhen. — sed uter suorum codd. fuerit Rhen. non dicit: —) *Summisisse* h. e. *clam misisse* verissimum est. qui enim Latini cuiquam persuadere poterant, iuventutem suam non publico consilio ad id bellum profectam esse, si eam vere argui possent ad bellum misisse: verum si eos clam misissent, rem abnui posse arbitrabantur, cum iuvenes voluntarii militare ubi vellent non esse prohibiti dicerentur. nec id rem dubiam fecerit, quod h. l. „su*m*misisse" pauloque post in PM „su*b*mittere" legimus: sic enim 2, 7. „su*m*missis" et paulo post „su*b*missa" in eisdem PM legimus: sic in Put. Colb. 22, 37. „su*m*mittenda" et 24, 34. „su*b*missa": al. — Harl. I.: eo*s* abnuentes. — M: militare ubi *uelle*.

3. *desierant:* PM. — Harl. I.: desi*n*erant. cf. 3, 18.: *sissent.* — P: contem*p*ni: cf. 4, 3.

5. *in magistratu esset:* M m. 3. — M m. 1.: essed. P: esse. — PM: *dictatorem quippe dicendum eum fuisse si priuatus esset:* Cf. Cic. de imp. Cn. Pompei 17. 50. init.

8. *nec quidquam.* P Harl. I.: *ne*quicquam. M Leid. I.: *ne*quiquam. Cf. 5, 43. „nec quiquam". — P: detrac*ta*tum.

9. *quod maiestati eius uiri concessissent:* PM. — Harl. I.: quod maiestat*e* eius uiri consistat. Leid. I.: quod maiestate eius uiri consistent. — *Maiestati* aeque recte se habet h. l., atque 3, 34. „appellation*e*".

10. *conlaudatis ab senatu tr. et ipse* cet.: PM. Paulo post PM: *onus a pr. sibi.*

11. *confusus animo:* PM al. — Recc. codd.: con*fis*us animo. — *Confusus* h. l. non id quod 1, 7. significat, quare ibi altera etiam vox addenda et scribendum videbatur „con-

ait onus a populo Romano sibi, qui se dictatorem iam quartum creasset, magnum a senatu talibus de se iudiciis eius ordinis, maxumum tam honoratum collegarum obsequio iniungi. itaque si quid laboris vigiliarumque adici possit, certantem secum ipsum adnisurum ut tanto de se consensu civitatis opinionem quae maxima sit etiam constantem efficiat. quod ad bellum atque Antiates attineat, plus ibi minarum quam periculi esse: se tamen ut nihil timendi sic nihil con-

fusus atque incertus animi" h. e. „er wusste sich die Sache nicht zu erklären". confunduntur res, ubi multarum rerum in uno loco coacervatarum nulla prae ceteris satis distingui potest. sic *clamor* 30, 6. *confusus* dicitur, quod discerni non poterat, utrum inter caedem et vulnera an ex trepidatione nocturna sublatus esset. hoc vero loco Camillus confusus animo dicitur, quod multi eodem tempore in animo eius motus extiterint, cum summo honore se omnium consensu affectum videret nec sibi ipse tanto honore dignus videretur, ne vicem fortunae humanae expertus nimia sui fiducia deorum iram moveret. vernacula lingua fortasse dicas „beschämt über eine so grosse Auszeichnung".

1. *qui se dictatorem iam quartum creasset:* PM rell. — Dukerus *creasset* idem h. l. quod *creaturus fuisset* significare arbitratus est: quod interpretationis genus non videtur probandum. Non proprie illa verba dicta videri possunt sed propensa hominum voluntate pro re ipsa accepta, cum nec ipse Camillus dictator fieri vellet, nec a populo creari dictator posset (cf. 22, 8.), et Valerius sibi M. Furium pro dictatore fore apte diceret. nihilo minus tamen Camillus tanto imperio functus est, licet dictator dictus non fuerit, cum collegae eius maiestati cederent suumque illius imperio submitterent. hoc sensu Camillus 6, 7. militibus dicit „an me quod *non dictator* vobis *sed tribunus* signum dedi, non agnoscitis ducem"?: et 6, 42. dictator *quintum* dicitur, cum 6, 38. idem adversus tribunicias seditiones dictator dictus esset.

3. *maxumum tam honoratum collegarum obsequio:* P] maximum tam honoratorum collegarum cet. *Honoratum* etiam in M Harl. I. Leid. I. scriptum est. Cf. 1, 43. 11.: *primum peditum*. Recc. codd.: *honorato*.

6. *constantem efficiat:* PM. — Harl. I. Leid. I.: constantem ei faciat. — P m. 1.: adque.

temnendi auctorem esse: circumsederi urbem Romanam ab invidia et odio finitimorum: itaque et ducibus pluribus et exercitibus administrandam rem publicam esse: „te“ inquit „P. Valeri socium imperii consiliique legiones mecum adversus Antiatem hostem ducere placet, te Q. Servili altero exercitu instructo paratoque in urbe castra habere intentum, sive Etruria se interim ut nuper sive nova haec cura Latini atque Hernici moverint: pro certo habeo ita rem gesturum ut patre avo teque ipso ac sex tribunatibus dignum est: tertius exercitus ex causariis senioribusque a L. Quinctio scribatur qui urbi moenibusque praesidio sit: L. Horatius arma tela frumentum quaeque belli alia tempora poscent provideat: te Servi Corneli praesidem huius publici consilii custodem religionum comitiorum legum rerum omnium urbanarum collegae facimus“. cunctis in partes muneris sui benigne pollicentibus operam Valerius socius imperii lectus adiecit, M. Furium sibi pro dictatore seque ei pro magistro equitum futurum: proinde quam opinionem de unico impe-

2. *et exercitibus administrandam remp. esse:* PM: nisi quod in P *et* excidit. — Leid. I.: administrand*u*m.

4. *P. Valeri.* — P m. 2. M: l. ualeri. P m. 1.: te inquid. l. ualerii solatium imperii cet. — M: antia*n*tem hostem.

5. *te Q. Seruili:* Harl. I. Leid. I. — PM: *teque seruili.* idem mendum saepe in Put. invenimus: ex. gr. 29, 19.: „ante omnis *que* Fabius“ pro „Q. Fabius“. Nihilominus tamen dubium est an L. „*teque Q. Seruili*“ scripserit. cf. T. Livi l. XXX. p. XXIV. II.

8. *mouerint:* PM. Minus recte Harl. I.: mouer*e*nt. — P: ut patre auo t*o*que ipso. M: ut patre au*t* te | que ipso.

10. *a. L. Quinctio.* — P Harl. I. Leid. I.: „a tito quinctio“. M: „a tito quintio“.

12. *quaeque belli alia tempora poscent:* P. h. e. quaeque alia belli temp. cet. Cf. 3, 55.: „hac iuris lege interpretes“. — M: „quaeque belli | a*t*ia tempora“. et sic Harl. I. Leid. I. Sic paulo ante *tito* pro *lucio* vel *t* pro *l* scriptum erat.

13. *te Serui Corneli:* PM. — P m. 1.: pr*a*es*s*idem. — PM cod. Rhen. Harl. I.: *collegae facimus.* Recc. quidam codd.: collega*m* facimus.

15. *muneris sui:* P m. 2. M. — P m. 1.: muneri sui.

ratore, eam spem de bello haberent. se vero bene sperare patres et de bello et de pace universaque re publica erecti gaudio fremunt, nec dictatore umquam opus fore rei publicae si tales viros in magistratu habeat tam concordibus iunctos animis, parere atque imperare iuxta paratos laudemque conferentes potius in medium quam ex communi ad se trahentes.

VII. Iustitio indicto dilectuque habito Furius ac Valerius ad Satricum profecti, quo non Vulscorum modo iuventutem Antiates ex nova subole lectam sed ingentem Latinorum Hernicorumque conciverant ex integerrimis diutina pace populis. itaque novus hostis veteri adiunctus commovit animos militis Romani. quod ubi aciem iam instruenti Camillo centuriones renuntiaverunt, turbatas militum mentes esse, segniter arma capta cunctabundosque et resistentes egressos

2. *et de pace uniuersaque rep. erecti gaudio fremunt:* PM. — Leid. I.: gaudio erecti fremunt.

3. *nec dictatore umquam opus fore reip.:* M m. 2. P. — M m. 1. Haverc.: nec dictatorem cet.

8. *dilectuque habito:* M m. 2. P] del. cet. — M m. 1.: dilectumque. — PM: *ad Satricum.* M m. 2.: ad Sutricum. — P m. 1.: quo non uulscorum modio iuuentutem. m. 2.: modo. M m. 1.: quo non uulscorum modo iuuentum. m. 2.: iuuentam. — P: *ex noua subole.* M: ex noua sobole. Cf. 6, 12. ubi PM: *subole.* al.

12. *commouit animos militis romani:* P. — M: commouit animos militis romanis. m. 2.: militibus. Cf. 6, 1.: obiectus hosti.

13. *aciem iam instruenti Camillo:* P. — M m. 1.: acie mī†instruenti Camillo. m. 2.: aciē multā instruenti cet. — M: *centuriones renuntiauerunt.* P: centuriones nuntiauerunt.

14. *turbatas militum mentes esse:* PM. — Recc. codd.: turbatas mentes militum esse.

15. *segniter arma capta cunctabundosque et resistentes egressos castris esse:* P. — M: segniter arma capt† cunt†ndosque et resistentes egressos cet. m. 3.: segniter arma capt's cunt†pauidosque et resistentes cet. I. Fr. Gron. scribi voluit *restitantes* pro *resistentes*, cum ita saepe a Livio scriptum esset: ex. gr.

castris esse, quin voces quoque auditas, cum centenis hostibus singulos pugnaturos et aegre inermem tantam multitudinem nedum armatam sustineri posse, — in equum insilit et ante signa obversus in aciem ordines interequitans: „quae tristitia milites haec, quae insolita cunctatio est? hostem an me an vos ignoratis? hostis est quid aliud quam perpetua materia virtutis gloriaeque vestrae? vos contra me duce — ut Falerios Veiosque captos et in capta patria Gal-

7, 39.: „ubi restitaret mortem denuntiantes". 10, 19.: „prope restitantes consules in contionem pertraxerunt". Sed cum milites quamquam cunctabundi tamen imperio obtemperasse castrisque egressi dicantur, *resistentes* rationi huius loci aptius videtur (cf. 5, 29.). Bekkerus Gronovium secutus est. — P m. 1.: singul*is* pugnaturos.

3. *in equum insilit:* P. — M: in equm | insilit. — P: et ante *in*signa. — M m. 1.: ordin*is*. M m. 3. P: *ordines interequitans*.

5. *quae tristitia milites haec quae insolita cunctatio est:* PM. — Harl. I.: interequitat sunt quae haec tristitia.

— *hostem an me an uos ignoratis:* P m. 2. M. — P m. 1.: hostem an*ne* me an uos cet. Num librarius voluerit „*hostemne an me*"? nam quamquam *anne* per se improbandum non est, tamen hoc loco propter eiusdem particulae repetitionem minus placet.

6. *hostis est quid aliud:* PM. — P m. 1.: aliut. Docti quidam homines hac eleganti verborum structura parum perspecta modo „hostis quid est aliud" modo „hostis quid aliud est" scribi maluerunt. Cf. 4, 3.: Quanto opere vos contemnerent patres — videor animadvertisse nunc maxime, quod adeo atroces in has rogationes nostras coorti sunt — quibus quid aliud quam admonemus cives nos eorum esse.

7. *uos contra me duce:* PM. „Habt ihr denn nicht so eben nur über eben diese Völker einen dreifachen Sieg davongetragen?" Namque in verbo *contra* idem fere inest quasi L. scripserit: „quam contrarium huic vestrae tristitiae est quod modo ex iis ipsis populis me duce triplicem victoriam rettulistis".

8. *et in capta patria:* PM. — Harl. I. al.: et iam capta patria. Dukero magis placebat *et recepta patria*, sed L. hoc ipsum, quod Dukero videbatur vitandum, dicere voluisse videtur: „in capta ipsa ab hostibus patria, ubi hostium ruinaeque urbis patriae respectus militum minus for-

lorum legiones caesas taceam — modo trigeminae victoriae triplicem triumphum ex iis ipsis Vulscis et Aequis et ex Etruria egistis. an me, quod non dictator vobis sed tribunus signum dedi, non agnoscitis ducem? neque ego maxima imperia in vos desidero et vos in me nihil praeter me ipsum intueri decet: neque enim dictatura mihi umquam animos fecit ut ne exilium quidem ademit. idem igitur omnes sumus, et cum eadem omnia in hoc bellum adferamus quae in priora attulimus, eundem eventum belli expectemus. simul concurreritis, quod quisque didicit ac consuevit, faciet: vos vincetis, illi fugient".

VIII. Dato deinde signo ex equo desilit et proximum signiferum manu arreptum secum in hostem rapit „infer miles" clamitans „signum". quod ubi videre ipsum Camillum iam ad munera corporis senecta invalidum vadentem in hostes, procurrunt pariter omnes clamore sublato „sequere imperatorem" pro se quisque clamantes. emissum etiam signum Camilli iussu in hostium aciem ferunt idque ut repeteretur concitatos antesignanos: ibi primum pulsum Antiatem terroremque non in primam tantum aciem sed etiam ad subsidiarios perlatum. nec vis tantum militum mo-

tium animos fregisset, vos me duce hostem vicistis". — M m. 1. P m. 2.: *triūphū ex iis ipsis uolscis.* M m. 2.: triūphū *quē* | ex cet. P m. 1.: ex hiis ipsis. — M m. 1.: et ex aetruria*e* egistis. m. 2.: aetruria.

6. *neque enim dictatura:* P. — M: neque dictatura. — M m. 1.: *ut ne exilium quidem.* m. 2.: *at ne* cet.

7. *idem igitur omnes sumus:* PM] iidem cet.

12. *ex equo desilit:* M. — P: ex equo consilit.

15. *iam ad munera corporis senecta inualidum:* PM.

17. *emissum etiam signum:* P m. 2. M. — P m. 1.: emisum cet. I. Fr. Gron. malebat *missum.* — P m. 1.: in hostem aciem ferunt idque repeteretur. m. 2. restituit et *hostium* et *ut.*

19. *ibi primum pulsum Antiatem terroremque non in primam tantum aciem sed etiam ad subsidiarios perlatum:* PM. — Recc. quidam codd. et „ibi primum Antiatem pulsum" et „sed ad subsidiarios".

vebat excitata praesentia ducis, sed quod Vulscorum animis nihil terribilius erat quam ipsius Camilli forte oblata species: ita quocumque se intulisset victoriam secum haud dubiam trahebat. maxime id evidens fuit, cum in laevum cornum prope iam pulsum arrepto repente equo cum scuto pedestri advectus conspectu suo proelium restituit ostentans vincentem ceteram aciem. iam inclinata res erat sed turba hostium et fuga inpediebat, et longa caede conficienda multitudo tanta fesso militi erat, cum repente ingentibus procellis fusus imber certam magis victoriam quam proelium diremit. signo deinde receptui dato nox insecuta quietis Romanis perfecit bellum: Latini namque et Hernici relictis Vulscis domos profecti sunt malis consiliis pares adepti even-

1. *excitata praesentia ducis:* PM. — Leid. I.: ducis praesentia. — P: *sed quod uulscorum animis.*

3. *quocumque se intulisset:* PM. Cf. 2, 38.: ut quisque *eveniret*. al. — M m. 1.: tra*x*ebat. m. 2.: traebat.

4. *cum in laeuum cornum:* M] cum in laevum cornu (P): scil. Romanorum. Cf. 3, 62. 70. al. — P m. 1. M m. 1.: lae*u*m. — Leid. I. al.: cum *eum* in laevum c.

5. *cum scuto pedestri:* PM. — M m. 2.: pedest*er*.

7. *iam inclinata res erat:* M m. 3. P. h. e. iam inclinabatur hostium acies. — M m. 1.: res†rat sed.

8. *et fuga inpediebat* (scil. Romanos): PM cod. Rhen. al.] et fuga impediebatur (Harl. I. Leid. I.). Simili errore in eisdem Harl. I. Leid. I. paulo ante scriptum erat *feruntur* pro *ferunt*, et 6, 7. in Leid. I. *decetur* pro *decet*. Cf. 5, 40. „cetera inter se onere partito *ferunt*". al. — PM: *imber certam magis uictoriam quam proelium diremit*. Cf. 6, 32.: et ut nondum satis claram victoriam sic prosperae spei pugnam imber ingentibus procellis fusus diremit. 7,33.: nec superfuissent multi, ni nox victoriam magis quam proelium diremisset. al.

11. *nox insecuta quietis Romanis perfecit bellum:* PM. — Leid. I. et recc. codd.: perf*i*cit bellum. — PM: *relictis uolscis:* pauloque post *uulsci ubi*. — P: *se desertos ab eis uidere quos primo camillus* cet. Quae in continua oratione exciderant, leguntur in margine sic: „quorum fiducia rebellauerant relictis castris moenibus satricis se includunt". — M m. 1. cod. Rhen.: *moenibus Satrici se includunt*. M m. 3.: S*u*trici.

tus: Vulsci ubi se desertos ab eis videre quorum fiducia rebellaverant, relictis castris moenibus Satrici se includunt. quos primo Camillus vallo circumdare et aggere atque operibus oppugnare est adortus: quae postquam nulla eruptione inpediri videt, minus esse animi ratus in hoste quam ut in eo tam lentae spei victoriam expectaret, cohortatus milites ne tamquam Veios oppugnantes in opere longinquo sese tererent, victoriam in manibus esse, ingenti militum alacritate moenia undique adgressus scalis oppidum cepit. Vulsci abiectis armis sese dediderunt.

IX. Ceterum animus ducis rei maiori Antio inminebat: id caput Vulscorum eam fuisse originem proximi belli. sed quia nisi magno apparatu — tormentis machinisque — tam valida urbs capi non poterat, relicto ad exercitum collega Romam est profectus, ut senatum ad excidendum Antium hortaretur. inter sermonem eius — credo rem Antiatem diuturniorem manere diis cordi fuisse — legati ab Ne-

3. *quos primo Camillus uallo circumdare:* PM. — Harl. I. Leid. I.: quos *quem ad modum Satricum capiatur a Camillo* primum Camillus cet. — PM: minus esse anim*i ir*atus in hoste. — M m. 1.: expectare*m*. m. 3.: expectaret.

7. *ne tamquam Veios oppugnantes in opere longinquo sese tererent:* P m. 2. cod. Rhen. — P m. 1. M: „sese terrerent". inde recc. quidam: „sese te*n*erent".

9. *Vulsci abiectis armis sese dediderunt:* PM.

11. *ceterum animus ducis rei maiori antio inminebat:* P. — M: animu*m*.

12. *id caput uulscorum eam fuisse originem proximi belli:* PM. Cf. 3, 10.: id caput eas vires belli esse. al.

14. *relicto ad exercitum collega:* P. — M: colega.

17. *diis cordi fuisse:* PM. Cf. 1, 39.: evenit facile quod diis cordi esset. 6, 20.: nec dis cordi fuisse poenam eius. 9, 1.: quibuscumque diis cordi fuit subigi nos — iis non fuisse cordi cet.

— *legati ab Nepete ac Sutrio auxilium aduersus Etruscos petentes:* PM. Sigonius ex recentioribus quibusdam libris scribi voluit *ab Nepet.* et sic Prisc. 6, 4. 22.: „Git et Nepet nomen oppidi Italici indeclinabilia sunt". sed cf. apud Livium 6, 21.: triumviros Nepete coloniae dedu-

pete ac Sutrio auxilium adversus Etruscos petentes veniunt, brevem occasionem esse ferendi auxilii memorantes. eo vim Camilli ab Antio fortuna avertit. namque cum ea loca opposita Etruriae et velut claustra inde portaeque essent, et illis occupandi ea cum quid novi molirentur, et Romanis recuperandi tuendique cura erat. igitur senatui cum Camillo agi placuit ut omisso Antio bellum Etruscum susciperet: legiones urbanae, quibus Quintus Servilius praefuerat, ei de-

cendae creaverunt (PM). 10, 14.: ab Sutrio et Nepete et Faleriis legati (PM). 27, 9.: Ardea Nepete Sutrium (Put.). 29, 15.: decreuerunt ut consules magistratus denosque principes Nepete Sutrio Ardea — Romam excirent (Put.). — P m. 1.: *ad*ueniunt breuem occassionem esse. m. 2.: ueniunt.

3. *namque cum ea loca opposita Etruriae et uelut claustra inde portaeque essent:* PM: nisi quod in P m. 1. „opp*i*sita". Videndum est ne quem vera huius loci diligentissime scripti interpretatio fugiat. verba *opposita Etruriae* spectant ad *Romanos*, atque *inde* ad *Etruscos*. quae deinde sequuntur his prioribus accommodata sunt, quamquam res aliter se excipiunt, id quod elegantior oratio postulabat. „Denn da diese beiden Städte eben so gut für Schutzwehren gegen Etrurien angesehen werden konnten als für Festungen und Thore von Etrurien aus gegen Rom: so lag es den Etruskern für den Fall dass man etwas gegen Rom unternehmen wolle, nicht weniger am Herzen sich dieser Plätze zu versichern, als den Römern sich dieselben nicht nehmen zu lassen".

7. *omisso Antio:* P m. 2. M. — P m. 1.: omi*s*o.

8. *Q. Seruilius* cum Glareano scripsimus, id quod in mscriptis legitur „quibus *quinctius* praefuerat" errore librarii cuiusdam natum rati. neque quidquam facilius fieri potuit, quam ut, si hoc quoque loco *quintus ser* ut 6, 22. scriptum erat, syllaba *er* excideret et *quintius* pro *quintus* scriberetur, quem ad modum *Quintus* et *Quintius*, *Seruius* et *Seruilius* permultis aliis locis inter se permutata sunt. *Quinctius* enim (cf. 6, 6.) praefuerat causariis senioribusque, qui urbi praesidio fuerant, minime aptis illis ad tale bellum ineundum: *Seruilius* ei exercitui, qui intentus si quid in Etruria moveretur, et ipse in urbe castra habuit. Errorem etiam praebuerit, quod non Servilius sed Quinctius cum Horatio in Volscos missus diceretur,

cernuntur. quamquam expertum exercitum adsuetumque imperio qui in Vulscis erat mallet, nihil recusavit: Valerium tantum modo imperi socium depoposcit. Quinctius Horatiusque successores Valerio in Vulscis missi. profecti ab urbe Sutrium Furius et Valerius partem oppidi iam captam ab Etruscis invenere, ex parte altera intersaeptis itineribus aegre oppidanos vim hostium ab se arcentes. cum Romani auxilii adventus tum Camilli nomen celeberrimum apud hostis sociosque et in praesentia rem inclinatam sustinuit et spatium ad opem ferendam dedit. itaque diviso exercitu Camillus collegam in eam partem circumductis copiis, quam hostes tenebant, moenia adgredi iubet, non tanta

quamquam ille qui iam sexies tribunus mil. fuerat, aetatem excusavisse poterat. ille enim Q. Servilius, cuius 6, 22. mentio fit, non idem cum hoc Servilio est. — In Leid. I. exciderunt *quibus quintius*.

1. *quamquam expertum exercitum adsuetumque imperio qui in* (M m. 1.: quin. m. 2.: q in) *uulscis erat mallet:* PM: „obgleich er wohl gewünscht hätte". — P m. 1.: nihil recussauit.

3. *imperi:* M m. 1. — P m. 1.: tantummodo inproperii socium. m. 2.: inperii.

— *Quintius Horatiusque successores Valerio in Vulscis missi:* PM] Quintius — in Volscos missi. — *Valerio in Vulscis* coniungenda videntur. Sed cf. etiam 24, 20.: Gracchus in Lucanis aliquot cohortes — in agro hostium praedatum misit (Put. Colb.) al.

4. *profecti ab urbe Sutrium:* PM. — Leid. I.: profecti ad urbes utrium. Recc. codd. ad urbem Sutrium.

7. *cum Romani auxilii aduentus:* M m. 1. P. — M m. 3.: tum Romani cet. — PM: *tum Camilli nomen celeberrimum.* In Leid. I. et recc. quibusdam codd. excidit *celeberrimum*.

9. *apud hostis:* M m. 1. P] apud hostes (M m. 2.).

— *et in praesentia:* PM. — Recc. codd. omittunt *et.* — M m. 1.: ad opom ferendam.

10. *itaque diuiso exercitu:* PM. — Recc. codd.: *ita.*

11. *in eam partem:* PM Harl. I. Leid. I.] eam in partem (recc. codd.).

12. *non tanta spe:* P. — M: *iubetmontana spescalis:* unde coniici posset, *non tam spe* a Livio scriptum esse. verum hoc significaret Camillum iam desperasse, urbem scalis ex ea parte capi posse, quod Livius dicere non vult. *non tanta spe* igitur significat, Camillum

spe scalis capi urbem posse, quam ut aversis eo hostibus et oppidanis iam pugnando fessis laxaretur labor et ipse spatium intrandi sine certamine moenia haberet. quod cum simul utrimque factum esset ancepsque terror Etruscos circumstaret et moenia summa vi oppugnari et intra moenia esse hostem viderent, porta se, quae una forte non obsidebatur, trepidi uno agmine eiecere. magna caedes fugientium et in urbe et per agros est facta. plures a Furianis intra moenia caesi: Valeriani expeditiores ad persequendos fuere nec ante noctem, quae conspectum ademit, finem caedendi fecere. Sutrio recepto restitutoque sociis Nepete exercitus ductus, quod per deditionem acceptum iam totum Etrusci habebant.

X. Videbatur plus in ea urbe recipienda laboris fore, non in eo solum quod tota hostium erat, sed etiam quod parte Nepesinorum prodente civitatem facta erat deditio. mitti tamen ad principes eorum placuit, ut secernerent se

moenia eius partis quam hostes tenerent aggredi iussisse, non quod illo potissimum impetu urbem capi vellet, sed ut ita hostes a se suoque incursu averterentur. — P m. 1.: fessis eo hostibus laxarentur labor. m. 2.: fessis laxaretur labor.

3. *quod cum simul utrimque factum esset:* PM. — Harl. I. Leid. I.: utrique. — P m. 1.: porta *re* quae una forte non obsidebatur trepidi uno agmine *eicere*. P m. 2. M: *porta se — eiecere*. — Leid. I.: quae una fonte. Harl. I.: quae una fronte. — Leid. I.: uno trepidi agmine.

8. *et per agros:* M m. 3. P. — M m. 1.: et per agro. — M: magna cedes.

11. *Nepete exercitus ductus:* PM. — Recc. quidam codd.: *Nepet:* ut paulo ante. — P m. 1.: perditionem. P m. 2. M: per deditionem.

14. *uidebatur plus in ea urbe recipienda laboris fore:* M: quamquam etiam in hoc libro *uidebantur* primo fuisse videtur. — P: uidebantur plus in ea recipienda cet. — PM rell.: *non in eo solum quod tota hostium erat.* Doeringius malebat *non ideo solum* scribi: sed *in eo* referendum est ad *plus laboris fore.*

17. *ut secernerent se ab Etruscis:* M. — P: ut secernerent se ab utriscis.

gio iterum tribunis consulari potestate — grave bellum foris, gravior domi seditio exorta: bellum ab Vulscis adiuncta Latinorum atque Hernicorum defectione, seditio — unde minime timeri potuit — a patriciae gentis viro et inclytae famae M. Manlio Capitolino. qui nimius animi cum alios principes sperneret, uni invideret eximio simul honoribus atque virtutibus M. Furio, aegre ferebat solum eum in magistratibus solum apud exercitus esse, tantum iam eminere ut isdem auspiciis creatos non pro collegis sed pro ministris habeat, cum interim — si quis vere aestimare velit —

C. Sergium propter repetitam vocem *iterum* ab antiquis librariis male h. l. praetermissum esse, cum eius nomen apud Livium 6, 5. (*C. Sergium*) inter tribunos mil. cons. pot. reperiretur, et 6, 27. *Gaio Sergio tertium* legeretur. nam quod Diodorus 15, 28. C. Sergi mentionem non facit, non magni momenti est, cum ille scriptor his omnibus prope annis quibus apud Liv. aliosque scriptores sex tribunos fuisse videmus, quattuor tantum tribunorum nomina tradiderit. Deinde vero quod Livius *Tito et Lucio Quinctiis Capitolinis* scripsit, cum 6, 18. inveniatur *T. Quinctius Cincinnatus II*, 6, 32. *L. et C. Quinctios Cincinnatos:* id inde factum est, quod non modo cognomen *Cincinnatorum* sed etiam agnomen *Capitolinorum* eiusdem Quinctiae gentis fuerat. ita fieri potuit, ut ad a. 370. in recentium scriptorum annales referretur *Quinctius Cincinnatus Capitolinus II.*

2. *bellum ab Volscis* (?): cod. Rhen. — M m. 1.: bellum *ad* uulscis. M m. 2. P: bellum *a* uulscis. — M: latinorum *adque* hernicorum. — M: *inclytę famae.* P: inclitae.

5. *qui nimius animi:* M m. 2. P. — M m. 1.: animis. Cf. 3, 26.: imperii nimium.

7. *solum eum in magistratibus solum apud exercitus esse tantum iam eminere:* PM. — Leid. I. Voss. II. al.: solum eum in magistratibus solitum apud exercitum esse. Harl. I. Leid. I.: emineret.

9. *ut isdem auspiciis:* P.] ut iisdem ausp. — M: ut hisdem auspitiis. — M m. 1. P: habeat. M m. 3.: habebat.

10. *cum interim si quis uere aestimare uelit a M. Furio recuperari patria ex obsidione hostium non potuerit:* M cod. Rhen.: cum in P sit „uelit m̄ furio". Deinde restituimus ex M *et in spem pacis resolutis animis*, cum

a M. Furio recuperari patria ex obsidione hostium non potuerit, nisi a se prius Capitolium atque arx servata esset;

in P et rell. codd. *in* excidisset. Praeterea levi mendo *armatus* in P scriptum est pro *armatos*. — *Cum interim* apud Livium in apodosi cum infinitivo historico positum videmus, si quid, quod vix exspectari posse videbatur, maiore quadam orationis vi pronuntiandum erat. cf. 3, 37.: „id modo plebem agitabat, quonam modo tribuniciam potestatem repararent, cum interim mentio comitiorum nulla fieri". Idem prope quod *cum interim*, videtur *cum* interdum significasse in eis locis, quibus hanc coniunctionem modo infinitivus modo indicativus vel praeteriti vel praesentis in apodosi sequebatur. cf. 2, 27.: „victor tot bellis promissa consulis fidemque senatus expectabat, cum Appius quam asperrime poterat ius de creditis pecuniis dicere". In oratione obliqua *cum interim* etiam cum accusativo c. infinitivo, quamvis coniunctivus desiderari posset, apud Livium positum videmus. cf. 4, 51.: „iacere tam diu inritas actiones quae de suis commodis ferrentur, cum interim de sanguine suo latam legem confestim exerceri": „während zu derselben Zeit". 6, 27.: „fugere senatum testes tabulas publicas census cuiusque, cum interim obaeratam plebem obiectari aliis atque aliis hostibus". Ab hoc sensu harum particularum interdum aliquanto declinasse videtur Quintilianus, apud quem *cum interim* saepe cum indicativo coniunctum legitur: ex. gr. 10, 1. 18.: „pudet enim dissentire et velut tacita quadam verecundia inhibemur plus nobis credere, cum interim (wiewohl nicht selten) et vitiosa pluribus placent et a corrogatis laudantur etiam quae non placent": quem locum C. Zumptius restituit. Huic Quintilianeo similis est is locus Livianus, de quo agendum est. nam ibi nulla prope temporis, quae in voce *interim* inest, ratio habita videtur, ut vernacula lingua interpretari possis „während doch, wenn man anders richtig urtheilen wolle, die Vaterstadt vom Feinde nicht habe durch Furius wieder befreit werden können, wenn er (Manlius) nicht zuvor das Capitol und die Burg gerettet hätte". Altera vero magna huius loci difficultas ea est, quod Livius in constructione, qua primum coniunctivo usus est, non perstiterit, sed in extrema parte accusativum cum inf. posuerit. nec tamen per se ille accus. c. inf. improbandus est, cum

et ille inter aurum accipiendum et in spem pacis solutis animis Gallos adgressus sit, ipse armatos capientesque arcem depulerit; illius gloriae pars virilis apud omnes milites sit qui simul vicerint, suae victoriae neminem omnium mortalium socium esse. his opinionibus inflato animo, ad hoc vitio quoque ingenii vehemens et inpotens, postquam inter patres non quantum aequum censebat excellere suas opes animadvertit, primum omnium ex patribus popularis factus cum plebeis magistratibus consilia communicare, criminando

oratio obliqua sit, et scriptor non minus hoc loco quam paulo ante allatis eo uti potuerit: sed id orationem difficilem reddit, quod non sine graviore quadam causa constructio inita mutari potuisse videatur. videtur igitur L. hoc utroque dicendi genere usus esse, non ut constructione mutata elegantiae orationis consuleret, sed ut ita etiam id efficeret, ut quae antecederent tamquam causae haberentur, quibus id, quod in extremo loco est, sequeretur necesse esset: id quod eo magis apparebit, si ad verba *neminem esse* suppleverimus „quae cum ita sint, consentaneum esse, neminem omnium mortalium suae victoriae socium esse“. non enim in hoc est praetermittendum, ea quae post *cum interim* legantur, non ad proxime antecedentia referenda esse, cum M. Manlius ne tribunus quidem eius anni fuerit, sed in universum ad singularem illam Furii auctoritatem, qua omnis omnium memoria obscuraretur et evanesceret.

5. *ad hoc:* PM. — Recc. codd.: ad haec. Cf. 30, 1.: *super haec.* — M: non quantum equm censebat.

8. *primum omnium:* PM rell.] primus omnium. Sic Tan. Faber scribi voluit, quod quamvis rectius se haberet, recipere non ausim. totiens enim in optt. codd. Livianis hoc adverbium pro adiectivo scriptum videmus, ut vix dubitandum sit quin ipse Livius ita scripserit. id vero sine ulla dubitatione postulari potest, si unus alterve eius generis locus emendandus videatur, similes omnes emendandos esse: quod eis certe locis audacius videbitur, in quibus duo verba reperiantur, ad quorum alterum illud adverbium satis apte interdum referri possit. Cf. 2, 5. 18. 8, 15. 26. 21, 18. 24, 43. al.

9. *cum plebeis magistratibus consilia communicare:* PM] cum plebeiis cet. — In Harl. I. excidit *consilia.*

patres adliciendo ad se plebem iam aura non consilio ferri, famaeque magnae malle quam bonae esse. et non contentus agrariis legibus, quae materia semper tribunis plebi seditionum fuisset, fidem moliri coepit: acriores quippe aeris alieni stimulos esse, qui non egestatem modo atque ignominiam minentur sed nervo ac vinculis corpus liberum territent. et erat aeris alieni magna vis re damnosissima etiam divitibus aedificando contracta. bellum itaque Vulscum grave

1. *iam aura non consilio ferri:* Harl. I. Leid. I. al. — P: adliciendo ad se plebeiam auram non consilio ferri. M cod. Rhen.: adliciendo ad se plebem iam aurā non consilio ferri. „Und indem er sich bald in Klagen gegen den Senat ausliess, bald das Volk an sich zu locken suchte, achtete er nicht darauf ob seine Schritte von Besonnenheit geleitet würden, sondern gab sich der unzuverlässigen Gunst des grossen Haufens hin". Cf. 3, 33. 22, 26. al.

4. *fidem moliri coepit* (h. e. labefactare): C. Sigonius. — PM: *fuisset idem moliri caepit.* M m. 2.: fuissent. Paulo post PM m. 1.: agriores quippe cet. — P m. 1.: terrirent. m. 2.: territent.

7. *re damnosissima:* M: „durch die Bauten, einen selbst für Reiche höchst gefährlichen Gegenstand, veranlasst". — P rell.: *res* damnosissima.

8. *bellum itaque uulscum:* PM. — P: per se *h*oneratum. M: *ad*que. P m. 1.: cau*ss*e. — PM: sed noua consilia mani-lii. — P m. 1.: conpule senatum. P m. 2. M: *conpulere senatum.* — PM: *māg. equitum dixit.* — In Harl. I. Leid. I. Voss. II. al. exciderunt verba „*ut maior potestas quaereretur sed noua consilia Manlii magis conpulere senatum*": nec est negandum, his verbis non ita opus esse, ut sine eis reliqua oratio probari non possit: quin etiam verba *sed nova consilia Manlii magis conpulere senatum* non satis placent, quippe quae iam in prioribus *in speciem causae* inesse videantur. haereo tamen, quid verum habeam, cum ea omnia in optimis libris PM insint, nec raro apud Livium inveniantur, quae lacteam illam huius scriptoris ubertatem profiteantur: eoque magis haereo, quod antiquis temporibus haud defuisse sciam qui, quaecumque in oratione deesse possent, deleri voluerint, id quod ex tertiae decadis codd. Rhenaniano et Harleiano apertissime videre licet. Cf. 6, 13.: Romamque.

per se oneratum Latinorum atque Hernicorum defectione in speciem causae iactatum, ut maior potestas quaereretur: sed nova consilia Manlii magis conpulere senatum ad dictatorem creandum: creatus A. Cornelius Cossus magistrum equitum dixit T. Quinctium Capitolinum.

XII. Dictator etsi maiorem dimicationem propositam domi quam foris cernebat, tamen seu quia celeritate ad bellum opus erat seu victoria triumphoque dictaturae ipsi vires se additurum ratus, dilectu habito in agrum Pomptinum, quo a Vulscis exercitum indictum audierat, pergit. non dubito, praeter satietatem tot iam libris adsidua bella cum Vulscis gesta legentibus illud quoque succursurum, quod mihi percensenti propiores temporibus harum rerum auctores miraculo fuit, unde totiens victis Vulscis et Aequis suffecerint milites. quod cum ab antiquis tacitum praetermissumque sit, cuius tandem ego rei praeter opinionem, quae sua cui-

8. *seu uictoria triumphoque:* PM. — M m. 3.: uictoriæ.

9. *dilectu habitó in agrum pomptinum* cet.: PM] del. — — P: quo a uolscis exercitum indictum audierat. M: quo a uolscis exercitum | induci indictum audierat. Cf. 2, 7.: „*fieri*". 4, 25.: interim Romae principes plebis — coetus indicere in domos tribunorum plebis. 10, 38.: tum exercitus omnis Aquiloniam est indictus. al.

11. *praeter satietatem:* M. — P: praeter sacietatem. Cf. 4, 11.: praeter minime populare ministerium.

— *adsidua bella cum uolscis gesta:* M cod Rhen. — P: adsiduae bella cet. Harl. I.: adsiduae bellatum cum uolscis cet. Recc. codd.: assidue. — P m. 1.: illu*t* quoque. — M: prop*r*iores temporibus. — PM: *succursurum.* Harl. I.: succurs*um.*

14. *unde totiens uictis uulscis et equis suffecerint milites:* PM] unde toties victis Volscis et Aequis cet.

15. *quod cum ab antiquis tacitum praetermissumque sit:* PM. — Leid. I. al.: *quod cum ab antiquis tacitum praetermissum sit.* Cf. Cic. epp. ad fam. 3, 8.: prima duo capita epistolae tuae tacita mihi quodammodo relinquenda sunt. Harl. I.: *quod cum ab antiquis praetermissum sit.* Sed cf. 5, 12.: „collatum obedienter missum*que* ad exercitum est. — M: praeter oppinionem. P m. 1.: praeter op*o*nionem. m. 2.: opinionem.

que coniectanti esse potest, auctor sim? simile veri est aut intervallis bellorum — sicut nunc in dilectibus fit Romanis — alia atque alia subole iuniorum ad bella instauranda totiens usos esse, aut non ex isdem semper populis exercitus scriptos quamquam eadem semper gens bellum intulerit, aut innumerabilem multitudinem liberorum capitum in eis fuisse locis, quae nunc vix seminario exiguo militum relicto servitia Romana ab solitudine vindicant. ingens certe, quod inter omnes auctores conveniat, quamquam nuper Camilli ductu atque auspicio accisae res erant, Vulscorum exercitus fuit. ad hoc Latini Hernicique accesserant et Cerceiensium quidam et coloni etiam a Velitris Romani. dictator castris eo die positis postero cum auspicato prodisset hostiaque caesa pacem deum adorasset, laetus ad milites

2. *in dilectibus fit romanis:* PM. — PM: *totiens usos esse.*

4. *ex isdem semper populis:* M] ex iisdem cet. — P: ex *h*isdem. — P m. 1.: quamquam eadem semp *gest.* bellum intulerit. m. 2.: gens. — M: in eis fuisse lo*ngis* | quae cet.

7. *quae nunc uix seminario exiguo militum relicto seruitia Romana ab solitudine uindicant:* PM: „oder dass damals eine unzählbare Masse Freigeborner in jenen Gegenden gewesen sei, während dieselben jetzt kaum noch eine höchst dürftige Anzahl Truppen stellen und nur durch römische Sklaven vor gänzlicher Verödung geschützt werden“. Cf. 42, 61.: „equites enim illis principes iuventutis, equites seminarium senatus“ cet.

9. *quod inter omnes auctores conueniat:* P. — M: conueniant. I. Fr. Gron.: convenit. Cf. 4, 35.: quod quidem continens memoria sit. — P: atque hauspicio. — M: Vulscorum exercitus.

11. *ad hoc:* P. — M: at hoc. Recc. codd.: ad haec. I. Fr. Gron.: *ad hos.* verum *ad hoc* saepe idem significat quod *praeterea.* Cf. 1, 6.: ad id pastores quoque accesserant. — P: et cerciensium quidam. M: et cercinensium quidam. Harl. 1.: et Circinensium. Cf. 2, 39.: *Cerceios profectus.* 8, 3.: *cerceiensem.* et 27, 9. et 29, 15. scriptum est *cersi* in Put. pro Cercei. — PM: *et coloni etiam a Velitris Romani.*

14. *hostiaque caesa pacem deum adorasset:* PM: nisi quod M m. 1. host*e*aque. — Recc. codd.: *orasset.*

iam arma ad propositum pugnae signum, sicut edictum erat, luce prima capientes processit: „nostra victoria est milites“ inquit, „si quid di vatesve eorum in futurum vident: itaque ut decet certae spei plenos et cum inparibus manus consertur os, pilis ante pedes positis gladiis tantum dextras armemus. ne procurri quidem ab acie velim sed obnixos vos stabili gradu impetum hostium excipere: ubi illi vana iniecerint missilia et effusi stantibus vobis se intulerint, tum micent gladii et veniat in mentem unicuique deos esse qui Romanum adiuvent, deos qui secundis avibus in proelium miserint. tu T. Quinti equitem intentus ad primum initium moti certaminis teneas: ubi haerere iam aciem conlato pede videris, tum terrorem equestrem occupatis alio pavore in-

3. *si quid di uatesue eorum in futurum uident:* P] si quid dii vatesque eorum cet. — M: sicut di uatesue eorum cet. m. 2.: dii. In antiquiore igitur libro videtur *siquit* scriptum fuisse. B. Rhenanus quidem *vatesque* scribi voluit, sed *vatesve* integerrimum est. qui enim potest A. Cornelius homo religiosissimus dubitasse, num dii ipsi in futurum videre possent. particula *ve* utebantur scriptores, si quid minus recte dictum videretur. sic in prooemio „ante conditam condendam*ve* urbem“. al. — P m. 1.: inqui*d*.

5. *dextras armemus:* P m. 2. — P m. 1.: dextra*ns*. M: ar*ae*mus.

6. *ne procurri quidem ab acie uelim sed obnixos uos stabili gradu impetum hostium excipere:* PM cod. Rhen. al. — M: ubi illi | auna *iniecerint* missilia. m. 2.: ubi illi | una cet. P: ubi illa uana *iniecerint*. I. Fr. Gron. scribi voluit *iecerint*. sed hoc significaret, dictatorem iam confisum esse, hostes nullam omnino Romanorum habituros esse rationem, cum tela iacerent: neque aliud quidquam prospecturos esse quam ut telis abiectis fuga salutem peterent: quod Livius cogitare non potuit.

10. *deos qui secundis auibus in proelium miserint:* P. — M: in praelium miser*unt*. Cf. 3, 2.: dederit. Sic 6, 11. recc. codd.: qui simul uicer*unt*. PM: uicer*int*. al.

11. *tu t. quinti equitem intentus ad primum initium moti certaminis teneas:* P. — M: tu quinti equitem intentius cet. Cf. 1, 55.: a T. Tatio. 6, 6.: te Q. Servili. al.

13. *occupatis alio pauore infer:* PM cod. Rhen. — Harl. 1.

fer invectusque ordines pugnantium dissipa". sic eques sic pedes ut praeceperat pugnant, nec dux legiones nec fortuna fefellit ducem.

XIII. Multitudo hostium nulli rei praeter quam numero freta et oculis utramque metiens aciem temere proelium iniit, temere omisit: clamore tantum missilibusque telis et primo pugnae impetu ferox gladios et conlatum pedem et vultum hostis ardore animi micantem ferre non potuit. impulsa frons prima et trepidatio subsidiis inlata: et suum terrorem intulit eques: rupti inde multis locis ordines motaque omnia et fluctuantis similis acies erat. dein postquam cadentibus primis iam ad se quisque perventuram caedem cernebat, terga vertunt. instare Romanus, et donec armati

rell.: alio labore. — *Infer* et *dissipa*, non *inferto*, ut responderet antecedenti *teneas*.

1. *sic eques sic pedes ut praeceperant pugnant:* PM Leid. I. Aliter se habet *terrent*, quod 30. 33. in optt. libris est. — P m. 1.: necdum legiones. P m. 2. M: nec dux legiones.

4. *nulli rei praeterquam numero freta:* PM. Cf. 4, 37.: fortunae fretus. 6, 31. — I. Fr. Gron.: *nulla re*. — M m. 1.: mentiens aciem.

6. *missilibusque telis:* PM. — Recc. quidam codd.: missilibusque *et* telis. Cf. 2, 65. al. — M Harl. I. Voss. II. al.: et uultum hostis ardorem animi micantem. P: et uultum hostis ardorem animis micantem.

11. *et fluctuantis similis acies erat:* M cod. Rhen.] et fluctuanti cet. (P).

11. *dein postquam:* PM Harl. I.] deinde postquam. — P: cædentibus primis.

12. *iam ad se quisque peruenturam caedem cernebat:* P. — M: „cedem cre | debat *alibi cernebat* terga uertunt |". m. 2.: „terga uerti". Idem *credebat alibi cernebat* Rhenanus in suo libro invenit. Cf. 2, 7.: *fieri*. Cum hoc loco ad alteram lectionem additum sit *alibi*, quod similibus horum librorum locis adscriptum reperiri non solet, in antiquiore, ex quo codd. Rhen. et Medic. fluxerunt, libro *credebat* videtur in continua oratione fuisse. nec tamen hoc integritatis indicium per se satis grave est, nec hoc loco *credebat* potius habeam quam *cernebat*.

13. *instare Romanus:* edit. Frob. 1531. — PM rell.: *stare romanus*. — PM: *et donec*

confertique abibant, peditum labor in persequendo fuit: postquam iactari arma passim fugaque per agros spargi aciem hostium animadversum est, tum equitum turmae emissae dato signo ne in singulorum morando caede spatium ad evadendum interim multitudini darent: satis esse missilibus ac terrore inpediri cursum obequitandoque agmen teneri, dum adsequi pedes et iusta caede conficere hostem posset. fugae sequendique non ante noctem finis fuit. capta quoque ac direpta eodem die castra Vulscorum praedaque omnis praeter libera corpora militi concessa est. pars maxima captivorum ex Latinis atque Hernicis fuit, nec hominum de plebe ut credi posset mercede militasse, sed principes quidam iuventutis inventi, manifesta fides publica ope Vulscos hostes adiutos: Cerceiensium quoque quidam cogniti et coloni a Velitris: Romamque omnes missi percunctantibus primoribus patrum eadem quae dictatori — defectionem sui quisque populi — haud perplexe indicavere.

XIV. Dictator exercitum in stativis tenebat minime dubius bellum cum iis populis patres iussuros, cum maior domi exorta moles coegit acciri Romam eum gliscente in dies seditione, quam solito magis metuendam auctor faciebat. non

armati confertique abibant. Leid. I.: conuertique. Alii recc.: confectique.

4. *ne in singulorum morando caede:* PM: h. e. ne morando in singulorum caede. Cf. 3, 55.: „hac iuris lege interpretes“: al. — Paulo post PM: *castra uolscorum.*

12. *ut credi posset mercede militasse:* P m. 2. M. — P m. 1.: mercede*m*. — PM: *uolscos hostes.* — PM: *cerciensium* quoque quidam cogniti et coloni*a* uelitris. Cf. 6, 12.: *Cerceiensium quidam.*

17. *haud perplexe indicauere:* P. — M: haud per*f*lexe ind. Cf. 30, 42.: „Macedones cum perplexe responderent, neque ipsi mite responsum tulerunt“.

19. *cum iis populis:* PM] cum his populis. — P m. 1.: gliscente*m* in dies seditione*s*. P m. 2. M: *gliscente in dies seditione.*

21. *non enim iam orationes modo M. Manli sed facta popularia in speciem tumultuosa eadem qua mente fierent intuenda erant:* PM. „*Intuenda erant*“ referri debet et ad *tumultuosa*, et ad *qua mente fierent:* „denn

enim iam orationes modo M. Manli sed facta, popularia in speciem, tumultuosa eadem, qua mente fierent, intuenda erant. centurionem, nobilem militaribus factis, iudicatum pecuniae cum duci vidisset, medio foro cum caterva sua accurrit et manum iniecit, vociferatusque de superbia patrum ac crudelitate feneratorum et miseriis plebis, virtutibus eius viri fortunaque, „tum vero ego“ inquit „nequiquam hac dextra Capitolium arcemque servaverim, si civem commilitonemque meum tamquam Gallis victoribus captum in servitutem ac vincula duci videam“. inde rem creditori palam populo solvit libraque et aere liberatum emittit, deos atque homines obtestantem ut M. Manlio liberatori suo, parenti plebis Romanae gratiam referant. acceptus extemplo in tumultuosam turbam et ipse tumultum augebat cicatrices ac-

schon durfte man nicht mehr allein auf die Reden des Manlius, sondern auch auf seine Handlungen achten, die zwar dem äussern Scheine nach nichts weiter zu bezwecken schienen als ihn beim Volke beliebt zu machen, die aber, wenn man auf die Gesinnung, die dabei zum Grunde lag, sah, als aufrührerische Bewegungen erscheinen mussten“. I. Fr. Gron. *intuenti* scribi malebat.

3. *iudicatum pecuniae cum duci uidisset* (scil. in servitutem ac vincula): PM: nisi quod primo in P erat *dici.* — Cf. Cic. de or. 2, 63.: videtur esse misericors ille, qui iudicatum duci videns percontatur ita „Quanti addictus?“ „Mille nummum“. Liv. 23, 14.: (dictator edixit) qui capitalem fraudem ausi quique pecuniae iudicati in vinculis essent, qui eorum apud se milites fierent, eos noxa pecuniaque sese exsolvi iussurum. 2, 27.: Appius quam asperrime poterat ius de creditis pecuniis dicere. deinceps et qui ante nexi fuerant creditoribus tradebantur, et nectebantur alii.

5. *uociferatusque:* PM. — Leid. I.: uociferatus. — P m. 1.: tum uero ego inquid nequicquam. M: nequicquam. — PM: *tamquam gallis uictoribus captum.*

11. *libraque et aere liberatum:* PM. Cf. F. Walter Gesch. des röm. Rechts: p. 649. 641.

12. *ut M. Manlio liberatori suo parenti plebis. r. gratiam referant:* P. — M: ut. m̄. mallio. m. 2.: ut. m̄. mamlio. — In Harl. I. excidit *r:* h. e. *romanae.* — Paulo post P m. 1.: ostentan*t*. m. 2.: ostentans.

ceptas Veienti Gallico aliisque deinceps bellis ostentans. se militantem, se restituentem eversos penates multiplici iam sorte exsoluta mergentibus semper sortem usuris obrutum fenore esse: videre lucem forum civium ora M. Manli opera: omnia parentium beneficia ab illo se habere: illi devovere corporis vitaeque ac sanguinis quod supersit: quodcumque sibi cum patria — penatibus publicis ac privatis — iuris fuerit, id cum uno homine esse. his vocibus instincta plebes cum iam unius hominis esset, addita alia commotioris

1. *se militantem se restituentem euersos penates* (M: poenates) *multiplici iam sorte exsoluta mergentibus semper sortem usuris obrutum foenore* (cf. 5, 10.) *esse:* PM. „Er sei in Folge der geleisteten Kriegsdienste und des Wiederaufbaues seines zerstörten Grundstückes, wiewohl er das Capital mehrfach zurückgegeben, da die Zinsen das Capital immer von Neuem verschlungen hätten, endlich von der Schuldenlast zu Boden gedrückt worden". — P: ciuium hora. m̄. manli opera. M: *m̄ manli.* — PM: *parentium.*

5. *illi deuouere corporis uitaeque ac sanguinis quod supersit:* PM cod. Rhen. Harl. I. Leid. I. — Recc. codd.: illi *se* deuouere. — M m. 3.: corp' uitaeque.

9. *cum iam unius hominis esset:* PM. In Leid. I. Voss. II. al. excidit *iam.* — Cf. 3, 36.: hominum non causarum toti erant. 23, 14.: senatus — in societate Romana cum fide perstare, plebs novarum rerum atque Hannibalis tota esse. al.

9. *addita alia commotioris ad omnia turbanda consilii res:* cod. Rhen. M m. 1. P. — Non recentiores modo interpretes sed etiam antiqui in hoc loco integerrimo aliquid vitii sibi videbantur deprehendisse. in M enim voce *res* deleta m. 3. scriptum est „addita alia commotior*es* ad om*es* | turbanda*s* consilii". errorem maxime praebuerit, quod Livius *ad omnia turbanda* verbis *commotioris consilii* interposuerit, quasi *commotioris* ad ea potissimum referendum esset. sed eadem liberiore verba coniungendi ratione permulta apud Livium scripta leguntur, quae non magis ad proxime antecedens vel sequens verbum pertinerent quam ad universam sententiam. sic etiam hoc loco *ad omnia turbanda* idem significat quod „addita alia res qua omnium animos turbari necesse erat". *com-*

ad omnia turbanda consilii res: fundum in Veienti, caput patrimonii, subiecit praeconi: „ne quem vestrum" inquit, „Quirites, donec quidquam in re mea supererit, iudicatum

motius deinde *consilium* a Livio scriptum est quem ad modum et alias participia ad vim rei describendae augendam in comparativo ponere solebat: de qua re cf. T. Livi l. xxx. p. xciv. commotum vero consilium nihil aliud est quam consilium perturbatum et ab iusta rerum ratione prorsus aberrans. ita enim 6, 11. Manlius iam aura non consilio ferri, famaeque magnae malle quam bonae esse dicebatur. neque quisquam videbatur de vero huius vocis sensu dubitare posse, cum ita etiam *commota mens* diceretur. sic Hor. serm. 2, 3. 208.: „Qui species alias veri scelerisque tumultu Permixtas capiet, commotus habebitur, atque Stultitiane erret, nihilum distabit, an ira": „wer im Aufruhr der Leidenschaft die einander entgegengesetzten Begriffe von Recht und Unrecht mit einander verwirrt, der wird für wahnsinnig gehalten werden". Livianum igitur locum ita interpretabimur: „während sich nun so schon das durch solche Reden aufgereizte Volk ganz an den Manlius angeschlossen hatte, da fügte er noch eine andere Handlung hinzu, die, so wie sie Zeugniss von seiner immer leidenschaftlicher werdenden Richtung gab, ganz dazu geeignet war, das Volk über seine Interessen vollends zu verwirren". — In Leid. I. Voss. II. al. excidit *alia.* — Recc. codd.: *ad turbanda omnia.*

1. *fundum in ueienti caput patrimonii:* PM: „ein im Vejentischen gelegenes Gut, das vorzüglichste von den vom Vater geerbten Gütern, liess er öffentlich verkaufen". Harl. I.: fundum in ueienti ex caput cet. Leid. I.: fundum inueierit ex caput cet. — M: *subiecit praeconi.* P: *subiecit praeconii:* unde dubitari potest an in antiquiore libro *praeconio* fuerit. simili enim modo in antiquis libris sexcenties erratum est. ex. gr. in eodem P 6, 15.: *in comotio* pro *in comitio.* 6, 16.: *insimulato* pro *insimulati.* 30, 41.: in Bamb. *Octaui.* in Colb.: *Octauio.* — P m. 1.: inqui*d.*

3. *iudicatum addictumue:* PM rell. — Drakenborchius scribi malebat *addictumque*, ut 6, 15. scriptum est „prohibendo iudicatos addictos*que* duci". sed non sine causa hoc loco *ve* positum videtur. cum enim Livius *addictumve* scriberet, in hoc verbo maiorem vim inesse voluit quam in *iudicatum* (6, 12.: di vates*ve:*): idque rei ipsi aptissimum est.

addictumve duci patiar". id vero ita accendit animos, ut per omne fas ac nefas secuturi vindicem libertatis viderentur. ad hoc domi contionantis in modum sermones pleni criminum in patres: inter quos cum omisso discrimine vera

non potuit enim Manlius prohibere nec voluit, ne quis debitor in iudicium vocaretur, sed ne duceretur a creditore prohibuit: ut, cum palam populo creditoribus solveret, omnibus tanta unius virtus conspectior fieret. cf. 6, 14.: „iudicatum pecuniae cum duci vidisset, medio foro cum caterva sua accurrit et manum iniecit".

3. *ad hoc domi contionantis in modum sermones:* PM. — Recc. codd.: ad haec. Cf. idem 6, 12.

4. *inter quos cum omisso* (P: omiso) *discrimine uera an uana iaceret* cet.: PM. — Leid. II.: uera *ac* uana. Cf. 2, 45.: „ad haec in novitatem generis originisque qua vera qua falsa iacere". — I. Fr. Gron. verbum *iecit* deleri voluit (cf. 6, 1.: urbem eandem. 4, 37.: incerto clamore:), Drakenborchius aliique *cum.* sed utrumque rectissime se habet. *iaceret* enim pendet ex *cum,* non ex *omisso discrimine:* et ad *vera an vana* facili coniectura supplendum est „omisso discrimine utrum ea quae iaceret vera an vana essent:" quod brevius dicendi genus offendere non potest, cum alterum verbum pro altero recte ita dici potuerit. „Während er in diesen Reden Manches ohne darauf zu achten ob es wahr oder ungegründet sei fallen liess, so warf er auch das so hin, dass das den Galliern wieder abgenommene Gold von den Vätern versteckt gehalten werde". Particula *an* saepe Livius ita usus est, saepius Tacitus, cuius ingenium maxime proclive ad dubitandum esset. Cf. Tac. Ann. 2, 42.: „ille finem vitae — *sponte an fato* — inplevit". 2, 38.: siluit Hortalus pavore *an* avitae nobilitatis etiam inter angustias fortunae retinens". al. Liv. 2, 40.: sine prius quam conplexum accipio sciam, ad hostem an ad filium venerim, captiva materne in castris tuis sim. 3, 15.: incerti quod malum repentinum — externum an intestinum, ab odio plebis an ab servili fraude — urbem invasisset cet. 10, 36.: elige, cum cive an hoste pugnare malis. 30, 6.: et clamor, inter caedem et vulnera sublatus an ex trepidatione nocturna esset, confusus sensum veri adimebat: h. e. „adeo confusus ut discerni non posset utrum inter caedem et vulnera sublatus esset an" cet. — P m. 1. M m. 1.: then-

an vana iaceret, thesauros Gallici auri occultari a patribus iecit, nec iam possidendis publicis agris contentos esse nisi pecuniam quoque publicam avertant: ea res si palam fiat, exsolvi plebem aere alieno posse. quae ubi obiecta spes est, enim vero indignum facinus videri, cum conferendum ad redimendam civitatem a Gallis aurum fuerit, tributo conlationem factam, idem aurum ex hostibus captum in paucorum praedam cessisse. itaque exsequebantur quaerendo ubi tantae rei furtum occultaretur: differentique et tempore

sauros. P m. 1.: ocultari. P m. 1.: ea res si palam fiant.

6. *tributo conlationem factam, idem aurum ex hostibus captum in paucorum praedam cessisse:* PM. Hic locus, quem recentiorum codicum librarii admodum corruperunt, ne in Harl. I. quidem, in quo *ac redimendum* et *id est aurum* reperiatur, integer servatus est: „es erschien in der That als ein unwürdiges Verfahren, dass während zu dem Golde, was um die Stadt von den Galliern loszukaufen zusammengebracht werden musste, ein Jeder seinen Antheil beigesteuert, dass eben dieses Gold, nachdem es den Galliern wieder abgenommen, jetzt einigen Wenigen zur Beute geworden sei“. Haec verba ad invidiam patrum augendam dicta videntur, nam 5, 50. legimus, illud aurum, cum in publico deesset, a matronis conlatum ut sacro auro abstineretur: et 6, 4. pretium pro auro matronis persolutum esse. Cf. 2, 43.: „ducendus Fabio in Veientes“ cet. — Cf. 1, 52.: Latini in eo foedere teneantur quo ab Tullo res omnis Albana cum colonis suis *in* Romanum *cesserit* imperium. Tac. Ann. 1, 1.: et Pompei Crassique potentia cito *in* Caesarem, Lepidi atque Antonii arma *in* Augustum *cessere.* 6, 43.: omnes in unum cedebant. al. — Leid. I.: *praedam* quos si dictatoris regressus ad comprimendas seditiones *cessisse:* (!).

8. *itaque exaequebantur quaerendo ubi tantae rei furtum occultaretur:* M. — P: itaque exsequebatur *credendus* (m. 2.: credendo) ubi tantae rei furtum occultaretur. Cf. 3, 20.: „persequi quaerendo“. — Pal. 1. 3. Voss. II.: *per*occultaretur. Leid. I.: occuparetur.

9. *differentique — dicenti:* P rell.] differenteque — dicente. Hoc ablativo Livius saepe usus est. cf. 1, 54.: sequenti nuntio filii. al. — P: differentique *et*empore suo cet. M m. 1.: different†aque et

suo se indicaturum dicenti ceteris omissis eo versae erant omnium curae, apparebatque nec veri indicii gratiam mediam nec falsi offensionem fore.

XV. Ita suspensis rebus dictator accitus ab exercitu in urbem venit. postero die senatu habito cum satis periclitatus voluntates hominum discedere senatum ab se vetuisset, stipatus ea multitudine sella in comitio posita viatorem

tempore suo se indicaturum dicenti. m. 2.: *differentiaque*, et supra scriptum *it*, ut fieret „differenti itaque". — In Harl. I. Leid. I. excidit *et*.

1. *ceteris omissis* (P m. 1.: omisis) *eo uersae erant omnium curae:* PM. — Harl. I.: eo uersa erant omnium cura. Leid. I.: euersae erant. — PM: apparebatque nec ueri indicii gratiam mediam nec falsi offensionem fore: „und es schien klar, dass eben so gross der Dank dafür sein würde wenn die Sache gegründet, als der Unwille heftig, wenn sie erdichtet wäre". Cf. 2, 49.: „sequebatur turba — cognatorum sodaliumque *nihil medium* nec spem nec curam *sed inmensa omnia* volventium animo".

5. *satis periclitatus:* PM. — M m. 3.: satis periclitat*as*. — Cum vera huius verbi significatio recentium codicum librarios fugeret, integram scripturam sibi repperisse videbantur, si *satis percunctatus voluntates hominum* scriberent. nec raro ita a Livio in simili re scriptum est, ut 5, 32.: „percunctatus animos eorum". sed hoc loco videtur L. non id solum dicere voluisse. Dictator A. Cornelius Cossus nec Appiorum similis nec C. Servili Ahalae, qui sua manu Sp. Maelium occiderat, maiore aliquo impetu in Manlium invehi noluit antequam dictaturae suae victoria triumphoque vires addidisset, nec victor in urbem reversus agere quidquam nisi diligentissime perscrutatus esset quid veri in re esset, et quid potissimum a se fieri patres vellent, deinde etiam num tantum in senatu futurum esset auxilium ut eo fretus maius aliquid audere posset. hunc ut timidiorem vel minus audacem hominis animum exprimeret, videtur Livius verbo *periclitari* usus esse. Cf. 1, 42.: haud dubius rex, seu patrum seu plebis animos periclitaretur. Cic. pro Quinct. 31.: omnia circumspexit Quinctius, omnia periclitatus est. Cf. quoque Liv. 2, 29.: utraque re satis experta tum demum consules. — Haverc.: uoluntat*is*.

7. *uiatorem:* PM. — Harl. I.: ui*t*atorem. Voss. II. al.: *licto-*

ad M. Manlium misit: qui dictatoris iussu vocatus cum signum suis dedisset adesse certamen, agmine ingenti ad tribunal venit. hinc senatus hinc plebs, suum quisque intuentes ducem, velut in acie constiterant. tum dictator silentio facto „utinam“ inquit „mihi patribusque Romanis ita de ceteris rebus cum plebe conveniat, quem ad modum quod ad te attinet eamque rem quam de te sum quaesiturus, conventurum satis confido. spem factam a te civitati video fide incolumi ex thesauris Gallicis, quos primores patrum occultent, creditum solvi posse. cui ego rei tantum abest ut inpedimento sim, ut contra te M. Manli adhorter, liberes fenore plebem Romanam et istos incubantes publicis thesauris ex praeda clandestina evolvas. quod nisi facis, sive

rem. Cf. 22, 11.: „viatorem misit qui consuli nuntiaret ut sine lictoribus ad dictatorem veniret. — Harl. I.: „qui dictores iussu uocatos“. In eodem libro excidit paulo post *agmine*.

3. *hinc senatus hinc plebs:* PM. Cf. 2, 29.: „efferatus *hinc* plebis odio *illinc* patrum laudibus“. Aliter se habet *hinc — hinc* 3, 55.: „cum plebem hinc provocatione hinc tribunicio auxilio satis firmassent“. 26, 37.: „hinc in Hispania adversae res, hinc prosperae in Sicilia luctum et laetitiam miscuerant“. al.

5. *utinam inquit mihi patribusque romanis:* PM: nisi quod P „inquid“. — Voss. II.: utinam inquit *Malli* mihi cet. — PM: quod *at* te attinet.

10. *cui ego rei tantum abest ut inpedimento sim:* PM: nisi quod P m. 1.: impedito. m. 2.: impedimento. Leid. I.: cui rei ego tantum abest. Harl. I. Leid. I.: ut inpedimento sit. — *Manli* excidit in Harl. I. — PM: foenore. — P m. 1.: et istos incurbantes publicis thensauris. P m. 2. M m. 2.: et istos incubantes publicis thesauris. M m. 1.: thensauris. — Leid. I.: incurantes. Pall. 1. 3. Voss. II.: insultantes. Cf. 21, 27.: ipsi caetris suppositis incubantes flumen tranavere. Cic. pro Cluent. 26, 72.: „hic ille planus improbissimus, quaestu iudiciario pastus, qui illi pecuniae, quam condiderat, spe iam atque animo incubaret“ cet. — PM: *euoluas*. Harl. I. Leid. I. al.: uoluas. Cf. 1, 45.: eccelebrata fama. al.

13. *siue ut et ipse in parte praedae sis siue quia uanum indicium est:* PM cod. Rhen. „Wenn du dies nicht thust, sei es nun damit du selbst auch an der Beute

ut et ipse in parte praedae sis sive quia vanum indicium est, in vincla te duci iubebo nec diutius patiar a te multitudinem fallaci spe concitari". ad ea Manlius nec se fefellisse ait, non adversus Vulscos — totiens hostis quotiens patribus expediat — nec adversus Latinos Hernicosque, quos falsis criminibus in arma agant, sed adversus se ac plebem Romanam dictatorem creatum esse: iam omisso bello, quod simulatum sit, in se impetum fieri: iam dictatorem profiteri patrocinium feneratorum adversus plebem, iam sibi ex favore multitudinis crimen et perniciem quaeri. „offendit" inquit „te A. Corneli vosque patres conscripti circumfusa turba lateri meo? quin eam diducitis a me sin-

Theil nehmen könntest, oder weil die Angabe erdichtet ist". Cum in Palatinis et Drakenborchianis libris omnibus *siue quod et ipse* cet. scriptum esset, Drakenborchius et ipse *sive quod* restituendum censuit, quamquam nec locus ex 39, 41., ubi simili sententiarum nexus commutatione *ut*, *quia*, *quod* se excipiunt, eum fefellit, nec difficile intellectu est, si *quod* verum est, non *sive quod et ipse* — *sis* sed *sive quod et ipse in parte praedae esse vis* vel *velis* scribi necesse fuisse. Cf. 4, 56.: „seu Carventana arx retenta in spem seu" cet.

2. *in uincla te duci iubebo:* PM Leid. I.] in vincula cet. — Recc. codd.: *iubeo.* Cf. 3, 56. ubi eadem illa verba ex optt. libris restituenda erant.

3. *ad ea Manlius* (P: mallius) *nec se fefellisse ait:* PM: „er habe sich *doch* nicht getäuscht": nisi forte supplendum videtur *nec alios nec se.* pro Liviana dicendi ratione *nec se* idem fere quod *ne se quidem* est. cf. 5, 33.: „ne quid ex antiquo praeter sonum linguae *nec* eum incorruptum retinerent". — Leid. I.: *ne se fefellisse.* — PM: non aduersus uolscos.

4. *totiens hostis quotiens:* P] toties hostes quoties. — M: totiens hostes quotiens. — P m. 1.: omiso. P: faeneratorum.

11. *offendit inquid te. a. corneli uosque. p̄ c̄.:* P. — M: offendit inquit te. a. cornel*ius*que. p̄ c̄. — Voss. II.: offendit inquit te ait corneli uosque cet. Leid. I.: offendit inquit te aitque patres cet.

12. *quin eam diducitis a me:* P cod. Rhen. — M: qui ne| andi ducitis a me. — Pall. et Drakenb. codd.: *deducitis:* sed *diducere* aptius loci

guli vestris beneficiis, intercedendo, eximendo de nervo cives vestros, prohibendo iudicatos addictosque duci, ex eo quod affluit opibus vestris sustinendo necessitates aliorum? sed quid ego vos, de vestro inpendatis, hortor: sortem aliquam ferte, de capite deducite quod usuris pernumeratum est: — iam nihilo mea turba quam ullius conspectior erit. at enim quid ita solus ego civium curam ago? nihilo magis quod respondeam habeo, quam si quaeras quid ita solus Capitolium arcemque servaverim. et tum universis quam potui opem tuli et nunc singulis feram. nam quod ad thesauros Gallicos attinet, rem suapte natura facilem difficilem interrogatio facit. cur enim quaeritis quod scitis? cur quod in sinu vestro est, excuti iubetis potius quam ponatis, nisi aliqua fraus subest? quo magis argui praestigias iubetis vestras, eo plus vereor ne abstuleritis observantibus etiam ocu-

rationi est, cum in eo non modo *deducere ab aliquo*, sed etiam *dispellere* ac *distrahere* insit. — Cf. 1, 57.: quin — conscendimus equos invisimusque praesentes nostrarum ingenia? — Leid. I. et recc.: singulis.

2. *ex eo quod afluit:* PM. sic scriptum est 3, 26. in eisdem *ubi effusae afluant opes* vel *afluent*. — P m. 1.: sustinendis. P m. 2. M: sustinendo. Plerique recc.: sustinentes.

4. *sortem aliquam ferte:* P m. 2. M. — P m. 1.: *ferre*. Sortem aliquam ferte scil. acceptam: „nehmt doch einen Theil der Schuld für bezahlt an und zieht vom Capital das ab, was an Zinsen abgetragen ist“. Cum enim maximis illis usuris debitores prohiberentur quominus sortem creditam una cum usuris solverent, ille centurio 6, 14. dicere potuit se, quamvis multiplicem iam sortem usuras solvendo exsolvisset, mergentibus semper sortem usuris obrutum fenore esse. Videtur igitur *sors aliqua* esse aut *pars aliqua sortis* aut *sors quoquo nomine soluta:* nisi forte a Livio scriptum est *sortem aliquando ferte*, quem ad modum *aliquando* pro *tandem aliquando* scribi solebat. — M: iam nihilo mea turbam. — M: *at enim quit.* cf. 3, 19. 68. 4, 4. al.

15. *ne abstuleritis obseruantibus etiam oculos:* PM. — Recc. codd.: oculis. — „Je mehr ihr fordert dass man eure fein angelegten Betrügereien offenbar mache, um so mehr fürchte ich, dass ihr

los. itaque non ego vobis ut indicem praedas vestras, sed vos id cogendi estis ut in medium proferatis“.

XVI. Cum mittere ambages dictator iuberet et aut peragere verum indicium cogeret aut fateri facinus insimulati falso crimine senatus oblataeque vani furti invidiae, negantem arbitrio inimicorum se locuturum in vincla duci iussit. arreptus a viatore „Iuppiter“ inquit „optime maxime Iunoque regina ac Minerva ceterique dii deaeque, qui Capitolium arcemque incolitis, sicine vestrum militem ac praesidem sinitis vexari ab inimicis? haec dextra, qua Gallos fudi a delubris vestris, iam in vinclis et catenis erit?“ — Nullius nec oculi nec aures indignitatem ferebant, sed invicta sibi quaedam patientissima iusti imperii civitas fecerat, nec adversus dictatoriam vim aut tribuni plebis aut ipsa plebs attollere oculos aut hiscere audebant. coniecto in carcerem Manlio satis constat magnam partem plebis vestem mutasse, multos mortales capillum ac barbam promisisse, obversa-

selbst die, welche sie mitangesehen, zu blenden gewusst habt“. — Paulo ante P m. 1.: in sino uestro.

3. *et aut peragere uerum indicium cogeret aut* cet.: PM. Tan. Faber *verum*, I. Fr. Gron. *cogeret* deletum voluerunt. Cf. 6, 1.: *urbem.* Dictator igitur postulavit ut Manlius aut perageret (3, 40.: „sententiam peregit“) h. e. evinceret verum indicium esse aut fateretur crimen a se fictum esse. sic 6, 14.: apparebatque nec *veri indicii* gratiam mediam nec falsi offensionem fore. — P m. 1.: insimulato.

6. *in uincla duci iussit:* PM al.] in vincula cet. — Paulo post P m. 1.: inquid.

7. *Iunoque regina ac Mineruа:* PM. — Leid. I.: Iunoque Minerua ac Regina. Cf. 7, 3.

9. *sicine:* PM Harl. I. Leid. I.] siccine. Cf. idem 7, 15. al. 6, 17.: hocine. — PM: iam in *uinclis* et catenis erit.

12. *sed inuicta sibi quaedam* cet.: PM. Cf. 8, 34.: „dictatoris edictum pro numine semper observatum“. — PM: aut tr̄. p̄l. aut ipsa plebs.

17. *capillum ac barbam promisisse:* PM. sed 5, 41. legitur: „M. Papirius dicitur Gallo barbam suam — ut tum omnibus promissa erat — permulcenti scipione in caput incusso iram movisse“. — PM: *obuersatamque uestibulo carceris.* Harl. I.: obuersatamquā uestibulo carceris. Ha-

tamque vestibulo carceris maestam turbam. dictator de Vulscis triumphavit invidiaeque magis triumphus quam gloriae fuit: quippe domi non militiae partum eum, actumque de cive non de hoste fremebant: unum defuisse tantum superbiae, quod non M. Manlius ante currum sit ductus. iamque haud procul seditione res erat: cuius leniendae causa postulante nullo largitor voluntarius repente senatus factus Satricum coloniam duo milia civium Romanorum deduci iussit. bina iugera et semisses agri adsignati. quod cum et parvum et paucis datum et mercedem esse prodendi M. Manli interpretarentur, remedio inritatur seditio: et iam magis insignis et sordibus et facie reorum turba Manliana erat, amotusque post triumphum abdicatione dictaturae terror et linguam et animos liberaverat hominum.

verc.: „obuersatamque *in* uestibulo carceris". Hoc tamen loco *in* probandum non videtur: nam 33, 47. „obversatus eo die in foro" aliisque locis *hominibus* suppleri debet.

1. *dictator de Vulscis triumphauit:* M m. 2. P. — M m. 1.: de uulsis. — Invidiae*que* „aber": cf. 6, 4.: labor*que* continuus.

4. *unum defuisse tantum superbiae:* PM. — Recc. codd.: unum tantum defuisse cet. — M: m̄. mallius.

5. *iamque haud procul seditione res erat:* PM. — Recc. codd.: *a* seditione.

8. *Satricum coloniam duo milia ciuium. r. deduci iussit:* PM. — M m. 3.: sutricum. Recc. codd.: *Sutrium.* Et sic Vell. Paterc. 2, 14. 2. — PM: *bina iugera et semisses agri adsignati.* Cf. 6, 2.: praepositus.

10. *prodendi M. Manli:* M m. 1. P. — M m. 2.: Manlii.

11. *et iam magis insignis et sordibus et facie reorum turba:* P. — M: insignis sor | dibus. — P m. 1. M m. 1.: turba maliana erat. P m. 2.: Manliana. — Leid. I.: „turbam aliena erat". et sic scriptum est m. 2. in Harl. I. — P: motusque.

13. *et linguam et animos liberauerat hominum:* PM. — Leid. I.: „et linguam et animos *itaque* liberauerat hominum". In plerisque recc. *iraque* etiam pro *itaque* scriptum, sed in his omnibus *itaque*, quod post *audiebantur* sequi debebat, omissum est. — PM Harl. I. Leid. I.: semper in praecipitem locum. P: precipitem. Recc. quidam

XVII. Audiebantur itaque propalam voces exprobrantium multitudini, quod defensores suos semper in praecipitem locum favore tollat, deinde in ipso discrimine periculi destituat. sic Sp. Cassium in agros plebem vocantem sic Sp. Maelium ab ore civium famem suis inpensis propulsantem oppressos, sic M. Manlium mersam et obrutam fenore partem civitatis in libertatem ac lucem extrahentem proditum inimicis. saginare plebem populares suos ut iugulentur. hocine patiendum fuisse, si ad nutum dictatoris non responderit vir consularis? fingerent mentitum ante atque

codd.: in praecipitem semper locum. — PM: deinde in ipso discrimine periculi destituat: „und dann in dem entscheidenden Augenblicke der Gefahr verlasse“.

4. *sic Sp. Cassium in agros plebem uocantem:* PM. Cf. 2, 41. In Leid. I. excidit *uocantem.* — M: *sic sp. melium.* P: sic spurium m*i*lium. Cf. 4, 13. — P: mersam et obrutam foenore partem. M: obruptam foenore.

8. *saginare plebem populares suos:* P m. 2. M. — P m. 1.: saginar&. — C. Dukerus malebat *suos* abesse. Cf. 2, 27.: postulabant ut aut referret ad senatum aut ut auxilio esset consul *ciuibus suis*, imperator militibus. al.

9. *hocine patiendum fuisse si ad nutum dictatoris non responderit uir consularis:* M. Cf. 6, 16.: si*c*ine. — P: hocine (m. 2.: hoccine) patiendum fuiss*e est. si* ad nutum dictatoris non responderit cet. Inde recc. quidam „*et* si ad nutum“ vel „*ut* si ad nutum“. — In M m. 3. scriptum est *non responderet:* idque recipiendum videbatur librariis quibusdam. sed cum hoc loco de re acta referatur, perfectum aeque suum locum obtinet ac paulo post imperfectum, ubi de re coniectura percipienda agatur: „habe ein Mann der das Consulat bekleidet eine so harte Strafe verdient, wenn er nicht gleich auf den Wink des Dictators geantwortet“ non „wenn er nicht *hätte* antworten *können*“.

10. *fingerent mentitum ante:* PM. *Autem*, quod ad *fingerent* facile suppleri potest, Tan. Faber loco adverbii *ante* poni voluit: sed nec deesse potest *ante*, nec scribi nisi *fingerent autem mentitum.* — M: „non habuisse*t* qđ tum responderet cui seruum quā mendacii paenam uincula fuisse“. m. 3.: „cui ser°uum quā mendacii poen*a*“. P: „cui seruo umquam menda-

ideo non habuisse quod tum responderet — cui servo umquam mendacii poenam vincula fuisse? non obversatam esse memoriam noctis illius quae paene ultima atque aeterna nomini Romano fuerit? non speciem agminis Gallorum per Tarpeiam rupem scandentis? non ipsius M. Manli, qualem eum armatum plenum sudoris ac sanguinis ipso paene Iove erepto ex hostium manibus vidissent? selibrisne farris gratiam servatori patriae relatam? et quem prope caelestem, cognomine certe Capitolino Iovi parem fecerint, eum pati vinctum in carcere in tenebris obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam? adeo in uno omnibus satis auxilii fuisse, nullam opem in tam multis uni esse? Iam ne nocte quidem turba ex eo loco dilabebatur refracturosque carcerem minabantur, cum — remisso id quod erepturi erant — ex senatus consulto Manlius vinclis liberatur. quo facto non seditio finita sed dux seditioni datus est. — Per eosdem dies Latinis et Hernicis simul colonis Cerceiensibus et a Veli-

cii poenam *ultima* uinculo fuisse". deinde *ultima* expunctum est. Cf. 4, 28.: circumagenti.

2. *non obuersatam esse memoriam noctis illius quae pene ultima* cet.: M. — P: non ob*seru*atam esse mem*e*riam noctis illius quae poenae ultima cet. m. 2.: *memoriam* et *poene*.

5. *scandentis:* P m. 2. — P m. 1.: scandente is non ipsius. m. manli. M m. 1.: scandente†non ipsius. m̄. manli. m. 3.: scandentē†non ipsius. m̄. maulii. — P: ipso paene ioue. M: ipso poene ioue. — P m. 1.: uid*e*ssent. — PM: *selibrisne farris*. cf. 5, 47.

9. *eum pati uinctum in carcere in tenebris obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam:* P m. 2. M. — P m. 1.: in t*e*bris — d*e*cere animam.

13. *refracturosque carcerem minabantur:* M m. 1. P: nisi quod in M *quae*. — M m. 3.: refracturos *se* carcerem cet. — PM: „cum remisso id quod erepturi erant ex s̄c̄ manlius uinclis liberatur". Recc. codd.: remisso *eo* quod cet. *Id quod* persaepe ita a Livio scriptum esse, quamvis *quod* per se sufficeret, notum est: „als — nachdem das, was sie im Begriff waren sich mit Gewalt zu verschaffen, nachgegeben worden — Manlius nach einem Senatsbeschlusse aus seiner Haft entlassen wird".

17. *simul colonis circiensibus*

tris, purgantibus se Vulsci crimine belli captivosque repetentibus ut suis legibus in eos animadverterent. tristia responsa reddita, tristiora colonis, quod cives Romani patriae oppugnandae nefanda consilia inissent. non negatum itaque tantum de captivis, sed — in quo ab sociis tamen temperaverant — denuntiatum senatus verbis, facesserent propere ex urbe ab ore atque oculis populi Romani, ne nihil eos legationis ius externo non civi conparatum tegeret.

XVIII. Recrudescente Manliana seditione sub exitu

et a uelitris: PM Harl. I. Leid. I. al. Cf. 6, 12. 13. — M m. 1.: purgantibus se uolscis | crimine belli. — P m. 1. M: tristitia responsa reddita. P m. 2.: *tristia.* cf. 2, 1.: laetior. — P m. 1.: inisent. P m. 2. M: *inissent.*

7. *ne nihil eos legationis ius externo non ciui conparatum tegeret:* PM: i. e. „quos legationis ius nequaquam tegeret" vel potius „ne viderent se nihil iure legationis tegi". Cf. 2, 29.: *ne praedictum negetis:* al. — Harl. I. Leid. I.: tegerent.

9. *recrudescente manliana seditione sub* (P: sed) *exitu anni comitia habita creatique tr̄. mīl. consulari potestate sergius cornelius maluginensis. II. p̄. ualerius putitus iterum. m̄. furius camillus. q̄. seruius sulpicius rufus iterum. c̄. papirius crassus. t. quintius cincinnatus. II.:* PM] Recrudescente — Ser. Cornelius Maluginensis tertium, P. Valerius Potitus iterum, M. Furius Camillus, Ser. Sulpicius Rufus iterum C. Papirius Crassus T. Quintius Cincinnatus secundum. — Ex PM restituendum primo erat *Servius Cornelius Maluginensis iterum*, cum Sigonius scribi voluisset *tertium*. Idem enim *Cornelius* est qui 6, 6. inter tribunos a. 368. reperitur et qui 6, 22. in Livianis annalibus Servius Cornelius Maluginensis *tertium* non *quartum*, quod Sigonius contendit, scribitur. Quo mendo vero in codd. non *Servius* sed *Sergius* scriptum est, eodem videmus 5, 29. in optt. libris non *Servius* sed *Sergius Sulpicius*, 6, 4. non *Servius* sed *Seruilius Sulpicius* scriptum. Deinde scripsimus *M. Furius Camillus sextum*, et 6, 22. *septimum*, quamquam priore loco q̄ (i. e. *quintum*) recte se videtur habere et altero loco *sextum*. videtur enim totus error latere 5, 1., ubi Livius octo fuisse consulares tribunos dicit, cum sex fuerint ex Cap. fragm., interque eos M.

anni comitia habita creatique tribuni militum consulari potestate Servius Cornelius Maluginensis iterum P. Valerius Potitus iterum M. Furius Camillus sextum Servius Sulpicius Rufus iterum C. Papirius Crassus T. Quinctius Cincinnatus iterum. cuius principio anni et patribus et plebi peropportune externa pax data — plebi, quod non avocata dilectu spem cepit, dum tam potentem haberet ducem, fenoris expugnandi: patribus, ne quo externo terrore avocarentur animi ab sanandis domesticis malis. igitur cum pars utraque acrior aliquanto coorta esset, iam in propincum cer-

Furium Camillum et M. Postumium Albinum numerat, qui a. 351. non tribuni sed censores fuerunt. inde factum est ut 5, 10., quamquam Camillus a. 353. ex Cap. tab. *primum* tribunus cons. factus est, in Liv. libris *iterum* adscriptum reperiatur. quod si reliquis locis, quibus tribunatuum M. Furii mentio fit, iusto ordine in Livianis codd. numeros auctos videremus, dubium videri non posset, quin suos uterque scriptor auctores secutus esset. sed iam tertio loco 5, 14. non *tertium*, quod desiderandum erat, sed idem illud *iterum* in Liv. libris videmus, et 6, 18. *quintum*, 6, 22, *sextum*, Cum vero id quod 5, 1. legitur, ita scriptum sit, ut de eo, quod Livius dicere voluerit, nihil dubitare possimus, nec fieri non potuerit, ut homo quidam eruditus et 5, 14. et 6, 18. et 6, 22. — nam reliquis locis numeri additi non sunt — ex Capit. fragm. vel similibus libris Livianos numeros emendaverit: et ipsi 5, 14. *tertium*, 6, 18. *sextum*, 6, 22. *septimum* scribi iussimus, ne Livianam rationem impugnasse videremur. — Postremo restituimus „T. Quinctius Cincinnatus *iterum*". ab hoc enim loco neglegentia quadam scribarum recentiorum pro numero *II* non *iterum*, quod unum in antiquis libris reperitur et in prioribus annalibus semper recte observatum erat, sed *secundo* vel *secundum* scriptum est, quo errore deprehenso usque ad 7, 19. corruptos locos emendavimus. — De P. Valerio Potito cf. 6, 5.

5. *peropportune externa pax data* (scil. a deis vel a fortuna urbis): M. — P m. 1.: peroportunae. — In Leid. I. excidit *data*. — PM: *dilectu*. — P: faenoris. M: foenoris. — P: ne quo*d* externo terrore.

10. *cohorta esset:* M m. 2. P Leid. I. — M m. 1.: cohorta esse.

— *iam in propincum certamen*

tamen aderat et Manlius. advocata domum plebe cum principibus novandarum rerum interdiu noctuque consilia agitat plenior aliquanto animorum irarumque quam antea fuerat. iram accenderat ignominia recens in animo ad contumeliam inexperto, spiritus dabat, quod nec ausus esset idem in se dictator quod in Spurio Maelio Cincinnatus Quinctius fecisset, et vinculorum suorum invidiam non dictator modo abdicando dictaturam fugisset sed ne senatus quidem sustinere potuisset. his simul inflatus exacerbatusque iam per se accensos incitabat plebis animos: „quo usque tandem ignorabitis vires vestras, quas natura ne beluas quidem ignorare voluit? numerate saltem quot ipsi sitis, quot adversarios habeatis, etsi, si singuli singulos adgressuri essetis, tamen acrius

aderat et Manlius: M] in propinquum cet. (P). Cf. 3, 59.: iamiam obliterata. 1, 1.: iam primum omnium. al.

4. *in animo ad contumeliam inexperto:* P m. 2. M m. 1. — P m. 1.: exinpto. M m. 3.: at | contumeliam. — P: quod in spurio moelio cincinnatus quinctius fecisset. M: cincinnatus quintius fecisse. m. 2.: fecisset. — In Harl. I. exciderunt „quod in Sp. Maelio — non dictator".

11. *ne beluas quidem:* PM] ne belluas q. — Una littera *l* haec vox in antiquis libris semper scripta est.

13. *etsi, si singuli singulos adgressuri essetis, tamen* cet.: Conr. Heusingerus] si singuli singulos cet. (PM). — Iam Crevierus recte perspexit, non ita quem ad modum vulgo fertur, hunc locum integrum esse posse, eamque ob causam meliore orationis partium ordine eum restituere voluit: quamquam omnia rectissime se habent, si coniunctio *etsi* addita erit: „zählt wenigstens, wie viel ihr seid und wie viel ihr Gegner habet, wiewohl ich auch so, wenn der Mann seinem Manne stehen müsste, glauben würde, dass ihr mit mehr Kraft für eure Freiheit kämpfen würdet als jene für ihre Herrschaft: denn so viel als ihr als Clienten bisher um einen Patron gestanden habt, so viel werdet ihr jetzt dem einen Feinde gegenüberstehen". Neque quidquam facilius fieri potuit, quam ut *etsi* inter *eatissisin* excideret, cum praesertim et alias saepe a librariis *et* praetermissum esset. eodem enim errore factum videtur, ut in Harl. I. Leid. I. „*si singuli singulos adgressuri essetis*", quae verba in PM integra reperiuntur, omnino omitterentur.

crederem vos pro libertate quam illos pro dominatione certaturos: quot enim clientes circa singulos fuistis patronos, tot nunc adversus unum hostem eritis. ostendite modo bellum: pacem habebitis. videant vos paratos ad vim: ius ipsi remittent. audendum est aliquid universis aut omnia singulis patienda. quo usque me circumspectabitis? ego quidem nulli vestrum deero: ne fortuna mea desit videte. ipse vindex vester, ubi visum inimicis est, nullus repente fui, et vidistis in vincula duci universi eum qui a singulis vobis vincula depuleram. quid sperem, si plus in me audeant inimici? an exitum Cassi Maeliique expectem? bene facitis quod abominamini: dii prohibebunt haec: sed numquam

3. *tot nunc aduersus unum hostem eritis:* P cod Rhen. — Idem videtur librarius codicis M ante oculos habuisse, quamquam ipse scripsit „aduersus unum hoste *m*eritis". altera deinde manus *s* adiecit ut fieret „hoste*s* meritis". inde factum est ut in antiquiores quasdam edd. irreperet *hostes.*

— *ostendite modum bellum:* M m. 1. P. — M m. 2.: ostendite modo bell*o*. — PM: *ius ipsi remittent.* Harl. I.: *us* ipsi remittent. Voss. II. al.: ius ipsis remittetur.

6. *quo usque me circumspectabitis:* PM. — Voss. I. al.: circum*ex*spectabitis. — PM: *ego quidem nulli uestrum deero.* Recc. quidam codd.: ego quippe nulli cet. — PM: *ne fortuna mea desit:* h. e. sed ut vobis adesse possim, vobis providendum est.

8. *nullus repente fui:* PM. h. e. ex hominum societate inimicorum vi ereptus sum. Leid. I. Voss. II. al.: null*o* repente fui. — PM: *qui a singulis uobis uincula depuleram.* Harl. I. eodem mendo quo et alias *m* et *nt* confusa sunt: „depulerant". hinc Voss. II. al. etiam minus latine: *depulerat.*

11. *an exitum Cassi Maeliique expectem:* PM] an exitum Cassii cet. Et sic plerumque in optt. codd., ubi duo eiusdem illius generis nomina in genitivo ponenda erant, in priore eorum unum *i*, in altero duo *i* scripta videmus: quod vix videatur incuria librariorum factum esse.

12. *dii prohibebunt haec:* PM. Nolim sequi interpretes quosdam qui verba „dii prohibebunt haec" a multitudine ominis causa dicta putaverint. nam praeter pronomen *haec*, multo maior vis in his verbis erit, si Manlius videatur eis usus esse ad animos suo-

propter me de caelo descendent. vobis dent mentem oportet ut prohibeatis, sicut mihi dederunt armato togatoque ut vos a barbaris hostibus, a superbis defenderem civibus. tam parvus animus tanti populi est, ut semper vobis auxilium adversus inimicos satis sit nec ullum, nisi qua tenus imperari vobis sinatis, certamen adversus patres noritis? nec hoc natura insitum vobis est sed usu possidemini. cur enim adversus externos tantum animorum geritis ut imperare illis aequum censeatis? quia consuestis cum eis pro imperio certare, adversus hos temptare magis quam tueri libertatem.

rum firmandos, ne ipse videretur fortunae suae diffisus esse. verum ut doceret, deos non solere de caelo descendere, hominibusque igitur ipsis prohibendum esse ne quid sceleris fieret, ea quae sequuntur praetermittenda non erant.

4. *ut semper uobis auxilium aduersus inimicos satis sit:* PM. Verus huius loci sensus eum fugit qui in Portug. cod. *auxilii* restitui voluit. Tam parvi, tam humiles vobis ipsi videmini esse, ut sorte vestra satis superque contenti sitis, dummodo quos inveneritis qui auxilio suo vobis patrocinentur. verum qui auxilio ab aliis lato acquiescunt, nequaquam ipsi lacessere nec invadere inimicos conabuntur. id igitur priore sententiae parte Manlius civibus exprobrat, quod ad id tempus nihil aliud quam auxilium adversus improborum impetus petiverint nec ipsi eos ultro impugnare voluerint: audendum igitur aliquid esse et impetum non propulsandum sed inferendum. Alteri sententiae parti inest: vobis imperari a patriciis aequum habetis: id modo unum dubium atque ambiguum videtur, quem ad finem illi vobis imperare debeant: „So geringschätzig denkt ein so grosses Volk von sich selbst, dass es ganz zufrieden ist, wenn es gegen die Beleidigungen seiner Unterdrücker nur irgend wo einen Beistand findet; und dass es nur dann sich eine Frage gegen die Patricier glaubt herausnehmen zu können, wenn es sich darum handelt, wie weit die Anmassungen derselben sich gegen sie erstrekken dürften". — PM: *noritis.* Leid. I.: *moritis:* quod Ant. Perizonio haud displicebat.

8. *ut imperare illis aequum censeatis:* PM. — Leid. I.: imperari.

tamen qualescumque duces habuistis qualescumque ipsi fuistis, omnia adhuc — quantacumque petistis — obtinuistis seu vi seu fortuna vestra. tempus est etiam maiora conari: experimini modo et vestram felicitatem et me ut spero feliciter expertum: minore negotio qui imperet patribus inponetis, quam qui resisterent imperantibus inposuistis. solo aequandae sunt dictaturae consulatusque, ut caput attollere Romana plebes possit. proinde adeste, prohibete ius de pecuniis dici: ego me patronum profiteor plebis, quod mihi cura mea et fides nomen induit. vos si quo insigni magis imperii honorisve nomine vestrum appellabitis ducem, eo utemini potentiore ad obtinenda ea quae vultis". inde de regno agendi ortum initium dicitur, sed nec cum quibus nec quem ad finem consilia pervenerint, satis planum traditur.

1. *tamen* („gleichwohl") *qualescumque duces habuistis:* P. — In M excidit *tamen*, in Harl. I. *qualesc. duces hab.*

3. *tempus est etiam maiora conari:* PM Harl. I. Leid. I. al. — Sigonius ex suo cod.: *unde tempus est.* I. Fr. Gron. scripsit „tempus est *iam* maiora conari", quem ad modum saepe alias reperitur „*iam tempus est*". hoc vero loco non minus recte *etiam* ad *maiora* refertur „noch Grösseres zu wagen".

4. *et me ut spero feliciter expertum:* PM. Quamquam haec verba significare videntur „et me, quem ut spero felicem experti estis": tamen L. non *felicem* sed *feliciter* scripsit, ut illud alterum etiam exprimeretur „quem *secunda vestra fortuna* felicem experti estis".

5. *minore negotio:* P. minorem negotio: M. — H. e.: facilius imponetis patribus *regem*, quam *tribunos* qui eis resisterent imposuistis.

8. *proinde adeste:* P m. 2. M. — P m. 1.: adesse. — P m. 1.: duci. m. 2.: *dici.* — M m. 1.: profiterolebis. M m. 2. P: profiteor plebis. — Haverc.: *mea cura.*

11. *eo utemini potentiore ad optinenda ea quae uultis:* PM. — Voss. II. al.: *me utemini.* — Harl. I.: potentiore ad opinionem de ea quae uultis. Leid. I.: potentiorem ad opinionem dea quae uultis. —

13. *ortum initium dicitur:* M. — P: *h*ortum. — PM cod. Rhen. Harl. I. Leid. I.: *satis planum traditur.* Recc.: *sat.*

XIX. At in parte altera senatus de secessione in domum privatam plebis forte etiam in arce positam et inminenti mole libertatis agitat. magna pars vociferantur Servilio Ahala opus esse, qui non in vincla duci iubendo inritet publicum hostem sed unius iactura civis finiat intestinum bellum. decurritur ad leniorem verbis sententiam vim tamen eandem habentem, ut videant magistratus ne quid ex perniciosis consiliis M. Manli res publica detrimenti capiat. tum tribuni consulari potestate tribunique plebi — nam et

1. *de secessione in domum priuatam plebis forte etiam in arce positam:* PM: „über die geheimen Zusammenkünfte des Volkes in einem Privathause, was noch dazu sogar auf der Burg gelegen wäre, und über die furchtbare der Freiheit drohende Gefahr". Nec Dukerus nec Drakenb. hunc locum recte interpretati sunt, cum *arcem ipsam* haberent *illam inminentem molem:* quare Dukerus etiam *ut* pro *et* scribi voluit. — Harl. I.: priuat*a*.

2. *et inminenti mole libertatis:* PM Harl. I. Leid. I.] et imminenti mole libertati. — Similibus locis et alias hic genitivus obiectivus ab interpretibus parum intellectus est (cf. ex. gr. 2, 1.: multitudinis); inprimis eis locis in quibus verbum quoddam dativum desiderare videbatur. sic etiam hoc loco *inminens moles libertatis* idem fere quod *ingens libertatis periculum quod instaret* (cf. 5, 37.) significat, nec *libertatis* ad *inminenti* referendum est.

3. *magna pars uociferantur:* PM. — Harl. I. Leid. I. rell.: *uociferatur.* — PM: qui non in *uincla* duci iubendo inritet publicum hostem. — P m. 1.: finiat intesti*monium* bellum. P m. 2. M: intestinum.

7. *ne quid ex perniciosis consiliis M. Manli resp. detrimenti capiat:* M m. 1. P. — M m. 2.: Manlii. Recc. quidam codd.: ex perniciosis M. Manlii consiliis.

9. *nam et quia eundem et suae potestatis quem libertatis omnium finem cernebant, patrum auctoritati se dediderant:* M m. 2. P. — M m. 1.: auctoritati sed | diderant. m. 3.: sededederant. Harl. I.: auctoritates ediderant. — Alii interpretes illud prius *et*, alii utrumque *et* delendum censuerunt. sed Livius dicere vult, tribunos se patrum auctoritati dedidisse *et quidem ob hanc causam* quia cet. in hoc igitur inest, futurum non fuisse ut tribuni se a plebe secernerent nisi illud commune omnium periculum eos movisset. atque

quia eundem et suae potestatis quem libertatis omnium finem cernebant, patrum auctoritati se dediderant — ii tum omnes quid opus facto sit consultant. cum praeter vim et caedem nihil cuiquam occurreret, eam autem ingentis dimicationis fore appareret, tum M. Menenius et Q. Publilius tribuni plebis: „quid patrum et plebis certamen facimus quod civitatis esse adversus unum pestiferum civem debet? quid cum plebe adgredimur eum quem per ipsam plebem tutius adgredi est, ut suis ipse oneratus viribus ruat? diem dicere ei nobis in animo est. nihil minus populare quam regnum est. simul multitudo illa non secum certari viderint et ex advocatis iudices facti erunt, et accusatores de plebe patri-

itá orationi interponendo sententias cum coniunctione *et* Livius diligentius agendi causas describere solet. — Voss. II.: *namque et quia eundem et suae potestatis libertatisque omnium finem cernebant* cet.

2. *ii tum omnes:* P m. 2.] hi tum omnes. — P m. 1. M: *h*ii tum omnes.

5. *tum M. Menenius:* PM Harl. I.] tum M. Maenius. Cf. 2, 32.: „Menenium Agrippam facundum virum et — *quod inde oriundus erat* — plebi carum". — *Q. Publilius* restituit Glareanus, cum in mscriptis esset *q̄. publius.*

7. *quid cum plebe adgredimur:* P. — M m. 1.: qui cum plebe adgredimur eum quem. m. 3.: qui cum plebe adgreditur eumque. — P m. 1.: onerat*is*.

9. *diem dicere ei nobis in animo est:* M. — P: diem dicere & nobis cet. Harl. I. Leid. I.: diem dicere uel nobis cet. Voss. II.: diem dicere uelle nobis cet.

11. *simul multitudo illa non secum certari uiderint:* PM Harl. I. Leid. I. — Recc. codd.: si multitudo cet. Cf. 3, 68.: ubi hic curiam circumsederitis et forum infestum feceritis et carcerem inpleveritis principibus, hisdem istis ferocibus animis egredimini extra portam cet. — P: accu*ss*atores.

12. *patricium reum intuebuntur:* PM rell. *Et*, quod Dukerus etiam ante *patricium* positum malebat, scriptum non est, ut ea quae sibi contraria essent, *accusator plebeius* et *patricius reus*, maiore ui proferrentur. non enim, quod ad perspicuitatem orationis pertinet, quemquam fugere poterat, *accusatores* accusativum esse.

cium reum intuebuntur et regni crimen in medio, nulli magis quam libertati favebunt suae".

XX. Adprobantibus cunctis diem Manlio dicunt. quod ubi est factum, primo commota plebs est, utique postquam sordidatum reum viderunt nec cum eo non modo patrum quemquam sed ne cognatos quidem aut adfines, postremo ne fratres quidem Aulum et Titum Manlios: quod ad eum diem numquam usu venisset ut in tanto discrimine non et proximi vestem mutarent. Ap. Claudio in vincula ducto C. Claudium inimicum Claudiamque omnem gentem sordidatam fuisse. consensu opprimi popularem virum, quod primus a patribus ad plebem defecisset. cum dies venit, quae praeter coetus multitudinis seditiosasque voces et largitionem et fallax indicium pertinentia proprie ad regni crimen ab accusatoribus obiecta sint reo, apud neminem auctorem invenio. nec dubito haud parva fuisse, cum damnandi mora plebi non in causa sed in loco fuerit. illud notandum videtur, ut sciant homines quae et quanta decora foeda cupiditas regni non ingrata solum sed invisa etiam

3. *quod ubi est factum:* PM. — Harl. I. al.: quod ubi factum est. — PM: *utique postquam sordidatum reum uiderunt.* Recc. codd.: sordidatum uiderunt reum. — P m. 1.: aulum et titum mallio. m. 2.: manlio. M: malios. Harl. I.: manlicos. — M m. 1. P: numquam usu uenisset. M m. 3.: uenisse*nt*. — P m. 2. M: non *et* proximi. P m. 1.: non*ex*proximi. Recc. codd.: non etiam proximi.

13. *quae praeter coetus multitudinis seditiosasque uoces et largitionem et fallax indicium pertinentia:* PM. — Harl. I.: *quae pertinentia* mediis omnibus praetermissis. Cf. 6, 11.: ut maior potestas quaereretur. — M: propri*ae*. — P: ab accu*ss*atoribus. — M m. 1.: obiecta | in †reo. M m. 4. P: obiecta sint reo.

17. *non in causa sed in loco fuerit:* P m. 2. M. — P m. 1.: sed inlofuerit illut cet. „Und ich bin überzeugt, dass die ihm vorgehaltene Schuld von grossem Umfange gewesen, da nicht die Sache, sondern nur der Hinblick auf das Capitol, das ein so sprechendes Zeugniss von den Verdiensten des Mannes gab, das Volk in seinem Urtheile schwankend machte".

reddiderit: homines prope quadringentos produxisse dicitur, quibus sine fenore expensas pecunias tulisset, quorum bona venire, quos duci addictos prohibuisset: ad haec decora quoque belli non commemorasse tantum sed protulisse etiam conspicienda, spolia hostium caesorum ad triginta, dona imperatorum ad quadraginta, in quibus insignes duas murales coronas, civicas octo. ad hoc servatos ex hostibus cives produxit, inter quos C. Servilium magistrum equitum absentem nominatum. et cum ea quoque quae bello gesta

1. *homines prope quadringentos produxisse dicitur:* P. — M: prope. cccc. produxisse cet. — PM: quibus sine foenore expensas pecunias *tulisset.* Harl. I.: *e*tulisset.

6. *in quibus insignes duas murales coronas ciuicas octo:* M. — P m. 1.: in quibus signes. m. 2.: signis: cet. — Harl. I. Leid. I. al.: duas mortales coronas. — Cf. Plinii hist. nat. 7, 28.: Primus omnium (Manlius Capitolinus) eques coronam muralem acceperat, VI civicas, XXXVII dona, XXIII cicatrices adverso pectore exceperat, P. Servilium magistrum equitum servaverat cet. Liv. 6, 2.: dictator *C.* Servilium Ahalam mag. equitum dixit.

7. *ad hoc seruatos ex hostibus ciues produxit:* PM cod. Rhen. rell.] ad hoc — produxisse. — *Produxit* ex omnium codd. fide restituendum videbatur, cum nihil usitatius esset quam ut ita scriptores ex oratione obliqua in directam et ex directa in obliquam transirent. nec offendere potest, quod cum hoc *produxit* coniunctum legimus „inter quos nominatu*m*": ad quod non illud *dicitur* sed *dicunt* supplendum sit. — PM: C. Seruilium mag equitum.

9. *et cum ea quoque quae bello gesta essent:* M. — P: et cum ea qq. que bello cet. — PM rell.: *facta dictis aequando.* non dativus sed ablativus h. l. *dictis* haberi debet: „indem er die Grösse der Thaten durch eine derselben würdige Darstellung zu erreichen suchte": h. e. „indem er sich bemühte dass das Würdevolle der Rede der Grösse der Thaten selbst entspräche". Cf. Sall. Cat. 3.: inprimis arduum videtur res gestas scribere, primum quod facta dictis sunt exaequanda cet. Plin. epp. 8, 4.: una sed maxima difficultas, quod haec aequare dicendo arduum, immensum etiam tuo ingenio cet.

essent, pro fastigio rerum oratione etiam magnifica facta dictis aequando memorasset, nudasse pectus insigne cicatricibus bello acceptis, et identidem Capitolium spectans Iovem deosque alios devocasse ad auxilium fortunarum suarum precatusque esse ut, quam mentem sibi Capitolinam arcem protegenti ad salutem populi Romani dedissent, eam populo Romano in suo discrimine darent, et orasse singulos universosque ut Capitolium atque arcem intuentes, ut ad deos immortales versi de se iudicarent. in Campo Martio cum centuriatim populus citaretur et reus ad Capitolium manus tendens ab hominibus ad deos preces avertisset, apparuit tribunis, nisi oculos quoque hominum liberassent tanti memoria decoris, numquam fore in praeoccupatis beneficio animis vero crimini locum. ita prodicta die in Petelinum lucum extra portam Numentanam, unde conspectus in Ca-

3. *et identidem capitolium spectans:* P m. 2. M rell. — P m. 1.: capitolius spectans. — PM: „praecatu*m*que esse". Et simili modo Drak. codd. et cod. Rhen. Cf. 4, 32. — M: ad salutem p̄r̄. dedissent eam po r̄. in suo discrimine darent. — P: p̄r̄. dedissent eam po. p̄r. in suo cet. m. 2. expunxit *po.*

9. *in campo martio cum centuriatim populus citaretur:* P. — M: iudi | carent martio cum centuriatim cet.

12. *nisi oculos quoque hominum liberassent tanti memoria decoris:* PM] nisi — ab tanti memoria decoris (Harl. I.?). Leid. I.: *a* tanti memoria decoris. Cf. 27, 37.: liberatas religione mentes turbavit rursus nuntiatum cet. al.

14. *ita prodicta die:* P Harl. I. Leid. I. — M m. 1.: ita prodicto die. m. 3. scriptum est *e* supra *pro.*

15. *extra portam Numentanam:* cod. Klock. et ex coni. F. Nardini. — In PM cod. Rhen. Harl. I. Voss. II. scriptum est: „extra portam flumentanam". in Leid. I.: „frumentanam". in recc. codd.: „frumentariam". Cum porta Flumentana prope Tiberim sub ipso Capitolio, a cuius aspectu cives avertendi videbantur, sita fuisset, nomen hoc a librariis corruptum esse F. Nardinus intellexit scribendumque *Numentanam* coniecit, litteras *fl* et *n* facile confundi potuisse ratus. quae porta Numentana in colle Quirinali sita cum a Capitolio aversissima esset, hac emendatione verum nomen restitutum videri poterat. verum ne ita

pitolium non esset, concilium populi indictum est. ibi crimen valuit et obstinatis animis triste iudicium invisumque etiam iudicibus factum. sunt qui per duumviros, qui de perduellione anquirerent, creatos auctores sint damnatum. tribuni de saxo Tarpeio deiecerunt, locusque idem in uno homine et eximiae gloriae monumentum et poenae ultimae

quidem omnis difficultas tollitur. cum enim lucus Petelinus in Esquiliis fuerit, quod Varro de l. l. 5, 50. ex Argeorum sacris refert „Cespius mons quinticeps cis lucum Poetelium“ (ed. Müll.), non video qui ille lucus extra portam Nomentanam situs dici potuerit. haec etiam fuerit causa, cur Nardinus hunc lucum in Viminali fuisse coniecerit. nihilominus tamen Plutarchus, qui sine dubio et hunc Livianum locum ante oculos habuit, in Camillo c. 36. scribit: ὁ Κάμιλλος μετήγαγεν ἔξω πύλης τὸ δικαστήριον εἰς τὸ Πετηλῖνον ἄλσος, ὅθεν οὐκ ὄντος τοῦ Καπιτωλίου καταφανοῦς κ. τ. λ. nulla quidem portae ipsius mentione facta. Quodsi Livius *extra portam Nomentanam* vere scripsit, in universum videri potest locum significare voluisse nec diligentiore descriptione usus esse, quod Esquiliarum regio late patuerit, et Augustea aetate, qua in eis locis frequentissime habitabatur, vix quidquam illorum lucorum ex antiquis temporibus superfuerit. Cf. etiam 4, 16.: L. Minucius bove aurato *extra portam Trigeminam* est donatus.

3. *sunt qui per duumuiros, qui de perduellione anquirerent, creatos auctores sint damnatum:* PM cod. Rhen. Harl. I. Leid. I. — In aliis recc. codd. scriptum est *inquirerent*, in aliis *acquirerent*. Cf. 8, 33.: „capite anquisitum ob rem bello male gestam de imperatore nullo ad eam diem esse“. al. 1, 26. ubi de caede manifesta agitur, scribendum erat: „duumviros, qui Horatio perduellionem iudicent, secundum legem facio“.

6. *et eximiae gloriae monumentum et poenae ultimae fuit:* PM: nisi quod in M *paene*. sic persaepe pro *oe* quod in antiquioribus libris erat, scriptum est *ae* in paulo recentioribus. itaque reppperimus semper fere *proelium* in Put. Laurish., *praelium* haud raro in Medic. — Cf. Plut. Cam. 36.: ὁ μὲν οὖν Μάλλιος ἁλοὺς εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀπήχθη καὶ κατὰ τῆς πέτρας ὠσθεὶς τὸν αὐτὸν τόπον ἔσχε καὶ τῶν εὐτυχεστάτων ἔργων καὶ τῶν μεγίστων ἀτυχημάτων μνημεῖον.

fuit. adiectae mortuo notae sunt, publica una, quod, cum domus eius fuisset ubi nunc aedes atque officina Monetae est, latum ad populum est ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret, gentilicia altera, quod gentis Manliae decreto cautum est ne quis deinde M. Manlius vocaretur. hunc exitum habuit vir, nisi in libera civitate natus esset, memorabilis. populum brevi, postquam periculum ab eo nullum erat, per se ipsas recordantem virtutes desiderium eius tenuit. pestilentia etiam brevi consecuta nullis occurrentibus tantae cladis causis ex Manliano supplicio magnae parti videri orta: violatum Capitolium esse sanguine servatoris, nec dis cordi fuisse poenam eius oblatam prope oculis suis, a quo sua templa erepta manibus hostium essent.

XXI. Pestilentiam inopia frugum et volgatam utriusque mali famam anno insequente multiplex bellum excepit, L. Valerio quartum A. Manlio tertium Ser. Sulpicio ter-

2. *ubi nunc aedes atque officina Monetae est:* PM. Cf. 42, 7. 45, 15. — PM: *ne quis in arce aut Capitolio habitaret.* Haverc. aliiq. recc.: *in* arce aut *in* Capitolio.

6. *nisi in libera ciuitate natus esset:* P. — M: *natus†memorabilis:* erasis tribus litteris mediis.

9. *pestilentia etiam breui consecuta:* PM. In Leid. I. excidit *etiam.*

11. *sanguine seruatoris:* M m. 2. P. — M m. 1.: sanguine*m.* Cf. paulo pôst „inopia*m*".

12. *nec dis cordi fuisse:* M m. 1. P] nec diis cet. (M m. 2.). Cf. 6, 9.

13. *erepta manibus hostium:* M m. 1. P al.] erepta e manibus hostium (Harl. I. teste Drakenb.). — M m. 2. Leid. I.: erept*æ* manibus. Cf. 6, 12.: *uictoria* et *adsidua bella.* 6, 22.: *solita:* al. Utrumque et poterat scribi et scriptum est. cf. 5, 51. 1, 14. 29, 32. al.

14. *pestilentiam inopia frugum et uolgatam utriusque mali famam anno insequente multiplex bellum excepit:* P. h. e. pestilentiam secuta est inopia frugum, quorum amborum malorum fama hostes ad bellum Romanis inferendum incitati sunt. In M Harl. I. Leid. I. scriptum est *inopiam,* et in M m. 1.: *uolgatam,* m. 2.: *uulgatam.* Cf. 4, 52.: „pestilentem annum inopia frugum neglecto cultu agrorum ut plerumque fit excepit": al. — Recc. codd.: *insequenti.* cf. 6, 22. al.

16. *l. ualerio. IIII. aulo man-*

tium L. Lucretio L. Aemilio tertium M. Trebonio tribunis militum consulari potestate. hostes novi praeter Vulscos velut sorte quadam prope in aeternum exercendo Romano militi datos Cerceiosque et Velitras colonias iam diu molientes defectionem et suspectum Latium Lanuvini etiam, quae fidelissima urbs fuerat, subito exorti. id patres rati contemptu accidere, quod Veliternis civibus suis tam diu inpunita defectio esset, decreverunt ut primo quoque tempore ad populum ferretur de bello eis indicendo. ad quam militiam quo paratior plebes esset, quinqueviros Pomptino agro dividendo et triumviros Nepete coloniae deducendae creaverunt. tum ut bellum iuberent latum ad populum est, et nequiquam dissuadentibus tribunis plebis omnes tribus

lio. III. seruilio sulpicio. III. lucio lucretio. l. aemilio. III. m. trebonio. tr. mil. consulari potestate: P. — M: „l. ualerios. IIII. aulo manlio. III. seruio sulpicio. III. lucio lucretio. l. aemilio. III. m. trebonio. tr. mil." cet. manu altera deinde nominibus littera *s* addita est, ut fieret *aulos manlios* cet. Eadem m. 2. scriptum est *hostes nouos*, cum m. 1. *hostes noui* esset. — In Cap. fragm. scriptum est *L. Aimilius IV*, quod inde factum videtur, quod ad a. 363. non *Marcus Aemilius* (cf. Liv. 5, 32.) sed *Lucius Aimilius* in Capit. tab. inter tribunos relatus est. Cf. 6, 1. 5. 22.

4. *cerceiosque:* PM] Circeiosque. Cf. 6, 17.: Cerceiensibus. — Paulo ante P m. 1. M: *datos*. P m. 2. Harl. I. Leid. I.: dat*us*. — Harl. I. cereusque et uelitras coloniae. Leid. I.: circeusque et uelitras coloniae.

7. *contemptu accidere:* PM. — Leid. I.: contemtu accipere. — P: ut primo q̄q̄ tempore ad populum ferretur. Recc. codd.: ferretur ad populum.

10. *Pomptino agro diuidendo:* M m. 2. — M m. 1.: agro*m*. Harl. I.: pomptino acrom. — P: pomtino agro. — Recc. quid. codd.: *Nepet.* cf. 6, 9. Harl. I. Leid. I.: *nepetat.*

12. *latum ad populum est:* P. — M: legatum ad populum est. — PM: nequ*ic*quam. Harl. I. Leid. I.: nequ*a*quam. — PM: dissuadentibus tr̄. p̄l. omnes tribus bellum iusserunt. h. e. universus populus iussit. alioquin scribendum erat *omnes centuriae.*

bellum iusserunt. apparatum eo anno bellum est, exercitus propter pestilentiam non eductus. eaque cunctatio colonis spatium dederat deprecandi senatum: et magna hominum pars eo ut legatio supplex Romam mitteretur inclinabat, ni privato ut fit periculo publicum inplicitum esset, auctoresque defectionis ab Romanis metu ne soli crimini subiecti piacula irae Romanorum dederentur, avertissent colonias a consiliis pacis. neque in senatu solum per eos legatio inpedita est sed magna pars plebis incitata ut praedatum in agrum Romanum exirent. haec nova iniuria exturbavit omnem spem pacis. de Praenestinorum quoque defectione eo anno primum fama exorta, arguentibusque eos Tusculanis et Gabinis et Labicanis, quorum in fines incursatum erat, ita placide ab senatu responsum est, ut minus credi de criminibus, quia nollent ea vera esse, appareret.

XXII. Insequenti anno Sp. et L. Papirii novi tribuni militum consulari potestate Velitras legiones duxere, quat-

3. *et magna hominum pars:* PM. In Harl. I. *et magna* exciderunt. — M: ni priuato ut fit periculo publicu*m* plicitum esset. P: nisi *ut* priuato *ut* fit periculo publicum inplicitum esset. Harl. I. Leid. I.: ni priuato ut fit periculo publicum supplicium esset. Cod. Klock.: inplic*a*tum esset. Cf. 5, 31.: consulibusque morbo inplic*i*tis. 1, 31.: inplic*a*tus. 30, 5.: explic*a*uerunt.

8. *neque in senatu solum:* ed. Frob. 1531. — PM: neque in senatu*m* solum per eos legatio inpedita est.

10. *haec noua iniuria exturbauit omnem spem pacis:* PM. — Recc. codd. alii *perturbauit*, alii *deturbauit*. Sic paulo post recc. quid. codd.: *orta*.

13. *Labicanis:* PM Harl. I. Leid. I.] Lavicanis (cod. Sigoni). Cf. 2, 39.: *Labicos*. — PM: arguentibus*que* („aber als"): cf. 6, 4.: labor*que* continuus.

14. *ita placide ab senatu responsum est:* PM. Haec verba exciderunt in Harl. I. Leid. I. — Harl. I.: quia no*l*ent. — P: ea uersa esse appar*et*.

16. *Sp. et L. Papirii:* ed. Frob. 1531. Cf. paulo post: A. et L. Postumi. — PM Harl. I. Leid. I.: Sp. et L. Papiri*us*. — M m. 2. P: noui tr̄. mil. M m. 1.: noui*t* tr̄. mīl.

tuor collegis Ser. Cornelio Maluginensi tertium Q. Servilio C. Sulpicio L. Aemilio quartum tribunis ad praesidium urbis et si qui ex Etruria novi motus nuntiarentur — omnia enim inde suspecta erant — relictis. ad Velitras adversus maiora paene auxilia Praenestinorum quam ipsam colonorum multitudinem secundo proelio pugnatum est ita, ut propinquitas urbis hosti et causa maturioris fugae et unum ex fuga receptaculum esset. oppidi oppugnatione tribuni abstinuere, quia et anceps erat nec in perniciem coloniae pugnandum censebant. litterae Romam ad senatum cum victoriae nuntiis acriores in Praenestinum quam in Veliternum hostem missae: itaque ex senatus consulto populique iussu bellum Praenestinis indictum, qui coniuncti Vulscis anno insequente Satricum, coloniam populi Romani pertinaciter a colonis defensam, vi expugnarunt foedeque in captis exercuere victoriam. eam rem aegre passi Romani M. Fu-

1. *Ser. Cornelio Maluginensi tertium*] Ser. Cornelio Maluginense quartum. — PM: ser. cornelio (P: coHenio) maluginens*i*. III. Cf. 4, 21.: „M. Cornelio Maluginense". 6, 27.: „Ser. Cornelio Maluginens*e*": al. — Cf. 6, 18.: „Serv. Cornelius Maluginensis iterum".
— *Q. Seruilio C. Sulpicio*: Harl. I.] Q. Servilio Ser. Sulpicio. — PM Leid. I.: q̄. ser̄. c̄. sulpicio. — PM: l. aemilio. IIII. tribunis cet. Diodorus 15, 41. anni 372. tribunos cons. pot. tradit hos: Κόϊντον Κράσσον, Σερούϊλιον Κορνήλιον, ἔτι δὲ Σπόριον Παπίριον καὶ Φάβιον Ἄλβον.
3. *et si qui ex Etruria noui motus nuntiarentur*: PM. — Harl. I.: nuntiar*e*tur: quasi librarius non *si qui* sed *si quid* scribi voluerit. — Harl. I. Leid. I.: ad uelitr*a*. — M: p*e*ne.
6. *ut propinquitas urbis hosti et causa* cet.: PM. — Harl. I. Leid. I. *hostis*. Oxon. C.: hosti*bus*. cf. 6, 1.: hosti.
12. *itaque ex sc̄. populique iussu bellum praenestinis indictum qui coniuncti uolsois anno insequente satricum coloniam pr̄. pertinaciter a colonis defensam ui expugnarunt foedeque in captis exercuere uictoriam*: PM. — Leid. I.: coniunct*um*. — Voss. II. al.: insequent*i*. — Harl. I. Voss. II.: expugnauerunt. — Cod. Sig. et recc. quid. Drak.: foed*am*que. — Cf. 5, 2.: „hoc neque reges neque consules iniunxisse servitutis, quod tribuni mil. *in plebe romana* regnum *exercerent*". al.
16. *M. Furium Camillum septi-*

rium Camillum septimum tribunum militum creavere. additi collegae A. et L. Postumi Regillenses ac L. Furius cum L. Lucretio et M. Fabio Ambusto. Vulscum bellum M. Furio extra ordinem decretum. adiutor ex tribunis sorte L. Furius datur non tam e re publica quam ut collegae materia ad omnem laudem esset, et publice, quod rem temeritate eius prolapsam restituit, et privatim, quod ex errore gratiam potius eius sibi quam suam gloriam petit. exactae iam aetatis Camillus erat comitiisque iurare parato in verba

mum: Cf. 6, 18.: M. Furius Camillus sextum. — In PM cod. Rhen. Harl. I. scriptum est: „m̄. furium camillum vi tr̄. mil̄. creauere". in rell. Drak.: „Camillum m".

2. *A. et L. Postumi:* P] A. et L. Postumii. — M: auli et. l. postumi. Harl. I. Voss. II. al.: A. et L. Postumi*us*. Cf. paulo ante *Papirii*. — PM: *regilienses*. Harl. I. Leid. I. al.: *religienses*. Cf. 4, 49. 5, 16.

3. *Vulscum bellum M. Furio extra ordinem decretum:* PM. — Recc. quid. codd.: decretum extra ordinem. — Cf. 6, 30.: provincia sine sorte sine conparatione extra ordinem data. 30, 1.: censuerunt patres, ut consules inter se conpararent sortirenturve, uter Bruttios adversus Hannibalem, uter Etruriam ac Ligures provinciam haberet.

4. *adiutor ex tribunis sorte L. Furius datur* (P: dator) *non tam e rep̄. quam ut collegae materia ad omnem laudem esset:* PM. i. e. sors ita tulerat ut L. Furius in Volscum bellum cum M. Furio mitteretur, non tam ut ipse rem publicam consilio suo adiuvaret, quam ut M. Furio materiam praeberet maiorem etiam gloriam nanciscendi.

8. *quam suam gloriam petit:* M Harl. I. Leid. I.] quam suam gloriam petiit. Cf. 30, 29.: laeto animo audit. al. T. Livi l. xxx. p. xc. — P: quam gloriam suam petit. — *Et* ante *publice* excidit in Leid. I.

9. *in uerba excusandae ualetudini solita:* Oxon. N. In P repperimus „excusandae ualetudini solitae". in M „excusandae ualetudini solite": idemque videtur in cod. Rhen. fuisse, cum Rhenanus *solita* scribendum esse coniiceret. Cf. 6, 20.: *erepta*. contra scriptum est in Leid. I. „exact*a* iam aetatis Camillus erat". — Harl. I. Leid. I.: ualetudini*s* lite. Voss. II. Pall. 1. 3.: ualetudinis licet. Recc. codd.: ualetudinis solitae. — P m. 1.: comiti*u*sque. — Quod ad interpretationem huius loci attinet, dicendum est,

excusandae valetudini solita consensus populi restiterat, sed vegetum ingenium in vivido pectore vigebat virebatque integris sensibus, et civiles iam res haud magnopere obeuntem bella excitabant. quattuor legionibus quaternum milium scriptis — exercitu indicto ad portam Esquilinam in posteram diem — ad Satricum profectus. ibi eum expugnatores coloniae haudquaquam perculsi fidentes militum numero, quo aliquantum praestabant, opperiebantur. postquam adpropinquare Romanos senserunt, extemplo in aciem procedunt nihil dilaturi quin periculum summae rerum facerent: ita paucitati hostium nihil artes imperatoris unici, quibus solis confiderent, profuturas esse.

non ita quidem ut 6, 16. (invidiaeque) particulam *que* in *comitiisque* adversativo sensu „aber als er" cet. scriptam esse, cum apodosis a verbis *sed vegetum ingenium* inciperet; sed *consensus populi restiterat* brevius dictum videri, cum loci ratio postularet „nihil aliud quam consensus populi prohibuerat ne se excusaret": „Camillus war schon von hohem Alter und als er am Comitialtage sich vorgenommen, wenn man ihn wieder wählen sollte, sich mit der Schwäche seiner Gesundheit zu entschuldigen, so hatte nur der allgemeine Wunsch des Volkes ihn von seinem Vorhaben abbringen können: aber es regte sich in der starken Brust noch ein frischer Geist bei ungeschwächten Sinnen".

2. *uirebatque integris sensibus:* P. — M: uirebat *quaeque* integris sensibus: (Cf. T. Livi l. xxx. p. xliii. iii.). M m. 2.: uirebat quoque integris cet. — In Leid i. scriptum est et „in *ui*do pectore" et „magno opere": in eodem et in P „excitab*at*". — De sonus assimilatione quam in verbis „vegetum, vivido, vigebat, virebat" audimus, cf. T. Livi l. xxx. p. lxv.

4. iiii. *legionibus quaternum milium scriptis:* PM.

5. *in posteram diem:* PM rell.] in posterum diem. Cf. 6, 23.: ad eam diem. al. — Paulo post scriptum erat in P m. 1.: expugna*o*tores: et in PM Harl. i. al. *perpulsi* pro *perculsi:* de quo mendo cf. 3, 30.: „is metus per*c*ulit".

9. *extemplo in aciem procedunt:* M. In P et in Leid. i. excidit *in*.

11. *quibus solis confiderent* (scil. Romani): M cod. Rhen. — P Harl. i. Leid. i.: *confideret:* scil. paucitas. — P m. 1.: „imperator*es*": et „pro-

XXIII. Idem ardor et in Romano exercitu erat et in altero duce, nec praesentis dimicationis fortunam ulla res praeter quam unius viri consilium atque imperium morabatur qui occasionem iuvandarum ratione virium trahendo bello quaerebat. eo magis hostis instare, nec iam pro castris tantum suis explicare aciem sed procedere in medium campi et vallo prope hostium signa inferendo superbam fiduciam virium ostentare. id aegre patiebatur Romanus miles, multo aegrius alter ex tribunis militum L. Furius ferox cum aetate et ingenio tum multitudinis ex incertissimo sumentis animos spe inflatus. hic per se iam milites incitatos insuper instigabat elevando — qua una poterat — aetate auctoritatem collegae, iuvenibus bella data dictitans et cum corporibus vigere et deflorescere animos: cunctatorem ex acerrimo bellatore factum, et qui adveniens castra urbesque primo impetu rapere sit solitus, eum residem intra vallum tempus terere — quid accessurum suis decessurumve hostium viribus sperantem? quam occasionem quod tempus

futuras esset": unde coniici posset, in antiquiore libro scriptum fuisse „*et idem ardor*".

4. *qui occasionem iuuandarum ratione uirium trahendo bello quaerebat:* PM. — Recc. codd.: iuuandarum ratione *romanarum* uirium. Voss. II.: trahendo bell*um*. — Paulo post multi recc. codd.: signa hostium inferendo.

8. *id aegre patiebatur:* PM. — Leid. I.: *aut* aegre. — PM: alter ex tr. mil. L. furius.

9. *cum aetate et ingenio tum:* M m. 1. P cod. Rhen. Harl. I. Leid. I.: — M m. 2. et recc. codd.: *tum aetate* cet. — Leid. I.: ex incertissimo *sumtis* animos. Voss. II. al.: *sumtis animis*.

15. *et qui aduenients:* cod. Rheu. — PM Harl. I. Leid. I.: „et quia aduenients". Sic erratum est 4, 37. in P „qui*a* ad id missi erant", cum in M esset „qui ad id missi erant". — PM cod. Rhen. Harl. I. Leid. I.: „primo impetu *rapere* sit solitus". Recc. codd.: „capere". Cf. 1, 9. al. — PM Leid. I.: „tempus te*r*rere": eodem mendo quo 6, 8. „sese ter*r*erent" scriptum erat. — P m. 1.: quid acce*n*surum.

quem insidiis instruendis quaerentem locum? frigere ac torpere senis consilia: sed Camillo cum vitae satis tum gloriae esse: ecquid attinere cum mortali corpore uno civitatis, quam inmortalem esse deceat, pati consenescere vires?

1. *quem insidiis instruendis quaerentem locum:* ex coni. m.] quem insidiis instruendis locum: ex coni. I. Fr. Gronovii. — PM Harl. I. Leid. I. al.: „quem insidiis instruentem locum". Cod. Sig. Haverc.: „ingruentem". Simili mendo integra oratio persaepe corrupta est, ut mediis quibusdam litteris omissis duo verba in unum confunderentur. cf. T. Livi l. XXX. p. XLVI. IV. Hoc vero loco eo facilius errari potuit, si *quae* vel *que* ut sexcenties alias neglegentia quadam praetermissum erat. tum demum, cum *quaerentem* restitutum erit, intelligi etiam potest, qui *instruentem* vel *ingruentem* a librariis fingi potuerit. *Quaerentem* respondet antecedenti *sperantem*, et supra iam scriptum erat „qui occasionem — quaerebat". — P: occa*ss*ionem.

— *frigere ac torpere senis consilia:* PM. Cf. 1, 41.: „si tua re subita consilia torpent, at tu mea consilia sequere". — P cod. Rhen. Harl. I. Leid. I. al.: „*cum* uitae satis tum gloriae esse". M m. 1.: *cum* uite satis tum gloriae esset". m. 2.: *t*um uite cet.

3. *ecquid attinere:* ex coni. m.] quid attinere (codd.). „Sei es wohl aber recht, dass man hinschwinden lasse". *Ecquid* restituendum videbatur, cum interrogatio negativa esset, et in M verae scripturae vestigium in *essetquid* servatum esset. saepissime vero in antiquis libris *etquid* pro *ecquid* scriptum legi, harum rerum peritos non fugerit. cf. ex. gr. 4, 3. ubi in omnibus mscriptis illud *et quid* reperitur. 42, 26. in Laurish. codice. 27, 10. in Put. pro *ecquid* scriptum est *equid*, in Colb. m. 1. *ecquid*, m. 2. *numquid*, in Bamberg. *quid*. al. Reperitur quidem haud raro etiam *quid attinet*, sed ibi locorum rationes diversae sunt. sic legimus 2, 41.: „quid ita enim adsumi socios et nomen Latinum? quid attinuisse Hernicis paulo ante hostibus capti agri partem tertiam reddi, nisi ut" cet. „Wozu sei es nöthig gewesen". Plerumque vero *quid attinet* idem fere quod *nihil attinet* significat (cf. 10, 13. al.), quem ad modum saepe *nec attinet* scriptum est (ex. gr. 3, 36.). — M: pati co*m*senescere uires. P m. 1.: pati consenesceat uiros. m. 2.: consenescere.

His sermonibus tota in se averterat castra, et cum omnibus locis posceretur pugna, „sustinere“ inquit „M. Furi non possumus impetum militum, et hostis, cuius animos cunctando auximus, iam minime toleranda superbia insultat: cede unus omnibus et patere te vinci consilio ut maturius bello vincas“. ad ea Camillus, quae bella suo unius auspicio gesta ad eam diem essent, negare in eis neque se neque populum Romanum aut consilii sui aut fortunae paenituisse: nunc scire se collegam habere iure imperioque parem, vigore aetatis praestantem: itaque se quod ad exercitum attineat regere consuesse non regi, collegae imperium se non posse inpedire: diis bene iuvantibus ageret quod e re publica duceret. aetati suae se veniam etiam petere ne in prima

1. *auerterat* (scil. a Camillo): PM. — Plerique recc.: *aduerterat*. Cf. 1, 12. al. — Voss. II. al.: „et cum omnibus locis *peteretur* pugna“. — P m. 1.: inqui*d*. — Leid. I.: non poss*i*mus. — Recc. multi codd.: cuius anim*um* cunctando auximus. — P: to*ll*eranda. Harl. I.: iam minime toleranda *in* superbia *in*sultat.

5. *cede unus omnibus:* P m. 2. M. — P m. 1.: ced*us*. — Paulo post P m. 1.: „ad eam*dem* diem“: sed *dem* erasum est.

7. *negare in eis neque se neque p̄r. aut consilii sui aut fortunae paenituisse:* PM. Cf. 1, 26.: „*non* tulit populus *nec* patris lacrimas *nec* ipsius parem in omni periculo animum“. 1, 36.: „*negare* Attus Navius *neque* mutari *neque* novum constitui, nisi aves addixissent, posse“. 26, 13. al. 27, 21.: „Servilium *negabant* iure *aut* tribunum plebis fuisse *aut* aedilem esse“. 27, 4.: „sed litterae — curam iniecerant *ne aut* consulem a bello avocarent *aut* in annum consules deessent“. 5, 46. al. 6, 16.: „*nullius nec* oculi *nec* aures indignitatem ferebant, sed invicta sibi quaedam — civitas fecerat, *nec* adversus dictatoriam vim *aut* tribuni plebis *aut* ipsa plebs attollere oculos *aut* hiscere audebant“.

12. *diis bene iuuantibus ageret quod e re p̄. duceret:* PM. — Leid. I.: quo de rep̄. Voss. II.: quod de rep̄.

13. *aetati suae se ueniam etiam petere ne in prima acie esset:* PM. *Etiam*, quam particulam interpretes quidam ad *aetati suae* referendam esse censuerunt, pertinet ad *ne esset*, quod praeter alia etiam locus vocis postulat: „se ve-

acie esset: quae senis munia in bello sint, iis se non defuturum. id a diis inmortalibus precari ne qui casus suum consilium laudabile efficiat. nec ab hominibus salutaris sententia nec ab diis tam piae preces auditae sunt. primam aciem auctor pugnae instruit, subsidia Camillus firmat validamque stationem pro castris opponit: ipse edito loco spectator intentus in eventum alieni consilii constitit.

niam etiam *hanc* petere ne in prima acie esset" „für sein Alter bitte er auch in-sofern um Entschuldigung, dass er nicht im Vordertreffen am Kampfe Theil nähme". In Leid. I. multisque recc. scriptum est *aetatis suae*, quod non minus probandum videtur. Sic enim 3, 12. non modo „veniam *errori* atque adulescentiae petendo" sed etiam 7, 20. „legatos mitti iubebat ad petendam *erroris* veniam" legimus. Cf. 3, 7.: „veniam *irarum caelestium* finemque pesti exposcunt". 8, 35.: „orare dictatorem insistunt ut veniam *errori humano*, veniam adulescentiae Q. Fabii daret": pauloque post „ea ira alienavit a dictatore militum animos, quod inplacabilis Q. Fabio fuisset et quod suis precibus negasset, *eius* populo romano veniam dedisset". — P: „quae senis *numia* in bello sint": sed, eadem m. 1. restituit *munia*.

2. *ne qui casus:* PM. — Recc. codd.: ne qui*s* casus. Cf. 29, 12.: ne qui motus maior oreretur. 3, 10.: ne qui in loca summa urbis impetus cet. 3, 17.: si qui inpediat. al.

4. *nec ab diis:* P] nec a diis (rell. codd.). In P etiam primo scriptum erat „nec *ad* diis". cf. 6, 11.: ab Vulscis. — M: pr*ae*eces.

— *primam aciem auctor pugnae instruit:* PM: nisi quod in P primo erat *intruit*. — Leid. I. al.: actor pugnae. — PM: *subsidia Camillus firmat:* h. e. in subsidiis locat validiores milites.

7. *intentus in euentum:* cod. Gärtnerianus] intentus in eventu (rell. codd.). Drakenborchio ablativus non improbandus videbatur, modo *intentus* ne referretur ad *in eventu*. sed equidem non video, qui haec verba hoc loco seiungi possint. ad hoc enim ipsum intentissimus esse debebat Camillus, si vere reipublicae consultum vellet, quem eventum alienum a se collegae consilium haberet, ut, si id quod ne fieret timebat, accidisset, paratus ad auxilium ferendum esset. ex magna similium locorum copia cf. 4, 27.: „postquam intentos homines in eventum periculi alieni pro se incau-

XXIV. Simul primo concursu concrepuere arma, hostis dolo non metu pedem rettulit. lenis ab tergo clivus erat inter aciem et castra: et quod multitudo suppeditabat, aliquot validas cohortes in castris armatas instructasque reliquerant, quae inter commissum iam certamen, ubi vallo adpropinquasset hostis, erumperent. Romanus cedentem hostem effuse sequendo in locum iniquum pertractus opportunus huic eruptioni fuit: versus itaque in victorem terror et novo hoste et supina valle Romanam inclinavit aciem. instant Vulsci recentes qui e castris impetum fecerant: integrant et illi pugnam qui simulata cesserant fuga. iam non

tos neglectis vigiliis stationibusque est adortus" cet. Litteram *m* vero in fine verborum maxima incuria a librariis non adiectam modo sed etiam omissam esse notissimum est. — M: *cōs titit.*

2. *lenis ab tergo cliuus erat:* PM. — Recc. multi codd.: le*u*is. Cf. 2, 50.: „duxit via in editum leniter collem". 29, 33.: „leni clivo ferente ad hostem". al. — Harl. I. Leid. I.: aliquo*d* ualidas cohortes. — P: reli*n*querant. Cf. 2, 10.

7. *opportunus:* M. — P: o*p*ortunus. — „Die Römer den weichenden Feind mit stürmischer Gewalt verfolgend, als sie sich an jene gefährlichen Stellen hatten verlocken lassen, standen gegen den nun hervorbrechenden Feind in grossem Nachtheile. So wandte sich denn der Schrecken bei dem Anblicke des neuen Feindes und der abschüssigen Ebene, durch die man zurückmusste, auf den Sieger, und brachte die röm. Schlachtreihe zum Weichen".

11. *qui simulata cesserant fuga:* M m. 2. — M m. 1.: fuga*m*. P m. 1.: qu*a* sim*i*lata. m. 2.: simulata.

— *iam non recipiebat se romanus miles:* PM. Videndum est ne quis cum Conr. Heusingero hunc locum interpretetur „schon wich der römische Soldat nicht blos rückwärts", sed „nicht vermochte der Römer sich von dem plötzlichen Schrecken wieder zu erholen und von Neuem festen Fuss zu fassen". Particula *iam*, qua Livius ad id, quod *tum deinde* significant, maiore quadam vi exprimendum uti solet (cf. 6, 18.), in errorem induxerit. Cf. 2, 50.: „mox ut respirandi superior locus spatium dedit recipiendique a pavore tanto animum, pepulere etiam subeuntes" (21, 5.). 10, 28.: „et insecuta — Gallica acies nullum

recipiebat se Romanus miles sed inmemor recentis ferociae veterisque decoris terga passim dabat atque effuso cursu castra repetebat, cum Camillus subiectus ab circumstantibus in equum et raptim subsidiis oppositis „haec est“ inquit, „milites, pugna quam poposcistis? quis homo quis deus est quem accusare possitis? vestra illa temeritas, vestra ignavia haec est. secuti alium ducem sequimini nunc Camillum, et quod ductu meo soletis, vincite. quid vallum et castra spectatis? neminem vestrum illa nisi victorem receptura sunt“. pudor primo tenuit effusos: inde ut circumagi signa obvertique aciem viderunt in hostem, et dux — praeterquam

spatium respirandi recipiendique se dedit“. Cic. de rep. 6, 18.: „quae cum intuerer stupens, ut me recepi, Quis hic inquam, quis est qui conplet aures meas, tantus et tam dulcis sonus?“ al. —'Leid. I.: dab*at*que effuso cursu.

3. *subiectus ab circumstantibus:* M: „auf das Pferd gehoben“. Cf. 31, 37.: „saluti fuit eques, qui raptim ipse desiluit pavidumque regem in equum subiecit“. — M: cum camillus sublatus subiectus ab | circumstantibus in aequm. P: cum camillus sublatus circumstantibus in equúm. Cf. 2, 7.: fieri. — *Subiectus* etiam in Leid. I. et quibusdam recc. codd. scriptum est. in tribus Palatinis aliisque *subuectus.* Harl. I.: subuectus sub latus eorum. — P m. 1.: inqui*d.* — P*:* pugna quam *po*scitis. — P m. 1.: accusare po*s*itis.

7. *secuti alium ducem sequimini nunc Camillum:* PM. — Recc. quid. codd.: sequ*a*mini. — PM: *et quod ductu meo soletis uincite.* Multi recc.: et *ut* ductu cet.

9. *neminem uestrum illa nisi uictorem receptura sunt:* PM. — Non peius Leid. I.: neminem *illa* uestrum nisi cet.

10. *pudor primo tenuit effusos:* P. — M: effuso. — Plerique recc. codd. pessime: „obvertique aciem uiderunt, *ruunt* in hostem“ cet.

11. *praeterquam quod tot insignis triumphis:* PM rell. Dukerus aut *quod* delendum aut *erat* addendum censuit. verum quamquam L. saepe ita scripsit, tamen quidquam mutari nolim, cum idem non minus saepe verbum *esse* praetermiserit. — M m. 1.: etiam aeta uenerabilis. M m. 2. P: aetate. Leid. I.: etiam acta uenerabilis. Harl. I.: actu. Recc. quid. codd. hinc: etiam exacta aetate uenerabilis. — P m. 1.: inter prima prima ubi plurim' | labor. m. 2.: in-

quod tot insignis triumphis, etiam aetate venerabilis — inter prima signa ubi plurimus labor periculumque erat se offerebat, increpare singuli se quisque et alios, et adhortatio in vicem totam alacri clamore pervasit aciem. neque alter tribunus rei defuit, sed missus a collega restituente peditum aciem ad equites, non castigando — ad quam rem leviorem auctorem eum culpae societas fecerat — sed ab imperio totus ad preces versus orare singulos universosque, ut se reum fortunae eius diei crimine eximerent: „abnuente ac prohibente collega temeritatis me omnium potius socium quam unius prudentiae dedi: Camillus in utraque vestra fortuna suam gloriam videt: ego, ni restituitur pugna, quod miserrimum est, fortunam cum omnibus, infamiam solus sentiam.“ optimum visum est in fluctuantem aciem tradi equos et pedestri pugna invadere hostem. eunt insignes armis animisque qua premi parte maxime peditum copias vident. ni-

ter prima signa ubi cet. — M m. 1.: lacri clamore. m. 3.: alacri.

6. *non castigando:* PM rell. Ex sequenti verbo *orare* supplendum est „impellere atque incitare equitum animos“. Simili modo scriptum est 3, 12.: „pater inter hos L. Quinctius *non iterando* laudes ne cumularet invidiam, sed veniam errori atque adulescentiae *petendo*, sibi qui non dicto non facto quemquam offendisset, ut condonarent filium *orabat*“. — M m. 1.: *fa*cerat. m. 2.: æ. — M: praeces. — Voss. II.: fortunae *eius die*. Cf. 9, 37. 1, 59. al.

10. *temeritatis:* PM. — Recc. codd.: temeritat*i*.

12. *ni restituitur pugna:* M. — P: pugna*m*. — P m. 1.: „fortunam *suam* cum omnibus“: sed *suam* erasum est. — P Harl. I.: infamiam solus sen*ten*tiam.

14. *optimum uisum est in fluctuantem aciem*: P. „Das Beste schien für die noch nicht abzusehende, für die noch nicht zu berechnende Entscheidung der Schlacht die Pferde abzugeben und zu Fuss auf den Feind einzudringen“. — M: *omni* | *um* uisum est in fluctuantem aci*e*. m. 2.: aciē: (non ut Drakenb. voluit „omnium *optimum* visum est“). In Harl. I. excidit *aciem*. I. Fr. Gron. scribendum coniecit „*inter* fluctuantem aciem“.

16. *qua premi parte maxime peditum copias uident:* P. — M: qua praemi parte*m* maxime cet. — In P primo

hil neque apud duces neque apud milites remittitur a summo certamine animi. sensit ergo eventus virtutis enixae opem, et Vulsci qua modo simulato metu cesserant ea in veram fugam effusi magna pars et in ipso certamine et post in fuga caesi, ceteri in castris quae capta eodem impetu sunt: plures tamen capti quam occisi.

XXV. Ubi in recensendis captivis cum Tusculani aliquot noscitarentur, secreti ab aliis ad tribunos adducuntur, percontantibusque fassi publico consilio se militasse. cuius tam vicini belli metu Camillus motus extemplo se Romam captivos ducturum ait, ne patres ignari sint Tusculanos ab

scriptum erat *remittuntur*, sed eadem m. 1. restitutum est *remittitur.*

2. *sensit ergo euentus uirtutis enixae opem:* PM cod. Rhen.] sensit — enisae opem. Cf. 6, 12.: *obnixos.* al. Utrumque tamen scriptum esse notum est: sic enim 30, 24. in Put. reperitur *enisus*, 29, 15. *enisuros:* al. — In P scriptum est *enixe.* — PM cod. Rhen.: et uolsci *qua* modo simulato metu cesserant *ea* cet. Cf. 5, 43. 4, 39. al. — M m. 1.: magna*m* pars.

7. *ubi in recensendis captiuis:* M m. 4. P: h. e. in quibus captivis recensendis. — M m. 1.: recensend*i.* — M m. 1. P: *secreti.* M m. 2.: secret*e.*

9. *percontantibusque:* PM] percunctantibusque. — Quamquam *percunctari* in Livianis annalibus ibi scribere ausi non sumus, ubi meliorum librorum consensus *percontari* postulabat, ne quod Livio prabatum esse posset, neglegere voluisse videremur, tamen a Livio semper *percunctari* scriptum esse facile crediderim: non tam quod id etiam in PM haud raro receptum est (ex. gr. 2, 28. 5, 32. al.), quam quod ubi in Puteano antiquissimo *percunctari* est, plerumque in Colb. aliisque libris *percuntari* reperitur, unde *percontari* facile nasci potuerit. cf. 22, 7. al. — PM: *fassi publico consilio se militasse.* Leid. I.: fas sit. Haverc.: se publico consilio militasse. In aliis recc. codd. excidit *se.*

11. *ducturum ait ne patres ignari sint:* P. — Harl. I. Leid. I.: ducturum *ut* ne patres cet. Recc. quid. codd.: ducturum ait ut ne patres ignari essent. — M: ducturum ne patres igna | risintusculanos cet. m. 2.: igna | ri intusculanos. — PM: *ab societate descisse.*

societate descisse: castris exercituique interim si videatur praesit collega. documento unus dies fuerat ne sua consilia melioribus praeferret: nec tamen aut ipsi aut in exercitu cuiquam satis placato animo Camillus laturus culpam eius videbatur, qua data in tam praecipitem casum res publica esset, et cum in exercitu tum Romae constans omnium fama erat, cum varia fortuna in Vulscis gesta res esset, adversae pugnae fugaeque in L. Furio culpam, secundae decus omne penes M. Furium esse. introductis in senatum captivis cum bello persequendos Tusculanos patres censuissent Camilloque id bellum mandassent, adiutorem sibi ad eam rem unum petit, permissoque ut ex collegis optaret quem vellet, contra spem omnium L. Furium optavit: qua moderatione animi cum collegae levavit infamiam, tum sibi gloriam ingentem peperit. nec fuit cum Tusculanis bellum: pace constanti vim Romanam arcuerunt quam armis non poterant: intrantibus fines Romanis non demigratum ex pro-

1. *castris exercituique:* PM. — Haverc. al.: castris exercit*u*que. Cf. 4, 12.: us*u* menstruo. al.

2. *ne sua consilia melioribus praeferret:* PM. — Harl. I.: ne*c* sua cet.

5. *qua data in tam praecipitem casum resp. esset:* P m. 2. M. — P m. 1.: *perci*pitem. — PM cod. Rhen. Harl. I. Leid. I.: et *cum* in exercitu *tum* romae cet. cf. 6, 23.

7. *cum uaria fortuna in uulscis gesta res esset:* PM. In Harl. I. excidit *res*. Recc. quid. codd.: res gesta esset. — Recc. codd.: aduersae pugnae fugaeque in L. Furio culpam *sedere*, decus omne penes M. Furium esse.

11. *id bellum:* P. — M: ad bellum. Leid. I.: id ad bellum.

14. *cum collegae:* P al. — Recc. codd.: tum. M m. 1.: cum college. m. 2.: tum.

15. *nec fuit — bellum:* „aber“. Cf. 6, 4.: laborque.

16. *pace constanti uim romanam arguerunt:* M Harl. I. al. — P: arcuer*a*nt. — Leid. I.: pacem constituit romanam arguerunt. Lov. 2.: pacem constituunt romanam habere quam armis non poterant.

17. *ex propinquis itineris locis:* PM Harl. I. Leid. I. al. — Recc. quid. codd.: *itineribus*. Drakenb. malebat cum antiquis quibusdam editt. *itineri*.

pinquis itineris locis, non cultus agrorum intermissus, patentibus portis urbis togati obviam frequentes imperatoribus processere, commeatus exercitui comiter in castra ex urbe et ex agris devehitur. Camillus castris ante portas positis eademne forma pacis, quae in agris ostentaretur, etiam intra moenia esset scire cupiens, ingressus urbem ubi patentes ianuas et tabernis apertis proposita omnia in medio vidit, intentosque opifices suo quemque operi, et ludos litterarum strepere discentium vocibus, ac repletas semitas inter vulgus aliud puerorum et mulierum huc atque illuc euntium qua quemque suorum usuum causae ferrent, nihil usquam non pavidis modo sed ne mirantibus quidem simile, circumspiciebat omnia inquirens oculis ubinam bellum fuisset: adeo nec amotae rei usquam nec oblatae ad tempus vestigium ullum erat, sed ita omnia constanti tranquilla pace ut eo vix fama belli perlata videri posset.

4. *deuehitur:* P. — M: deuehity. — Harl. I. Leid. I. paulo ante „commeatus exercit*us*“.

7. *proposita omnia in medio uidit:* PM. — Recc. quid. codd.: in medio *foro* uidit. — M m. 2. P: et ludos litterarum strepere discentium uocibus. M m. 1.: di*c*entium. Pall. duo Voss. II. al.: et uicos litteras strepere discentium uocibus.

9. *ac repletas semitas inter uulgus aliut puerorum et mulierum:* P. — M: ac repletas semitas inter uul*scus* aliud | puerorum et mulierum. — *Semitas repletas puerorum et mulierum* non ineleganter Livius Graecorum ratione pro usitatiore ablativo latino scripsit, quem ad modum *plenus* et *refertus* modo cum genitivo modo cum ablativo coniungebantur. — Harl. I.: qua*m* quemque cet.

14. *nec oblatae ad tempus:* PM: h. e. quod praesens tempus postulare videretur, aut quod praesenti rerum rationi accommodatum esset.

15. *sed ita omnia constanti tranquilla pace:* PM: h. e. sed ita omnia tranquilla erant constanti pace. Non Tan. Fabrum modo, qui *tranquilla* non ad *omnia* sed ad *pace* referendum ratus *constabant* scribi vellet, sed etiam antiquiores librarios verus huius loci sensus fugit. in Harl. I. enim scriptum est „*constantia*“, et in Haverc. aliisque recc. codd. „omnia constanti tranquilla*que* pace“.

bellum indixistis, etsi revicta rebus verbis confutare nihil attinet, tamen etiam si vera sint, vel fateri nobis ea, cum tam evidenter paenituerit, tutum censemus. peccetur in vos, dum digni sitis quibus ita satisfiat." tantum fere verborum ab Tusculanis factum. pacem in praesentia nec ita multo post civitatem etiam impetraverunt. ab Tusculo legiones reductae.

XXVII. Camillus consilio et virtute in Vulsco bello, felicitate in Tusculana expeditione, utrobique singulari adversus collegam patientia et moderatione insignis, magistratu abiit creatis tribunis militaribus in insequentem annum L. et P. Valeriis — Lucio quintum Publio tertium — et Gajo Sergio tertium Lucio Menenio iterum Publio Papirio Servio Cornelio Maluginense. censoribus quoque eguit annus maxime propter incertam famam aeris alieni, adgravantibus

schützen werde, da das was geschehen ist uns so sichtbar mit Reue erfüllt. Mag man gegen euch fehlen, wenn ihr nur stets einer solchen Genugthuung würdig seid".

5. *pacem in praesentia nec ita multo post ciuitatem etiam impetrauerunt:* PM. — Duo Pall. Voss. II. al.: pace impetrata nec ita multo post cet.

6. *ab Tusculo legiones reductae:* PM. — Recc. multi codd.: „a Tusculo legiones *de*ductae": ut 8, 2.

8. *utrobique:* M. Non minus recte P „utr*u*bique". — P m. 1.: felicitat*a*. — Recc. codd.: *in* sequentem annum.

10. *L. et P. Valeriis Lucio quintum Publio tertium:* PM. — Harl. I.: L. et P. Valerio. Cf. 6, 22.: Papirii.

11. *et Gaio Sergio III:* PM Leid. I. Cf. 6, 11. — Harl. I.: gaudio sergio.

12. *Lucio Menenio iterum*] L. Menenio secundum. Cf. 6, 18.: T. Quinctius Cincinnatus *iterum*. — PM rell.: „licinio menenio. II." cf. 6, 5. et Diod. 15, 50.

— *Publio Papirio:* PM rell.] Spurio Papirio (ex coni. Pighii, quod praenomen *Publii* in gente Papiria raro inveniretur:). — Postremo in PM rell. non *seruio* sed *sergio cornelio maluginense* aeque ac 6, 18. scriptum est, in recc. quibusdam etiam *maluginensi* ut 6, 22. Diod. 15, 50. hos octo tradit trib.: Λεύκιον Οὐαλέριον καὶ Πόπλιον Ἄγκον, ἔτι δὲ Γάϊον Τερέντιον καὶ Λεύκιον Μενήνιον, — Γάϊον Σουλπίκιον καὶ Τίτον Παπίριον, καὶ Λεύκιον Αἰμίλιον καὶ Φάβιον Μάρκον.

14. *adgrauantibus summam*

summam etiam invidiae eius tribunis plebis, cum ab iis elevaretur quibus fide magis quam fortuna debentium laborare creditum videri expediebat. creati censores C. Sulpicius Camerinus Sp. Postumius Regillensis, coeptaque iam res morte Postumi, quia collegam suffici censori religio erat, interpel-

etiam inuidiae eius tribunis plebis: PM. — Leid. I. Voss. II. al.: *et* grauantibus. — Multum haeserunt interpretes in hoc loco explicando. Ant. Perizonius scribi voluit „adgravantibus summam etiam invidiae causa tribunis pl.“: Dukerus „adgravantibus summam etiam invidiose tribunis pl.“: Klockius ab aliis scribi rettulit „adgravantibus etiam summae eius invidiam“. Obscurus videtur locus verbis „*summam invidiae eius*“ factus esse, quamquam non difficile erat intellectu, haec verba nihil aliud significare quam „summam aeris alieni quo tanta invidia conflata esset“. at Livius non solum et alias similibus orationis figuris usus est, sed etiam hoc loco vix aliter scribere potuit, quod, si scripsisset *summam aeris alieni adgravantibus tribunis*, tribunos criminis insimulasset, cuius insontes fuisse poterant. tribuni igitur adgravare (cf. 4, 12.) conati sunt famam aeris alieni, quo studio necesse erat augeri etiam invidiam ex aere alieno factam, quae vel per se maxima videretur esse: feneratores incertam illam famam elevare studuerunt, cum dicerent pecuniam creditam ab debitoribus non solvi, non quod fortuna sed quod fides et voluntas solvendi deesset. „Auch trat in diesem Jahre das Bedürfniss ein Censoren zu wählen, vorzüglich der unsicheren Angaben wegen, die über das Verhältniss der Schulden zu dem Vermögenszustande im Umlauf waren, indem die Volkstribunen die Grösse dieses gehässigen Gegenstandes geflissentlich noch furchtbarer erscheinen zu lassen suchten, während dieselbe von denen geringer als sie es war angeschlagen ward, welchen es zu Gute kam, dass die Verzögerung der Zurückzahlung nicht durch den Mangel an Geld sondern durch den Mangel an Gewissenhaftigkeit der Schuldner herbeigeführt scheine“. — In P scriptum est „cum ab *h*iis“, et „credentium“ pro *creditum*.

3. *creati censores C. Sulpicius Camerinus Sp. Postumius Regillensis:* PM: nisi quod P „regi*l*ensis“.

5. *Postumi:* M] Postumii (P). — M m. 3. P: quia collegam suffici censori religio erat. M m. 1.: quia collegam suf-

lata est. igitur cum Sulpicius abdicasset se magistratu, censores alii vitio creati non gesserunt magistratum. tertios creari velut diis non accipientibus in eum annum censuram religiosum fuit. eam vero ludificationem plebis tribuni ferendam negabant: fugere senatum testes tabulas publicas census cuiusque quia nolint conspici summam aeris alieni, quae indicatura sit demersam partem a parte civitatis, cum interim obaeratam plebem obiectari aliis atque aliis hostibus, passim iam sine ullo discrimine bella quaeri: ab Antio Satricum, ab Satrico Velitras, inde Tusculum legiones ductas: Latinis Hernicis Praenestinis iam intentari arma civium magis quam hostium odio, ut in armis terant plebem nec respirare in urbe aut per otium libertatis meminisse si-

ficiens orireligio erat. Harl. I.: *qua* collegam cet. In Leid. I. Harl. I. al. excidit *erat*. — Cf. 5, 31.: „C. Iulius censor decessit: in eius locum M. Cornelius suffectus, quae res postea religioni fuit quia eo lustro Roma est capta: nec deinde umquam in demortui locum censor sufficitur".

2. *non gesserunt magistratum:* P. — M: non cesserunt cet.

3. *tertios creari:* P. — In M scriptum est haud scio an non minus recte *tertio*.

4. *eam uero ludificationem plebis tribuni ferendam negabant:* PM. In recc. quibusdam codd. scriptum est „eam uero ludificationem tribuni plebis" cet., quasi *plebis* non ad *ludificationem* sed ad *tribuni* pertineret.

5. *fugere senatum testes tabulas publicas census cuiusque quia nolint conspici:* PM: nisi quod in M littera *t* omissa *estes*. „Der Senat suche eine von Magistratspersonen aufgenommene Angabe der Vermögensumstände eines Jeden, die Zeugniss von der Sachlage abgeben würde, zu umgehen, weil man die Grösse der Schuldenlast nicht vor Augen haben wolle". — M: conspici summ*a*eris | alieni. — *Cum interim:* cf. 6, 11. — M m. 2. P: aliis atque aliis hostibus. M m. 1.: aliis at*que* que aliis hostibus. Harl. I.: aliis atque quae aliis cet.

9. *ab Antio Satricum:* P m. 2. M. — P m. 1.: ab anti*quo*. — P m. 1.: uelitra*ns*. — M: quam hostium *h*odio. — P: ut*a* in *a*rmis.

13. *aut per otium libertatis meminisse sinant aut consistere in contione:* PM. — PM: uocem tribuniciam de leuando foenore et finem alia-

nant aut consistere in contione, ubi aliquando audiant vocem tribuniciam de levando fenore et fine aliarum iniuriarum agentem. quod si sit animus plebi memor patrum libertatis, se nec addici quemquam civem Romanum ob creditam pecuniam passuros neque dilectum haberi, donec inspecto aere alieno initaque ratione minuendi eius sciat unusquisque, quid sui quid alieni sit, supersit sibi liberum corpus an id quoque nervo debeatur. merces seditionis proposita confestim seditionem excitavit. nam et addicebantur multi et ad Praenestini famam belli novas legiones scribendas patres censuerant: quae utraque simul auxilio tribunicio et consensu plebis inpediri coepta, nam neque duci addictos tribuni sinebant neque iuniores nomina dabant. cum patribus minor praesens cura creditae pecuniae iuris exsequendi quam dilectus esset — quippe iam a Praeneste pro-

rum iniuriarum agentem. Leid. I. Harl. I.: uocem tribunici *a*dleuando foenore cet. — *Finem* videtur in omnibus codd. scriptum esse. Eodem mendo paulo post in M „proposi*tam*“.

5. *neque dilectum haberi:* PM Harl. I. Leid. I.] neque delectum cet.

7. *supersit sibi liberum corpus:* PM. In Harl. I. aliisque excidit *sibi.*

9. *nam et addicebantur multi et:* PM. In Leid. I. Voss. II. multisque aliis codd. excidit prius *et*, pauloque post *nouas.*

12. *nam neque:* P m. 2. M. — P m. 1.: na*m*que. Cf. 6, 26.: habitus fu*it* eritque.

13. *cum patribus minor praesens cura creditae pecuniae iuris exsequendi quam dilectus esset:* PM rell. Praesens erat cura iuris creditae pecuniae exsequendi, praesens cura dilectus, utraque enim re eodem illo tempore senatus premebatur: sed cum hostes iamiam adesse dicerentur, maior et gravior videri debebat cura dilectus. hoc videtur Livius dicere voluisse, cum *minorem* patribus curam creditae pecuniae fuisse scriberet, et *praesens* ad utrumque periculum referri vellet. I. Fr. Gron. et Frid. Strothius, *minor praesens* artissime cohaerere rati, scribi voluerunt ille *minus praesens cura*, hic *minor in praesens cura*, quarum emendationum neutra rationi loci adversatur nec tamen Livio obversata videtur.

15. *profectos hostis:* Harl. I.

fectos hostis in agro Gabino consedisse nuntiabatur —, interim tribunos plebis fama ea ipsa inritaverat magis ad susceptum certamen quam deterruerat, neque aliud ad seditionem extinguendam in urbe quam prope inlatum moenibus ipsis bellum valuit.

XXVIII. Nam cum esset Praenestinis nuntiatum nullum exercitum conscriptum Romae, nullum ducem certum esse, patres ac plebem in semet ipsos versos, occasionem rati duces eorum raptim agmine acto pervastatis protinus

Leid. I.] profectos hostes (PM). „*Profectos hostis*“ et accusativus et nominativus esse potest: notum enim est interdum et Livium hoc accusativo cum inf. uti, quamquam nominativus cum inf. latinae linguae rationi magis respondebat. sic 3, 10.: „bovem locutam creditum“ aliaque similia scripta sunt. Pro nominativo vero habuerunt Pal. 1. 3. Voss. II. aliorum codicum librarii, qui „profectus hostis — nuntiabatur“ scribi voluerint. sic 3, 7. in antiquioribus codd. scriptum erat „nullam spem animos eorum cepit“, in recentioribus „animus“. 2, 45. in aliis libris „non ultra contumeliam pati Romanos posse“ in aliis „Romanus“: multaque alia eiusdem generis. — In Harl. I. est *nuntiabantur*. Num *nuntiabant?*

1. *in agro Gabino:* Iac. Gron. — In PM et in rell. codd. scriptum est *in agro sabino*, cui scripturae locorum ratio adversari videtur. per Gabinorum vero agros Praenestini recto itinere Romam proficisci poterant, quare et ipsi Iac. Gronovium secuti sumus. Cf. 6, 21.

1. *interim tr. pl. fama ea ipsa inritauerat:* PM cod. Rhen. Harl. I. — Leid. I. Voss. II. al.: fama ipsa cet. Haverc. al.; fama ea inrit. cet. — P: neque aliut. M Leid. I.: in urbem. — In Leid. I. excidit *prope*.

6. *nam cum esset Praenestinis nuntiatum:* P. — M: praenestinis inhis nuntiatum.

9. *raptim agmine acto:* codd. Pall. — In PM Drakenborchianisque libris scriptum est *raptim agmine facto*, nec hoc uno loco sed etiam 25, 9. in Put. Colb. Bamb. repperimus *raptim agmine facto*, 27, 16. in eisdem et in Medic. *cursim agmine facto*. dubium igitur videri potest, num editores consulto egerint, qui his locis *acto* pro *facto* scribi iusserunt. et difficilius etiam huius rei iudicium fit, quod verba *agere* et *facere* interdum idem prope

agris ad portam Collinam signa intulere. ingens in urbe trepidatio fuit. conclamatum ad arma concursumque in muros atque portas est, tandemque ab seditione ad bellum versi dictatorem T. Quinctium Cincinnatum creavere. is magistrum equitum Aulum Sempronium Atratinum dixit. quod ubi auditum est, — tantus eius magistratus terror erat — simul hostes a moenibus recessere et iuniores Ro-

significasse videntur, et quod *iter*, *viam*, *fugam facere* dici solebat, ut etiam illis locis *raptim agmine facto* idem esse posset quod *facto ut agmen raptim*, *cursim procederet*. nihilo minus tamen facere non possum quin *facto* non integrum habeam. ista enim ratione scriptum non repperi nisi cum *facto* post vocem *agmine* poneretur, ut ibi etiam, quem ad modum litteram *m* similibus vocibus persaepe interpositam videmus, aliquid adscriptum esse videri possit, ne litterae vocales se exciperent. 7, 37. enim in PM legimus *raptim agitur agmen*, nec secius in Put. Colb. 23, 36. *raptim acto agmine*. verum *agmen facere* longe alia significatione scriptum esse apud Virg. Aen. 1, 82. videre licet, ubi ita: „ac venti velut agmine facto Qua data porta ruunt et terras turbine perflant“: h. e. venti conglobati ruunt.

2. *concursumque in muros atque portas est:* PM rell. — I. Fr. Gron. *adque portas est* scribi voluit ut 6, 8.: „terroremque non *in* primam tantum aciem sed etiam *ad* subsidiarios perlatum“. nec tamen illa emendatione opus videtur cum permulti loci doceant Livium altero loco praepositionem suppleri voluisse. Cf. paulo post „in oculis atque auribus“. — M m. 2.: ab seditione. m. 1.: ab seditionem. P: *ob* seditionem. — M: T. Quintium.

4. *is magistrum equitum:* M m. 2. P. — M m. 1.: is magistratum equitum. — Leid. I.: Attratinum.

7. *simul hostes a moenibus recessere:* PM rell. Cf. 3, 50.: simul his quae videbant iisque cet. — Haverc.: simul *et* hostes cet. — In P scriptum erat m. 1.: *et iuniores ad edictum sine retractatione conuenere:* quod mihi quam maxime placet. quis enim dubitaret quin de Romanis iuvenibus referretur? sed cum altera manu etiam in P *romani* additum esset nec in ceteris codd. nomen deesse videretur, et ipse *iuniores romani* scripsi. — M: sine re | tractione. Harl. I: sine retrectatione. Cf. 3, 69.

mani ad edictum sine retractatione convenere. dum conscribitur Romae exercitus, castra interim hostium haud procul Alia flumine posita, inde agrum late populantes fatalem se urbi Romanae locum cepisse inter se iactabant, similem pavorem inde ac fugam fore ac bello Gallico fuerit: et enim si diem contactum religione insignemque nomine eius loci timeant Romani, quanto magis Aliensi die Aliam ipsam monumentum tantae cladis reformidaturos? species profecto his ibi truces Gallorum sonumque vocis in oculis atque auribus fore. has inanium rerum inanes ipsas volventes cogitationes fortunae loci delegaverant spes suas. Romani con-

1. *conscribitur:* PM. — Leid. I.: scribitur. — PM: *interim.* Recc. quid. codd.: inter*ea.* — P: haud procul a*l*ia. P m. 2. M: haud procul a*ll*ia.

6. *si diem contactum religione:* PM: nisi quod in P primo *relegione* videtur fuisse. — Harl. I. Leid. I. al.: diem contractum. — In Leid. I. al. scriptum est *teneant* pro „timeant". — P: aliensi die aliam ipsam. m. 2.: alliam. M: alliensi die alliam ipsa *m*onumentum cet. — Inconsulte Tan. Faber suasit ut „Aliensi die" expungeretur: „Denn wenn die Römer den Tag schon, an den sich die traurige Begebenheit geknüpft, als einen verhängnissvollen fürchteten und ihn deshalb durch den Namen des Ortes bemerkbar gemacht hätten, um wie viel mehr würden sie dann vor der Alia selbst, die ihre grosse Niederlage verewige, als vor dem Tage an dem die Schlacht geliefert worden zurückschaudern".

9. *his ibi.* — PM Leid. I. Harl. I.: hi*s* *s*ibi. Cf. T. Livi l. xxx. p. XLIII. III. — Pall. Voss. II. al.: hic sibi.

— *in oculis atque auribus fore:* PM Leid. I. al.] in oculis atque in auribus fore (Ald.). Cf. paulo ante „concursumque *in* muros atque portas est". — M: „uo*le*ntes cogitationes". P: „uoluentes". summam igitur victoriae spem, quam in se ac virtute sua ponere debebant, Praenestini in loci opportunitate posuerant.

11. *Romani contra ubicumque esset Latinus hostis satis scire:* PM. *Scire* infinitivus histor. hoc loco videtur esse nec supplendum *se*, quamquam ita saepe a Livio scriptum est. ex. gr. 1, 9.: „satis scire, origini Romanae et deos adfuisse et non defuturam victoriam". 30, 7.: „scire, incendio non proelio cladem

tra, ubicumque esset Latinus hostis, satis scire eum esse quem ad Regillum lacum devictum centum annorum pace obnoxia tenuerint. locum insignem memoria cladis inritaturum se potius ad delendam memoriam dedecoris, quam ut timorem faciat ne qua terra sit nefasta victoriae suae. quin ipsi sibi Galli si offerantur illo loco, se ita pugnaturos ut Romae pugnaverint in repetenda patria, ut postero die ad Gabios, tunc cum effecerint ne quis hostis, qui moenia Romana intrasset, nuntium secundae adversaeque fortunae domum perferret.

XXIX. His utrimque animis ad Aliam ventum est. dictator Romanus, postquam in conspectu hostes erant instructi intentique, „videsne tu“ inquit „A. Semproni, loci

acceptam“. — *Pace obnoxia* (PM) fortius dictum est quam *pace obnoxios tenuerint*, cum ea ex hoc pax inita videatur, qua se Latini subiectos atque obnoxios imperio Romanorum habere debuerint. Cf. 6, 2.

4. *ad delendam memoriam dedecoris:* M. — P: ad delendam memoriam *cladis* dedecoris.

5. *ne qua terra sit nefasta uictoriae suae:* PM: „dass es irgend ein Land gäbe, wo ihrer Tapferkeit der Sieg nicht beschieden sein solle“. Quem ad modum dies nefastus is erat, quo nihil agi utile videbatur (1, 19.), sic terra etiam nefasta dici poterat, si ea gravibus quibusdam difficultatibus obiectis victoriae adversa fore videbatur. — In Harl. I. excidit *suae*. Leid. I. al.: *uictoria sua*.

5. *quin ipsi sibi Galli si offerantur illo loco, se ita pugnaturos:* M Leid. I. al. — P: quin ipsi galli si offerantur illo loco, ita pugnaturos. m. 2.: *se ita*. Harl. I.: quin ipsi sibi galli si offerant illo loco se cet. C. Sigonius scribi voluit: „quin ipsi *si ibi* Galli se offerant, se ita pugnaturos“. — M m. 1.: in *pere*tenda patria. M m. 2. P: in repetenda. — M: aduersequae fortunae. — Harl. I.: perferet.

11. *his utrimque animis ad Aliam uentum est:* PM al. — Recc. codd.: postquam hostes in conspectu erant. — P m. 1.: inqui*d*. a. sempron*io*. m. 2.: „inquit. a. semproni“. hinc factum videtur ut in Harl. I. scriberetur „inquit. *d*. a. semproni“. — PM: ad aliam constitisse. Harl. I.: cons*tisse*.

fortuna illos fretos ad Aliam constitisse? nec illis di inmortales certioris quidquam fiduciae maiorisve quod sit auxilii dederint. at tu fretus armis animisque concitatis equis invade mediam aciem: ego cum legionibus in turbatos trepidantesque inferam signa. adeste dii testes foederis, et expetite poenas debitas simul vobis violatis nobisque per vestrum numen deceptis". non equitem non peditem sustinuere Praenestini: primo impetu ac clamore dissipati ordines sunt: dein postquam nullo loco constabat acies, terga vertunt consternatique et praeter castra etiam sua pavore praelati non prius se ab effuso cursu sistunt quam in conspectu Praeneste fuit. ibi ex fuga dissipati locum quem tumultuario opere communirent capiunt, ne si intra moenia se recepissent, extemplo ureretur ager depopulatisque omnibus obsidio urbi inferretur. sed postquam direptis ad Aliam castris victor Romanus aderat, id quoque munimentum re-

1. *nec illis:* PM: h. e. „non enim". nam etiam causalium coniunctionum sensus interdum exprimebatur particulis copulativis: nisi forte a Livio hoc loco *nec enim illis* scriptum est, quo id quod in Leid. I. Voss. II. al. est „nec *in* illis" ducere videatur. — M: *di.*

3. *at tu fretus armis animisque:* P. — M: „at tu fretus *armisq. animis* concitatis equis" cet. Dubium igitur videatur an L. *armisque et animis* scripserit: ut 2, 57.: tribunique et consules. Sed cf. 6, 24.

5. *et expetite:* PM. — Harl. I.: et expe*di*te. — M: penas debitas. P m. 1.: p*l*enas. m. 2.: poenas.

7. *non equitem non peditem sustinuere Praenestini:* PM. — Recc. quid. codd.: sustin*e*re.

9. *dein postquam:* PM Leid. I.] deinde postquam (recc. codd.). Cf. 6, 13.

10. *et praeter castra etiam sua pauore praelati:* PM. Sigonius *perlati* scribi voluit. Cf. 7, 24.: et praeter castra etiam sua fuga praelati. al. 5, 26.: ut effusa fuga castra sua — praelati urbem peterent.

13. *communirent:* P. — M m. 1.: communi *u*erent. m. 3.: ue*ra*nt. — Leid. I. multique recc. codd.: ureretur extemplo ager.

15. *ad Aliam:* PM Leid. I. Voss. II. al. — P m. 1.: uictor roman*is*. — Haverc.: munimen. Leid. I.: m*o*nimentum.

lictum, et vix moenia tuta rati oppido se Praeneste includunt. octo praeterea oppida erant sub dicione Praenestinorum. ad ea circumlatum bellum deincepsque haud magno certamine captis Velitras exercitus ductus. eae quoque expugnatae. tum ad caput belli Praeneste ventum. id non vi sed per deditionem receptum est. T. Quinctius semel acie victor, binis castris hostium novem oppidis vi captis, Praeneste in deditionem accepto Romam revertit, triumphansque signum Praeneste devectum Iovis imperatoris in Capitolium tulit. dedicatum est inter cellam Iovis ac Minervae, tabulaque sub eo fixa monumentum rerum gestarum his ferme incisa litteris fuit „Iuppiter atque divi omnes hoc dederunt ut T. Quinctius dictator oppida novem caperet“. die vicesimo quam creatus erat dictatura se abdicavit.

XXX. Comitia inde habita tribunorum militum consulari potestate, quibus aequatus patriciorum plebeiorumque numerus. ex patribus creati P. et C. Manli cum L. Iulio,

2. *octo praeterea oppida erant sub dicione* cet.: PM. — Leid. I.: octo propterea oppida. Tan. Faber malebat „per ea tempora“.
4. *eae quoque expugnatae:* M m. 2. P. — M m. 1.: aæ quoque cet. — P m. 1.: ad capu*d*. — P m. 2.: per deditionē. m. 1.: per ditionē. M: ꝑditionem.
6. *T. Quinctius semel acie victor:* P. — M: t. quintius semel acie*m* uictor. — P m. 1.: praeneste in dedi*ca*tionē accepto. M m. 1.: praeneste in deditionem accepto r romā. m. 2.: accept*a* romā. — PM: *reuertit*. Recc. codd.: reuertit*ur*.
9. *Iouis imperatoris:* M. — — P: iouis impe*t*ratoris. — De tribus signis Iovis imperatoris, quorum unum ex Macedonia captum in Capitolio posuerat Flamininus, cf. Cic. Verr. IV. 58. 129.
12. *Iuppiter atque diui omnes hoc dederunt ut T. Quintius dictator oppida nouem caperet:* PM. — Multi recc. codd.: atque *dii* omnes. Cf. 7, 26. In Leid. I. Voss. II. al. excidit *T.*
14. *die uicesimo:* P. — M: die uicen | simo. Harl. I.: deumcesimo. Leid. I.: duouicesimo. Haverc.: duo de uicesimo.
17. *P. et C. Manli:* P m. 2. M] P. et C. Manlii. — P m. 1.: manli*o*. Harl. I.: P. et C. Manli*o ius*. Cf. 6, 22.: Papirii. — Dein P: cum *m*. iulio.

plebes C. Sextilium M. Albinium L. Antistium dedit. Manliis, quod genere plebeios gratia Iulium anteibant, Vulsci provincia sine sorte sine conparatione extra ordinem data, cuius et ipsos postmodo et patres qui dederant paenituit. inexplorato pabulatum cohortes misere: quibus velut circumventis — cum id falso nuntiatum esset — dum praesidio ut essent citati feruntur, ne auctore quidem adservato qui eos hostis Latinus pro milite Romano frustratus erat, ipsi in insidias praecipitavere. ibi dum iniquo loco sola virtute militum restantes caedunt caeduntur que, castra interim Romana iacentia in campo ab altera parte hostes invasere. ab ducibus utrobique proditae temeritate atque inscitia res:

1. *M. Albinium:* P. — M Harl. I.: malbinium. — In Cap. tab. et apud Diod. 15, 51. inter octo tribunos etiam *C. Erenucius P. Trebonius* nominantur.

— *Manliis:* P. — M: manli*us*. — M m. 1. P: quod genere plebeios gratiā iulium anteibant. M m. 2.: *gratia*. — Leid. I. Harl. I.: plebei*o*. — Harl. I.: anteibat *et* uolsci. — Recc. quid. codd.: Volscorum prouincia. Cf. 5, 12. — Paulo post M: cuius et ips*o*. — P m. 1.: qui *de*rant.

9. *iniquo loco sola uirtute militum restantes:* PM Harl. I. Leid. I. — Recc. codd.: loco iniquo. — Lovel. 4. et antiq. edd. usque ad Frob.: *resistentes.* Cf. 4, 58.: summa vi restare nuntiabantur. 8, 39.: restantes ac circumventos occidit. al.

10. *caedunt caeduntur que:* M] caeduntur caeduntque. — Haec unice vera huius loci scriptura est. qui enim poterant caesi caedere! In P priore verbo *caedunt* omisso scriptum est „restantes caeduntur q. castra interim": quod cum ferendum non videretur, m. 2. scripsit „restantes caeduntur castraq. interim". In Leid. I. praetermissum est *caeduntur*, similique errore in reliquis codd. Cf. T. Livi l. XXX. p. XXXIII. 5.

12. *ab ducibus utrubique* (cf. 6, 27.) *proditae temeritate atque inscitia res:* P. In eo libro, ex quo cod. Med. descriptus est, videtur fuisse *utrūbique:* hinc factum est ut in M scriberetur „ab ducibus utru*m* *si*bique prodita | etemeritate atque inscitia res". — Recc. multi codd.: prodit*a*. Voss. I. al.: prodita *est*. — *Utrobique* et ad locum, quo Romani in insidias praecipitaverint, et ad castra spectare nemo non videt.

quidquid superfuit fortunae populi Romani, id militum etiam sine rectore stabilis virtus tutata est. quae ubi Romam sunt relata, primum dictatorem dici placebat: deinde postquam quietae res ex Vulscis adferebantur et apparuit nescire eos victoria et tempore uti, revocati etiam inde exercitus ac duces: otiumque inde — quantum a Vulscis — fuisset:

1. *quidquid superfuit fortunae. pīr̄. id militum etiam sine rectore stabilis uirtus tutata est:* PM rell. (nisi quod in P scriptum est *p̄r̄* et *tuta est*)] quicquid superfuit, fortuna populi Romani ac militum etiam cet. [*ac* Bekk. ex duobus recentissimis Lovell. scripsit pro Gronoviano *et:*]: ex coni. I. Fr. Gronovii. Sic viro ingeniosissimo scribendum videbatur, quod saepe ita res perditae fortuna populi R. restitutae a Livio dicerentur. atque ita legimus cum aliis locis tum 3, 7. 35, 6. relatum. semper vero hac una ratione similes res a Livio conceptas esse vix contendi poterit. nec sine causa hoc loco scriptum videtur, quidquid fortunae populi R. *illo loco* superfuerit, id una militum fortissimorum virtute sustentatum esse, quo maior militum gloria fieri videretur, si nulla ducum prudentia adiuti iniquoque loco non fortuna quadam divina ex insidiis evasisse sed suamet ipsi virtute etiam fortunam quodam modo populi Romani tutati esse dicerentur. Cf. 5, 40.: „commendantes virtuti eorum — quaecumque reliqua esset fortuna".

3. *deinde postquam quietae res ex uolscis adferebantur et apparuit* cet.: PM. — In Harl. I. quae inter *adferebantur* et *quantum a Volscis* sunt, incuria librarii omnia praetermissa sunt.

6. *otiumque inde quantum a uolscis fuisset:* PM rell. (nisi quod in M „ociumq." est)] otiumque inde quantum a Volscis fuit: ed. Frob. 1535. — Simili modo interdum a Livio scriptum videmus ut oratio hypothetica, qua uti primo instituerat, ad finem perducta non sit. nam etiam hoc loco nihil desideraretur, si perrectum esset „nisi a Praenestinis rebellatum esset". verum hi loci semper fere ab librariis aliis aliter permutati sunt. sic 30, 25. ex optt. codd. scribendum erat „iam nulla alia res eam (scil. navem) quam propinquitas terrae — tueri potuisset": sed librariis recentioribus *cum* addendum videbatur. sic 3, 45. ad *accendisset* vel in Harl. I. *cum* adiectum videmus, quae coniunctio nec opus est nec com-

id modo extremo anno tumultuatum quod Praenestini concitatis Latinorum populis rebellarunt. eodem anno Setiam ipsis querentibus penuriam hominum novi coloni adscripti: rebusque haud prosperis bello domestica quies, quam tribunorum militum ex plebe gratia maiestasque inter suos obtinuit, solatium fuit.

XXXI. Insequentis anni principia statim seditione ingenti arsere tribunis militum consulari potestate Sp. Furio Q. Servilio iterum L. Menenio tertium P. Cloelio M. Ho-

paret in integrioribus libris. Eodem emendandi studio factum est ut in eo libro ex quo Harl. I. haustus est — nam ab Harleiani I. scriba haec emendatio propter ea quae h. l. neglegenter ab eo praetermissa erant, profecta esse non potest — ut in eo pro *fuisset* scriberetur *fuit seti id modo*, quamquam *sed* rationi loci adversatur. Cf. 2, 39.: „quae (scil. discordia) profecto *orta esset*, adeo tribuni iam ferocem per se plebem instigabant: *sed* externus timor suspectos infensosque inter se iungebat animos“: h. e. „nisi iunxisset“.

1. *id modo extremo anno tumultuatum:* PM: „Nur das veranlasste gegen das Ende des Jahres zu Gegenvorkehrungen, dass die Prän. von Neuem die Waffen ergriffen“. Cf. 21, 16.: Illyrios lacessisse magis quam exercuisse Romana arma, et cum Gallis tumultuatum verius quam belligeratum. 2, 26.: „confestim et Sabini Romanos territavere, tumultus enim fuit verius quam bellum.

2. *eodem anno Setiam:* ex coni. Sigoni. Idem in PM repperimus, quamquam ibi scriptum est *eodem annos etiam.* in P dein *s* deletum est, atque illud *eodem anno etiam* in Harl. I Leid. I. inest. in plerisque vero recc. codd. scriptum est *eodem anno ipsis etiam querentibus* cet. — M: noui colonia adscripti rebusque haud properis. P: rebusque aut prosperis. — M: solacium fuit.

9. *Q. Seruilio iterum L. Menenio tertium*] Q. Servilio secundum C. Licinio (ex coni. Sigoni secundum Diod. 15, 57.). De voce *iterum* cf. 6, 18.: „Cincinnatus iterum“. PM: *q. seruilio II.* Tertii tribuni nomen ex opt. libris Livianis et Capit. tab. restituimus. in P scriptum est: *licinio moenenio. III.* in M: *lucinio menenio. III.* Cf. 6, 27. ubi de eodem mendo librariorum dictum est.

ratio L. Geganio. erat autem et materia et causa seditionis aes alienum, cuius noscendi gratia Sp. Servilius Priscus Q. Cloelius Siculus censores facti ne rem agerent, bello inpediti sunt. namque trepidi nuntii primo fuga deinde ex agris legiones Vulscorum ingressas fines popularique passim Romanum agrum attulere. in qua trepidatione tantum afuit ut civilia certamina terror externus cohiberet, ut contra eo violentior potestas tribunicia inpediendo dilectu esset, donec condiciones inpositae patribus ne quis, quoad bellatum esset, tributum daret aut ius de pecunia credita diceret. eo laxamento plebi sumpto mora dilectui non est facta. legionibus novis scriptis placuit duos exercitus in agrum Vulscum legionibus divisis duci: Sp. Furius M. Horatius dextrorsus maritumam oram atque Antium, Q. Servilius et L. Geganius laeva ad montes Ecetram pergunt. neutra parte

3. *Q. Cloelius:* M. — P: q. cloetius.

6. *tantum afuit ut:* P Leid. I. — M: tantū *fuit* ut. Cf. 5, 4.: haud procul *afuit* quin violarent. 25, 6. al.

7. *ut contra eo uiolentior potestas tribunicia inpediendo dilectu esset:* PM: h. e. eo violentior in inpediendo dilectu. — Harl. I. Leid. I. al.: inpediendo dilectu*i* esse*nt*. Recc. quid. codd.: inpediendo delectu*m*. — Voss. I. al.: ut contra *ea*.

8. *donec conditiones inpositae patribus ne quis quoad bellatum esset* cet.: PM. — Harl. I.: quo*d* *a*bellatum esset. Leid. I.: quo *a*bellatum esset. — M m. 1.: de pecunia*m* credita*m*.

10. *eo laxamento plebi sumto mora dilectui non est facta:* PM. — Voss. II.: eo plebi laxamento sumto.

13. *Sp. Furius M. Oratius:* PM. Cf. 3, 53. — In Harl. I. Leid. I. scriptum est *ducit* pro *duci*.

14. *maritumam oram:* P m. 2. Leid. I. Cf. 30, 2. — P m. 1.: maritūmam oram. M: maritum | mam oram. — Hac liberiore poetarum licentia et Livius interdum usus est ut praepositionem *in* omitteret. sic scriptum est ex. gr. 30, 25. in Put. Colb. Lips. „multitudoque a castris *litus* effusa", in recentioribus vero codd. „*in litus*". — P: et *m.* geganius. M: et *m̄.* gaeganius. Simili ratione rell. codd.

15. *neutra parte hostis obuius fuit:* M. — P cum antiq. editt.: fuit obuius.

hostis obvius fuit. populatio itaque non illi vagae similis, quam Vulscus latrocinii more discordiae hostium fretus et virtutem metuens per trepidationem raptim fecerat, sed ab iusto exercitu iusta ira facta spatio quoquė temporis gravior: quippe a Vulscis timentibus ne interim exercitus ab Roma exiret, incursiones in extrema finium factae erant: Romano contra etiam in hostico morandi causa erat ut hostem ad certamen eliceret. itaque omnibus passim tectis agrorum vicisque etiam quibusdam exustis, non arbore frugifera non satis in spem frugum relictis, omnique quae extra moenia fuit hominum pecudumque praeda abacta Romam utrimque exercitus reducti.

XXXII. Parvo intervallo ad respirandum debitoribus dato postquam quietae res ab hostibus erant, celebrari de integro iurisdictio, et tantum abesse spes veteris levandi fenoris ut tributo novum fenus contraheretur in murum a censoribus locatum saxo quadrato faciundum. cui succum-

2. *Vulscus latrocinii more discordiae hostium fretus:* PM] Volscus latrocinii more discordia cet. (recc. codd.). — *Discordiae* repertum erat etiam in cod. Rhen. et in Harl. I. Leid. I. Cf. 6, 13.: nulli rei freta. — P m. 1.: spatia. m. 2.: spatio. — Leid. I. al.: quippe uolscis.

7. *morandi causa erat:* M rell. — P cum edit. Frob. 1535.: morandi erat causa.

9. *non arbore frugifera non satis in spem frugum relictis:* PM: „ohne einen tragbaren Baum, ohne die zur Aussaat nöthigen Feldfrüchte zu verschonen".

10. *omniq. [illegible]ae extra moenia fu[illegible] [illegible]um pecudumq. [illegible]cta:* P] omni quae (M). Cf. T. Livi l. XXX. p. XXIV. II. — M: praedam abactam. — P: romam utrimque exercitus reducti. M: romam utrimque exercitu seducti. Harl. I.: utrique.

15. *et tantum abesse spes ueteris leuandi foenoris ut* cet.: PM: h. e. et tantum afuit ut spes levandi veteris fenoris fieret ut cet. Cf. 4, 58. — P m. 1.: ut tributi nouum foenus. M: faenus. — P: in murum censoribus locatum.

17. *cui succumbere oneri coacta plebes quia quem dilectum inpedirent non habebant tr̄ p̄l.:* PM. — Harl. I.: cui succumberet. Leid. I.: *cum* succumbere. — M m. 1.: principum apibus. — M: p. ualerium. IIII. — PM: quinctios.

bere oneri coacta plebes, quia quem dilectum inpedirent non habebant tribuni plebis. tribunos etiam militares patricios omnes coacta principum opibus fecit L. Aemilium P. Valerium quartum C. Veturium Ser. Sulpicium L. et C. Quinctios Cincinnatos. hisdem opibus obtinuere ut adversus Latinos Vulscosque, qui coniunctis legionibus ad Satricum castra habebant, nullo inpediente omnibus iunioribus sacramento adactis tres exercitus scriberent, unum ad praesidium urbis, alterum qui, si qui alibi motus extitisset, ad subita belli mitti posset: tertium longe validissimum P. Valerius et L. Aemilius ad Satricum duxere: ubi cum aciem instructam hostium loco aequo invenissent, extemplo pugnatum, et ut nondum satis claram victoriam sic prosperae spei pugnam imber ingentibus procellis fusus diremit. postero die iterata pugna, et aliquamdiu aequa virtute fortunaque Latinae maxime legiones longa societate militiam Romanam edoctae restabant: eques inmissus ordines turbavit, turbatis signa peditum inlata, quantumque Romana se invexit acies, tantum hostes gradu demoti, et ut semel in-

5. *hisdem opibus:* PM] iisdem opibus. „Durch eben *diesen* Einfluſs setzten es die Consular-Tribunen durch". Cf. 3, 68.: „hisdem istis ferocibus animis". — M: optinuere.

9. *si qui alibi motus extitisset:* M m. 1. P. — M m. 3.: „extitissēt": et sic multi recc. codd. — Voss. II. al.: si quis cet. Cf. 6, 23.: ne qui casus.

— *ad subita belli:* PM Harl. I. Leid. I. Sic 30, 2.: ad incerta belli. 25, 15.: ad subita belli. — Voss. II. al.: ad subita bell*a*.

13. *et ut nondum satis claram uictoriam:* PM. Cf. 6, 8.: cum repente ingentibus procellis fusus imber certam magis victoriam quam proelium diremit. — M: sic prospera | es spei. Harl. I.: dire*de*mit.

15. *aliquamdiu:* PM] aliquandiu.

17. *eques inmissus ordines turbauit:* PM. — Leid. I.: sequens inmissus cet. Harl. I. Voss. II. al.: *sed* eques inmissus.

19. *hostes gradu demoti:* PM Harl. I. Leid. I. — Multi recc. codd.: *re*moti. Cf. Corn. Nep. Themist. 5.: „gradu depulsus est". Liv. 30, 18.: si turbare ac statu movere volumus. 9, 29.: dimovendis

clinavit pugna, iam intolerabilis Romana vis erat: fusi hostes cum Satricum, quod duo milia inde aberat, non castra peterent, ab equite maxime caesi: castra capta direptaque. ab Satrico nocte quae proelio proxima fuit, fugae simili agmine petunt Antium, et cum Romanus exercitus prope vestigiis sequeretur, plus tamen timor quam ira celeritatis habuit: prius itaque moenia intravere hostes quam Romanus extrema agminis carpere aut morari posset. inde aliquot dies vastando agro absumpti nec Romanis satis instructis apparatu bellico ad moenia adgredienda nec illis ad subeundum pugnae casum.

XXXIII. Seditio tum inter Antiates Latinosque coorta, cum Antiates victi malis subactique bello, in quo et nati erant et consenuerant, deditionem spectarent, Latinos ex diutina pace nova defectio recentibus adhuc animis ferociores ad perseverandum in bello faceret. finis certaminis fuit, postquam utrisque apparuit nihil per alteros stare quo mi-

statu suo sacris. 30, 20.: ex diutina possessione Italiae est detractus.

2. *quod* II *mil inde aberat:* PM. — Harl. I, Leid. I. al.; quod duo millia inde aberat, Cod. Sigoni et Haverc.: quod duo millia passuum inde aberat. — Paulo ante PM: intollerabilis, Cf. 6, 23.: toleranda.

3. *ab equite maxime caesi:* P m. 2, M edd. princc.] ab equitatu cet. (Pall. et Drakenb. codd.), — P m. 1.: ab aequite cet.

8. *inde aliquot dies uastando agro absumpti;* P. — M: adsumpti.

14. *deditionem spectarent.* — PM: „deditionē expectarent", Et alias in hoc verbo erratum esse notum est. sic 30, 23. in Put. et Colb. reperimus „omnia simulaturos Carthaginienses duces eos exercitusque spectantis" „wenn sie sähen", cum in rell. codd. esset „expectantes". al.

15. *ferociores ad perseuerandum in bello faceret:* M. — P: ferocioer es ad pseuerandum in bello facerent.

17. *nihil per alteros stare:* PM; h. e. nihil alteros prohibituros quo minus cet. Cf. 2, 31.; persoluta fide, quoniam per eum non stetisset quin praestaretur, decedentem domum — prosecuti sunt. 3, 61.: ostenderent — per duces non per milites stetisse ne vincerent. al.

nus incepta persequerentur: Latini profecti a societate pacis ut rebantur inhonestae sese vindicaverunt, Antiates incommodis arbitris salutarium consiliorum remotis urbem agrosque Romanis dedunt. ira et rabies Latinorum, quia nec Romanos bello laedere nec Vulscos in armis retinere potuerant, eo erupit ut Satricum urbem, quae receptaculum primum eis adversae pugnae fuerat, igni concremarent: nec aliud tectum eius superfuit urbis, cum faces pariter sacris profanisque inicerent, quam matris Matutae templum: inde eos nec sua religio nec verecundia deum arcuisse dicitur sed vox horrenda edita templo cum tristibus minis, ni nefandos ignes procul delubris amovissent. incensos ea rabie impetus Tusculum tulit ob iram quod deserto communi concilio Latinorum non in societatem modo Romanam sed etiam in civitatem se dedissent. patentibus portis cum improviso incidissent, primo clamore oppidum praeter arcem captum est. in arcem oppidani refugere cum coniugibus ac liberis, nuntiosque Romam qui certiorem de suo casu sena-

1. *a societate pacis ut rebantur inhonestae sese uindicauerunt:* M. — P: a societate. Multi recc. codd.: ab societate. Leid. I.: ad societatem. — P: inhonestae ēē uindicauerunt. Leid. I. Harl. I.: esse uindicauerunt. Voss. II. aliique recc.: se uindicauerunt.

3. *urbem agrosque romanis dedunt:* PM. — Recc. codd.: dederunt.

8. *cum faces pariter sacris profanisque inicerent:* P m. 2. M. — P m. 1.: „pariter profanisque". Fragm. Haverc.: pariter fanis profanisque. — M m. 1.: matris mature. m. 3.: matute. Cf. 5, 19. al.

9. *inde eos nec sua religio nec uerecundia deum arcuisse dicitur:* M. — P Leid. I. al.: arguisse dicitur. Cf. 6, 25.: arcuerunt. 4, 29.: Siculorum. — PM: *sed uox horrenda edita templo.* In Harl. I. excidit *templo*, pauloque post *ni*.

12. *incensos ea rabie:* P. — M: incensos arabie. — PM: quod deserto communi concilio. Leid. I.: quo deserto. Harl. I.: quod desestote communi cet.

17. *in arcem:* PM. — Recc. codd.: „*et* in arcem — cum coniugibus *et* liberis". Iidem deinde: *miserunt*.

tum facerent misere. haud segnius quam fide populi Romani dignum fuit exercitus Tusculum ductus: L. Quinctius et Ser. Sulpicius tribuni militum duxere: clausas portas Tusculi Latinosque simul obsidentium atque obsessorum animo hinc moenia Tusculi tueri vident illinc arcem oppugnare — terrere una ac pavere. adventus Romanorum mutaverat utriusque partis animos: Tusculanos ex ingenti metu in summam alacritatem, Latinos ex prope certa fiducia mox capiendae arcis, quoniam oppido potirentur, in exiguam de se ipsis spem verterat. tollitur ex arce clamor ab Tusculanis, excipitur aliquanto maiore ab exercitu Romano. utrimque urgentur Latini: nec impetus Tusculanorum decurrentium ex superiore loco sustinent nec Romanos subeuntes

1. *haud segnius quam fide p̄r̄. dignum fuit:* M. — P: haud sergius quam fide p̄r̄. dignum fuit. cf. 6, 38. Harl. I.: fide cet.

2. *L. Quintius et Ser. Sulpicius tr. mīl. duxere:* M. — P: l. quinctius et seruilius sulpicius tr. mīl. duxere. Cf. 6, 27.: Servio Cornelio. — In Leid. I. excidit *et*.

5. *moenia Tusculi:* PM rell.] moenia. Cf. 6, 1.: ad captam urbem eandem. — M: tusculi ueri | uident.

7. *utriusque partis:* PM. — Leid. I.: utrius partis.

8. *ex prope certa fiducia:* P m. 2, M m. 2. — P m. 1.: fidicia. M m. 1.: certam fiduciam.

9. *qm̄ oppido potirentur:* PM: h. e.: quoniam oppidum in potestate sua haberent. Cf. 25, 11.: neque arcis tam munitae expugnandae cernere viam neque in obsidione quicquam habere spei, donec mari hostes potiantur.

9. *in exiguam de se ipsis spem uerterat:* PM. In Leid. I. Voss. II. rell. recc. excidit *se*. — I. Fr. Gron. deleri malebat *verterat*.

11. *excipitur aliquanto maiore:* ed. Frob. 1531. — PM rell.: *aliquanto maior.* quod si integrum est, non *excipitur* a Livio profectum esse potest sed *excipit.* simili errore ferebatur apud Iul. Caes. in bello gall. 7, 88.: „utrimque clamore sublato excipi*tur* rursus ex vallo atque omnibus munitionibus clamor“, antequam I. Scaligerus id quod in optt. codd. est *excipit* restituit.

— *utrimque urgentur Latini:* P m. 2. M. — P m. 1.: urgeretur. — In M paulo post scriptum est „urgueret“. et sic 9, 21. al. in P „urguent“.

moenia molientesque obices portarum arcere possunt. scalis prius moenia capta, inde effracta claustra portarum: et cum anceps hostis et a fronte et a tergo urgeret nec ad pugnam ulla vis nec ad fugam loci quicquam superesset, in medio caesi ad unum omnes. recuperato ab hostibus Tusculo exercitus Romam est reductus.

XXXIV. Quanto magis prosperis eo anno bellis tranquilla omnia foris erant, tanto in urbe vis patrum in dies

2. *inde effracta claustra portarum:* PM. In Harl. I. omissum est *claustra.*

7. *quanto magis prosperis eo anno bellis tranquilla omnia foris erant:* PM. *Quanto magis* ad *tranquilla* pertinere nemo non videt: sed quae sequuntur „*cum eo ipso — impediretur*" interpretes ii qui in voce *quod* causalem coniunctionem sibi videbantur videre, non recte perceperunt, „gerade dadurch *dass* man bezahlen sollte", quasi fieri potuerit ut aliquando non esset necesse creditum solvi. nam si haec verba significabant, facultatem solvendi impeditam esse, quod plebs iniquo suo tempore solvere coacta esset nec expectare potuisset opportunum quoddam tempus, necesse erat sequi, cum inter utrosque, et creditores et debitores, de solvendi die convenisset, si non totam sortem tamen aliquam eius partem iusto solvendi tempore paratam esse potuisse ut ita quodam modo creditoribus satisfieret. id ipsum vero Livius omnino negat, cum scribere perrexerit „itaque cum iam ex re *nihil* dari posset". *quod* igitur nihil aliud est quam pronomen relativum, verbisque *eo ipso quod solvi necesse erat* significantur usurae, quibus gravissimis impensis semper sortem mergi oportuerit. cf. 6, 14.: multiplici iam sorte exsoluta mergentibus semper sortem usuris obrutum fenore esse". „Je friedlicher sich in Folge der glücklich geführten Kriege die Verhältnisse nach Aufsen hin gestalteten, um so mehr nahmen täglich in der Stadt die Gewaltthätigkeiten der Patricier und das Elend der Plebejer zu, indem das was an Zinsen zu bezahlen war immer wieder von Neuem die Abtragung des Capitals unmöglich machte. Sobald also kein Geld zum Bezahlen vorhanden war, so musste der Verurtheilte und dem Gläubiger Ueberwiesene unter dem Verluste der bürgerlichen Ehre mit seiner Person denselben zufrieden stellen, und diese Bestrafung ward dann gegen-

miseriaeque plebis crescebant, cum eo ipso quod necesse erat solvi facultas solvendi inpediretur. itaque cum iam ex re nihil dari posset, fama et corpore iudicati atque addicti creditoribus satisfaciebant poenaque in vicem fidei cesserat. adeo ergo obnoxios summiserant animos non infimi solum sed principes etiam plebis, ut non modo ad tribunatum militum inter patricios petendum, quod tanta vi ut liceret tetenderant, sed ne ad plebeios quidem magistratus capessendos petendosque ulli viro acri experientique animus esset, possessionemque honoris usurpati modo a plebe per paucos annos recuperasse in perpetuum patres viderentur. ne id nimis laetum parti alteri esset, parva — ut plerumque solet — rem ingentem moliundi causa intervenit. M. Fabi Ambusti, potentis viri cum inter sui corporis homines tum etiam ad plebem, quod haudquaquam inter id genus contemptor eius habebatur, filiae duae nuptae Ser. Sulpicio maior, minor C. Licinio Stoloni erat, inlustri qui-

seitig als Erfüllung der Verbindlichkeiten angesehen". — Litteris *e*, *i*, *a* confusis scriptum est in P et „impederetur" et „dari poss*it*" et „iudicati atque *e*dicti cre*a*toribus", cuius postremae tamen vocis loco eadem m. 1. *creditoribus* restitutum est.

7. *quod tanta ui ut liceret tetenderant:* PM.

9. *capessendos petendosque:* PM. In his verbis illud Hysteron-proteron inesse videtur, quod ante quam capessi poterant, magistratus petiti esse debebant. sed tali verborum structura L. usus non est, nisi cum cavendum esset ne minus libera constructione oratio frigida fieret: „sondern dass nicht einmal zur Bekleidung bürgerlicher Aemter, ja selbst zur Bewerbung darum sich ein entschlossener und muthiger Mann fand".

12. *ne id nimis laetum parti alteri esset:* M. — P: ne id nimi*us* laetum cet. — Recc. codd.: moli*e*ndi causa.

14. *M. Fabi Ambusti:* PM Harl. 1.] M. Fabii Ambusti. — P: *cum inter sui corporis* (cf. 4, 9.) *homines*. In M discerni non potuit, num m. 1. *cum* an *tum* scriptum fuerit. — M m. 1.: inter *it* genus. m. 3.: *id*.

16. *filiae duae nuptae Ser. Sulpicio maior minor C. Licinio Stoloni erat:* PM. In recc. quibusdam codd. scriptum est *erant*. — M m. 1.: adfinitas haud preta. M m. 2. P: spreta.

dem viro, tamen plebeio, eaque ipsa adfinitas haud spreta gratiam Fabio ad vulgum quaesierat. forte ita incidit ut in Servi Sulpici tribuni militum domo sorores Fabiae cum inter se ut fit sermonibus tempus tererent, lictor Sulpici, cum is de foro se domum reciperet, forem ut mos est virga percuteret. cum ad id moris eius insueta expavisset minor Fabia, risui sorori fuit miranti ignorare id sororem. ceterum is risus stimulos parvis mobili rebus animo muliebri subdidit, frequentia quoque prosequentium rogantiumque num quid vellet. credo fortunatum matrimonium ei sororis visum suique ipsam malo arbitrio, quo a proximis quisque minime anteiri vult, paenituisse. confusam eam ex recenti

3. *Serui Sulpici tr. mil.:* PM] Ser. Sulpicii cet. — PM: *tempus tererent.* Recc. codd.: tererent tempus. Leid. I.: terrerent tempus.

4. *lictor Sulpici, cum is de foro se domum reciperet:* PM] lictor Sulpicii cet. — M m. 1.: com *i*de foro. — Leid. I. Harl. I.: lictor sulpicium is de foro cet. Harl. I.: *receperat.* — Paulo post M m. 1.: moris eius is | ueta. m. 3.: īs | ueta.

9. *frequentia quoque* (P: q̄q̄) *prosequentium rogantiumque num quid uellet:* PM. Klockius Cic. ep. ad Att. 6, 3, 6. conferri iussit: „Is me nec proficiscentem Apameam prosecutus est, nec *cum* postea in castra *venisset atque* inde *discederet*, *numquid uellem*, rogavit“: qui locus docere videtur, non discedentium modo eius generis hominum sed etiam venientium illa verba fuisse. „Aber dieses Lachen machte auf die Schwester keinen geringen Eindruck — so wie denn überhaupt das Herz des Weibes meist durch unscheinbare Dinge geleitet wird —: nicht weniger der Anblick derer, die den Sulpicius nach Hause begleiteten und dann fragten, ob er noch etwas wünsche“.

11. *suique ipsam* (P: ipsa) *malo arbitrio quo a proximis quisque minime anteiri uult paenituisse* (M: penituisse): PM. In Harl. I. Leid. I. Voss. II. scriptum est „quo proximis“ cet.

12. *confusam eam ex recenti morsu animi cum pater forte uidisset:* PM. In Oxon. L. 1. inventum est „confusam *ita* ex recenti“ cet. Cf. 6, 6.: Camillus confusus animo gratias egit. — „Als sie der Vater kurz nach dieser ihrem

morsu animi cum pater forte vidisset, percontatus „satin' salve" avertentem causam doloris — quippe nec satis piam adversus sororem nec admodum in virum honorificam — elicuit comiter sciscitando ut fateretur, eam esse causam doloris quod iuncta inpari esset nupta in domo, quam nec honos nec gratia intrare posset. consolans inde filiam Ambustus bonum animum habere iussit, eosdem prope diem domi visuram honores quos apud sororem videat. inde con-

Gemüthe so schmerzlichen Kränkung von Gram erfüllt sah".

1. *percontatus satin salue:* PM] percunctatus „satin salvae". Cf. 6, 25.: per*con*tantibusque. 3, 26.: rogitansque *satin' salve.* 1, 58. al. — Harl. I.: *ad*uertentem.

2. *quippe nec satis piam aduersus sororem:* P m. 2. M. — P m. 1.: quippe nec satis quippam aduersus cet. — Avertentem elicuit ut fateretur: „er brachte sie als sie den Grund ihres Kummers zu verbergen suchte durch freundliches Eingehen auf ihren Zustand allmälig dahin, dass sie gestand, das sei die Ursach ihres Schmerzes".

5. *nupta in domo quam nec honos nec gratia intrare posset:* PM. In recc. quibusdam codd. est *in quam:* sed cf. 3, 51. „urbem intravere": al. Nec minus recte scriptum est hoc loco *nupta in domo* quam 4, 4. „*in quam* cuique feminae convenisset *domum* nuberet".

8. *quos apud sororem uideat:* PM. — In recc. quibusdam codd. scriptum est *uiderat*, ut dubium esse possit an primo *uideret* scriptum fuerit. sed haud raro ita apud Livium scriptum legimus, ut coniunctivus ex infinitivo quodam futuri temporis pendens nulla praecedentis praeteriti ratione habita in praesenti positus sit: quae scribendi ratio nisi ex eo studio orta non potest, ut res quamvis peractae velut denuo peragendae viderentur, cum eas tamquam recentissimas scriptor sibi videretur ante oculos habere. Cf. ex. c. 2, 36.: „visus Iuppiter dicere sibi ludis praesultatorem displicuisse: nisi magnifice instaurentur ii ludi, periculum urbi fore". 2, 39.: „oratores atrox responsum rettulerunt: si Vulscis ager redderetur, posse agi de pace: si praeda belli per otium frui velint, memorem se et civium iniuriae et hospitum beneficii adnisurum ut appareat" cet. al.

8. *inde consilia inire:* M. — P: concilia.

silia inire cum genero coepit adhibito L. Sextio strenuo adulescente et cuius spei nihil praeter genus patricium deesset.

XXXV. Occasio videbatur rerum novandarum propter ingentem vim aeris alieni, cuius levamen mali plebes nisi suis in summo imperio locatis nullum speraret. accingendum ad eam cogitationem esse: conando agendoque iam eo gradum fecisse plebeios, unde, si porro adnitantur, pervenire ad summa et patribus aequari tam honore quam virtute possent. in praesentia tribunos plebis fieri placuit, quo in magistratu sibimet ipsi viam ad ceteros honores aperirent: creatique tribuni C. Licinius et L. Sextius promulgavere leges omnes adversus opes patriciorum et pro commodis plebis, unam de aere alieno ut deducto eo de capite quod usuris pernumeratum esset, id quod superesset trien-

1. *adhibito L. Sextio strenuo adulescente:* PM: nisi quod in utroque cod. primo fuerat „*at*hibito“. In antiquioribus codd. Livianis scriptum non reperitur nisi „ad*u*lescens“.

4. *cuius leuamen mali plebes nisi suis in summo imperio locatis nullum speraret:* P. — M: cuius leuamen mali pleb*is* (cf. 3, 55.) nisi suis in summo prae | lio locatis nullum speraret.

5. *accingendum ad eam cogitationem esse:* PM. „Jetzt müsse man dahin arbeiten diesen Gedanken zu verwirklichen“. Cf. 4, 2.: „iam ad consulatum vulgi turbatores accingi“. — I. Fr. Gron. scribi voluit „*ad ea*“.

6. *iam eo gradum fecisse:* PM. — Recc. codd.: eo iam. — — P: si porro ad*m*itantur. — *Tam honore quam virtute:* h. e. ut quos virtute aequarent, eis etiam honore aequarentur. Cf. 6. 26.

9. *in praesentia tr. pl. fieri placuit:* PM. — P: *quo* in magistratu. M Harl. ı.: quo*d* in magistratu. — P m. 1.: honores apperirent. m. 2.: aperirent. M: honores perirent.

11. *creatique tribuni C. Licinius et L. Sextius:* PM: nisi quod P „l*u*cinius“.

13. *ut deducto eo de capite quod usuris pernumeratum esset:* M. — P: pernumeratum ēē id cet. Cf. 6, 15.: de capite deducite quod usuris pernumeratum est.

14. *triennio aequis portionibus:* PM Harl. ı. Leid. ı.] triennio aequis pensionibus (ex coni. Cuiacii). — Quamquam „aequis pensionibus“ 7, 27. 30, 37. similibusque locis legimus, tamen non sine causa L. h. l. *portionibus* videtur

nio aequis portionibus persolveretur, alteram de modo agrorum ne quis plus quingenta iugera agri possideret, tertiam ne tribunorum militum comitia fierent consulumque utique alter ex plebe crearetur: — cuncta ingentia et quae sine certamine maximo obtineri non possent. omnium igitur simul rerum quarum inmodicus cupido inter mortales est — agri pecuniae honorum — discrimine proposito conterriti patres cum trepidassent, publicis privatisque consiliis nullo remedio alio praeter expertam multis iam ante certaminibus intercessionem invento collegas adversus tribunicias rogationes conparaverunt: qui ubi tribus ad suffragium ineundum citari a Licinio Sextioque viderunt, stipati patrum praesidiis nec recitari rogationes nec sollemne quicquam

scripsisse. sic enim etiam apud Plinium in hist. nat., sicubi de minoribus partibus agebatur, scriptum videmus: cf. 26, 8. 49. al. — „De *domo* agrorum“: PM Harl. I. Leid. I. cf. 3, 19.: „in perdita *domo*“.

3. *consulumque utique alter ex plebe crearetur:* PM: „und dass durchaus der eine Consul ein Plebejer wäre“. Cf. 4, 2.: „et primo ut alter consul ex plebe fieret, id modo sermonibus temptasse: nunc rogari, seu ex patribus seu ex plebe velit populus consules creet“. 6, 37.: „nisi alterum consulem utique ex plebe fieri necesse sit, neminem fore“. — Recc. codicum librarii scripserunt: „comitia fierent *sed consulum*, et ut utique“ cet. Drakenb. *utique* pro *et uti* cum haberet, scribi malebat cum Lov. 5. „consulumque uti alter“ cet.

6. *quarum inmodicus cupido inter mortales est:* Harl. I. Leid. I.] quarum immodica cupido cet. — In P M m. 1. scriptum erat „inmodic*as* cupido“, deinde *s* erasum est. Cf. Horatii carm. 3, 16. 39.: „Contracto melius parva cupidine Vectigalia porrigam“. 3, 24. 51.: „Eradenda cupidinis Pravi sunt elementa, et tenerae nimis Mentes asperioribus Firmandae studiis“. 2, 16. 15. Serm. 1, 1. 61.: „At bona pars hominum decepta cupidine falso, Nil satis est, inquit“. — Cf. 6, 4.: trium *simul* bellorum victor. — Ad „*cum trepidassent*“ cf. 3, 49.: atque trepidaverat.

13. *nec sollemne quicquam aliud* (P m. 1.: aliu*t*) *ad sciscendum plebi fieri:* PM. — Harl. I. Voss. II. al.: aliud *a*sciscendum. — Leid. I. Harl. I. Voss. II.: pleb*ei*.

aliud ad sciscendum plebi fieri passi sunt. iamque frustra saepe concilio advocato cum pro antiquatis rogationes essent, „bene habet“ inquit Sextius: „quando quidem tantum intercessionem pollere placet, isto ipso telo tutabimur plebem. agitedum comitia indicite patres tribunis militum creandis: faxo ne iuvet vox ista *veto*, qua nunc concinentes collegas nostros tam laeti auditis“. haud inritae cecidere minae: comitia praeter aedilium tribunorumque plebi nulla sunt habita: Licinius Sextiusque tribuni plebis refecti nullos curules magistratus creari passi sunt: eaque solitudo magistratuum et plebe reficiente duos tribunos et iis comi-

2. *concilio aduocato:* P m. 2. M. — P m. 1.: aduocat*e*. — PM: *cum pro antiquatis rogationes essent.* Cf. 4, 58.: profertur tempus ferundae legis, quam si subiecta invidiae esset antiquari apparebat. 2, 42.: vana lex vanique legis auctores iactando inritum munus facti.

3. *bene habet:* P. — M: bene habe*n*t. Cf. 8, 6. 9. 35. al. — P m. 1.: inqui*d*. — PM: *isto ipso telo tutabimur plebem.* Cf. 5, 29.: si tribunicia vis tribunicio auxilio repelli nequeat, aliud telum patres inventuros esse. al.

6. *faxo:* PM rell. Cf. 29, 27.: „vos omnia bene iuvetis, bonis auctibus auxitis, — inimicorum hostiumque ulciscendorum copiam faxitis“. 6, 41. — PM: „ne iu*b*et uox ista ueto qua nunc concinentes“ cet. Cf. 6, 2.: ad Volas. — Leid. I. multique alii codd.: „con*t*inentes“. Alii recc.: „contemnentes“. — Iac. Perizonius scribi maluit „ne iuvet *vos* vox ista“: sed tali supplemento opus non est. cf. 5, 4.: *quod stimulet.* 4, 60.: cum commoditas iuvaret cet. 2, 45.: memoria pessimi — exempli terrebat, ne rem committerent eo ubi duae simul acies timendae essent. al.

7. *haud inrite cecidere minae:* M. — P: haud inrite cecide-re*m*- *ne*co | mitia cet. Cf. 2, 31.: extrahi rem criminantes, ut dictator prius — magistratu abiret inritaque — promissa eius caderent.

8. *aediliumtribunorumqueplebi:* PM Harl. I. Leid. I. — Recc. codd.: plebis. — PM: licinius sextiusque *tr. pl.* refecti. — P m. 1.: „creari passi sunt *habita licinius* eaq. sol*lic*itudo magistratuum“: dein *habita licinius lic* expuncta sunt.

11. *reficiente:* PM. — Leid. I.: reficient*i*. Cf. 6, 14.: differentique.

— *et iis comitia tr. mil. tollentibus:* PM] et his cet. —

tia tribunorum militum tollentibus per quinquennium urbem tenuit.

XXXVI. Alia bella opportune quievere: Veliterni coloni gestientes otio, quod nullus exercitus Romanus esset, et agrum Romanum aliquotiens incursavere et Tusculum oppugnare adorti sunt: eaque res Tusculanis veteribus sociis novis civibus opem orantibus verecundia maxime non patres modo sed etiam plebem movit: remittentibus tribunis plebis comitia per interregem sunt habita creatique tribuni militum L. Furius A. Manlius Ser. Sulpicius Ser. Cornelius P. et C. Valeri haudquaquam tam obedientem in dilectu quam in comitiis plebem habuere, ingentique contentione exercitu scripto profecti non ab Tusculo modo summovere hostem sed intra suamet ipsum moenia conpulere,

PM: *per quinquenhium urbemtenuit:* fortius dictum est quam „quinquennium in urbe tenuit": ut *urbem tenuit* idem videatur esse quod „suspensos erectosque omnium animos tenuit".

3. *alia bella opportune quieuere:* M. — P: oportunae. m. 2.: oportune. — M: ocio.

5. *aliquotiens:* PM] aliquoties.

6. *eaque res — uerecundia maxime* cet.: PM. — Iac. Periz.: eaque re. — „Und dies erfüllte nicht nur die Väter sondern auch die Plebejer auf das tiefste mit Schaamgefühl, als die Tusculaner" u. s. w.

8. *remittentibus tr. pl. comitia* cet.: PM: h. e. non resistentibus, non intercedentibus: illa verecundia enim remiserat a certamine animos. — PM: *creatique tr. mil.:* „aber": cf. 6, 4.: labor*que.*

11. *Valeri:* M Leid. 1.] Valerii. — At in M scriptum est „*a. &. c. ualeri*". in P et in Csp. fragm. „*P.* et C. Valerii". — PM: tam ob*oe*dientem. — P: „in d*i*lectu". M: „in d*i*lect*um*": non minus latine, cum *obediens* cum dativo coniungi soleret. sed cum *in dilectu* et *in comitiis* sibi respondere viderentur, et ipse codicem P secutus sum.

12. *ingentique contentione exercitu scripto:* M: „und als wiewohl unter heftigem Widerstande ein Heer zu Stande gebracht worden". — P: exercitu*s*. — M: conpulere. P: conpul*u*ere. — P: haud paulo ui maiore uelitrae *tam* (m. 2.: quam) tusculum obsessum fuerat. M: obse*n* | sum fuerat.

obsidebanturque haud paulo vi maiore Velitrae quam Tusculum obsessum fuerat: nec tamen ab eis a quibus obsideri coeptae erant, expugnari potuere: ante novi creati sunt tribuni militum Q. Servilius C. Veturius A. et M. Cornelii Q. Quinctius M. Fabius. nihil ne ab iis quidem tribunis ad Velitras memorabile factum. In maiore discrimine domi res vertebantur. nam praeter Sextium Liciniumque latores legum iam octavum tribunos plebis refectos Fabius quoque tribunus militum Stolonis socer, quarum legum auctor fuerat, earum suasorem se haud dubium ferebat: et cum octo ex collegio tribunorum plebi primo intercessores legum fuissent, quinque soli erant, et ut ferme solent qui a suis desciscunt, capti et stupentes animi vocibus alienis id modo quod domi praeceptum erat intercessioni suae praetendebant, Velitris in exercitu plebis magnam partem abesse, in adventum militum comitia differri debere ut universa plebes de suis commodis suffragium ferret. Sextius Licinius-

3. *expugnari potuere:* M. — P: expugnar*e* potuere. — P: ante noui creati sunt tr. mil. q̄. seruilius. c̄. aius ueturius. m̄. aulus & marcus cornelii & q̄. quinctius. m̄. fabius. — Et in M et in Harl. I. Leid. I. scriptum est *c̄. aius.* — Deinde scripsimus „nihil ne ab *iis* quidem", cum in PM esset „nihil ne ab *h*iis quidem tr̄." M m. 3.: ne*c* ab hiis quidem. — P m. 1.: ad uelitra*ns*.

6. *in maiore discrimine domi res uertebantur:* PM. — Voss. II. et multi recc. codd.: in maior*i*. — PM: nam praeter *sextum* liciniumque latores legum iam octauum tr. pl. refectos. — P: fabius q̄q̄ tr̄ mil̄. — Recc. quidam codd.: earum *se* suasorem haud dubium ferebat.

11. *tribunorum plebi:* PM Harl. I. Leid. I.] tribunorum plebis. — P: qui a suis descis*s*unt.

13. *capti et stupentes animi:* PM Harl. I. Leid. I. — Drakenborchius et Strothius malebant cum Lovel. 2. scribere *stupentes animis.* — Cf. 7, 34.: consuli territo animi. 7, 30.: sollicitis ac pendentibus animi. 30, 15.: aeger animi. al. — Litteris dein *ibus* omissis scriptum est in PM: „*uocalienis* id modo quod domi praeceptum erat". cf. 6, 23.: insidiis instruendis quaerentem locum.

15. *magnam partem abesse:* M. — P: magnam partem ēē.

17. *Sextius Liciniusque:* Leid. I.

que cum parte collegarum et uno ex tribunis militum Fabio, artifices iam tot annorum usu tractandi animos plebis, primores patrum productos interrogando de singulis quae ferebantur ad populum fatigabant: auderentne postulare ut, cum bina iugera agri plebi dividerentur, ipsis plus quingenta iugera habere liceret ut singuli prope trecentorum civium possiderent agros, plebeio homini vix ad tectum necessarium aut locum sepulturae suus pateret ager? an placeret fenore circumventam plebem, ni potius quam sorte credi-

— PM Harl. I.: sextius licinius *qui* cum parte collegarum.

4. *auderentne postulare:* PM. — Leid. I.: auderent *nec* postulare. — Harl. I.: diui*den*tur. — P: „plus quinquaginta iugera“: dein „quinquag*e*nta“. — Harl. I. et recc. quid. codd.: „plebeio homini ad tectum necessarium aut locum sepulturae suus *uix* pateret ager“, cf. T. Livi l. XXX. p. XLVII. V.

9. *ni potius quam sorte creditum soluat:* Pall. 1. 3.] potius quam cet. — PM: „ni potius quam sort*em* creditum soluat“. hinc recc. quidam codd.: „ni potius quam sor*tem* credit*am* soluat“. — Hunc locum docti homines male vexarunt. Faernus scribi voluit „ni plus quam sortem creditam solvat“: Klockius „ni illud potius quam sortem creditam solvat: Salmasius „ni totius sortem crediti solvat“: I. Fr. Gronovius *ni* delevit eumque recentiores secuti sunt. Nec tamen quidquam integrius videtur quam quod littera *m* vocis *sortem* deleta in melioribus libris omnibus scriptum est. Tribuni igitur quaesiverunt, aequumne esse fenore obrutos de foro addictos duci, nisi creditum sorte una cum usuris solvere possent. hoc enim onere plerosque pessumdatos fuisse, quod usurae semper sortem mergerent, multis huius libri Liviani locis legimus. harum usurarum significationem hoc loco Livius in voce *potius* inesse voluit, ne in eisdem rebus referendis semper eodem dicendi genere uteretur, id quod doctos homines fugisse videtur. vernacula igitur lingua fortasse dicas: „oder ob sie es billigen könnten, dass das von der Schuldenlast niedergedrückte Volk seiner Freiheit verlustig gehe, wenn es nicht höher als mit dem blofsen Capitale das Geborgte wiederbezahle“. — In M primo scriptum erat „au*t* placeret fenore“, sed deinde *t* expunctum est. — P: foenore. — P: ac su*b*plicia.

tum solvat, corpus in nervum ac supplicia dare et gregatim cotidie de foro addictos duci et repleri vinctis nobiles domus et, ubicumque patricius habitet, ibi carcerem privatum esse?

XXXVII. Haec indigna miserandaque auditu cum apud timentes sibimet ipsos maiore audientium indignatione quam sua increpuissent, atqui nec agros occupandi modum nec fenore trucidandi plebem alium patribus umquam fore adfirmabant, nisi alterum ex plebe consulem custodem suae libertatis plebis fecisset. contemni iam tribunos plebi, quippe

2. *cottidie:* PM. Ab hoc inde loco semper scripsimus cum Puteano *cotidie*, quamquam in M plerumque *cottidie* scriptum est eadem nisi fallimur ratione, qua *Iuppiter quattuor* multaque alia duplicatis litteris mediis scribi solebant. — P: de *fe*ro addictos duci. M: de foro addict*o* duci. — *nobiles domus:* PM] nobiles domos. Cf. 2, 22. 40. al. — Multi recc. codd.: nobilium domos.

5. *apud timentes sibimet ipsos:* PM. — Harl. I.: *in* haec *in*digna — sibimet ips*is*. Cf. 1, 51.: *haec* Aricinus in regem romanum increpans cet.

7. *atqui nec agros occupandi modum nec foenore trucidandi plebem aliū patribus umquam fore adfirmabant:* M m. 3.: „so versicherten sie dass die Väter gewifs niemals aufhören würden“ u. s. w. — P: „nec foenore trucidandi plebem a*uxil*ium patribus umquam fore adfirmabant“. quae vox *auxilium* cum etiam in aliis codd. insit, et in M m. 1. scriptum reperiatur *aliud*, conici potuerit, primo scriptum fortasse fuisse *auxilium aliud patribus umquam fore:* quod ne nobis probaretur, non tam *trucidandi* quam *patribus* prohibere videbatur. — Harl. I. Leid. I. al.: „atq; ui nec agros“ cet. PM: atqui nec cet. Cf. 1, 36.: cum ille in augurio rem expertus profecto futuram dixisset, „*atqui* hoc animo agitavi“ inquit, „te novacula cotem discissurum“. 3, 52. al.

10. *plebis fecisset*] plebes fecisset (recc. quid. codd.). *Plebis* restituendum videbatur, quod haec nominativi forma interdum in optt. libris reperiretur (cf. 6, 35. init.) et hoc loco in PM Harl. I. Leid. I. *plebi fecisset* inesset. nam ne id quod in M m. 2. scriptum est „plebi fecissēt“ h. e. *fecissent* nobis probandum videretur, verba „custodem *suae* libertatis“ fecerunt. — *contemni iam tribunos plebi:* P] contemni — plebis (M).

quae potestas iam suam ipsam vim frangat intercedendo. non posse aequo iure agi, ubi imperium penes illos, penes se auxilium tantum sit: nisi imperio communicato numquam plebem in parte pari rei publicae fore. nec esse quod quisquam satis putet, si plebeiorum ratio comitiis consularibus habeatur: nisi alterum consulem utique ex plebe fieri necesse sit, neminem fore. an iam memoria exisse, cum tribunos militum idcirco potius quam consules creari placuisset, ut et plebeis pateret summus honos, quattuor et quadraginta annis neminem ex plebe tribunum militum creatum esse? qui crederent duobusne in locis sua voluntate

— PM Harl. I. Leid. I. al.: iam suam ipsa*m* uim frangat intercedendo. Bekk.: ipsa. 2, 43.

3. *nisi imperio communicato numquam plebem in parte pari reip. fore:* PM. In Leid. I. excidit *fore*.

4. *nec esse quod quisquam satis putet:* P. — M: ne|cesse quod cet. „Auch solle man nicht glauben genug erreicht zu haben, wenn bei der Consulwahl auch auf Plebejer Rücksicht genommen werden könnte: wenn es nicht zur unerläfslichen Bedingung gemacht werde, dass der eine Consul durchaus ein Plebejer sein müsse, werde keiner von ihnen dazu kommen“.

7. *an iam memoria exisse:* PM. — Harl. I. Leid. I.: an iam memoria*m* exisse. Cf. 2, 8.: „credo, quia nulla gesta res insignem fecerit consulatum, memoria intercidisse“. — P m. 1.: crea*t*i. m. 2.: creari.

9. *ut et plebeis pateret summus honos. IIII & xl. annis* cet.: PM] ut et plebeiis cet. — In multis recc. codd. scriptum est *ut plebeiis pateret* cet. in Harl. I. „ut et plebaes“. — P m. 1.: summus onos.

11. *qui crederent duobusne in locis sua uoluntate impertituros plebi honorem:* PM] qui crederent duobus nunc in locis sua voluntate impartituros cet. — Hunc locum difficiliorem sua quisque ratione interpretes emendare conati sunt. Tan. Faber scribi voluit „quid? crederentne duobus in locis“ cet. C. Sigonius „quis crederet duobusne in locis“ cet., quem ad modum in multis recc. codd. scriptum est. I. Fr. Gron. *qui crederent* delenda censuit. Iac. Gron. pro *ne* scripsit *nunc*, quod recentioribus quam maxime probandum videbatur. sed quamquam *ne* et *nc* vel *nunc* interdum etiam in optimis li-

impertituros plebi honorem, qui octona loca tribunis militum creandis occupare soliti sint, et ad consulatum viam fieri passuros, qui tribunatum saeptum tam diu habuerint? lege obtinendum esse quod comitiis per gratiam nequeat,

bris (cf. 5, 10.) inter se confusa esse haud ignoramus, tamen huius loci rationi, quo non tam de praesenti quam de futuro tempore agatur, *nunc* vix aptum esse arbitramur. facillimum igitur esset, si et hoc loco *ne* ad *in* tamquam altera eiusdem vocis scriptura a librariis addita diceretur, id quod ex multis similibus locis quodam modo probari posset multoque veri similius videretur quam si cum I. Fr. Gron. *qui crederent* reiicienda censeremus. verum ne id quidem nobis satis placet. cur vero non potest id quod in omnibus bonis libris est, *duobusne*, pro integro haberi? numne quod in una sententia duobus verbis ad interrogationis sensum describendum uti non possimus? nonne id ipsum videmus multis locis, quos adhuc nemo corruptos habuit? nam si ex. gr. apud Ciceronem (Tusc. 1, 15. 34.) legitur „quid nostri philosophi nonne in his ipsis libris, quos scribunt de contemnenda gloria, sua nomina inscribunt“: aliove loco (Verr. 4, 59. 132.) „quid tum mediocrine tandem dolore eos adfectos esse arbitramini“: — quis iam contenderit, horum similiumve locorum rationes ab illo Liviano loco alienas esse, quod pro recentiorum temporum more interrogationis signis post *philosophi* et *tum* positis alteram ab altera orationis parte seiungere solemus, quae per se aptissime cohaereant. ad hoc accedit, quod haud raro vel negativis particulis enclitica *ne* adiecta est nullo alio consilio quam ut vis interrogationis augeretur. sic igitur etiam hoc loco *duobusne* scriptum videtur ut magna illa vis, quae in hac ipsa voce ponenda erat, magis etiam eluceret, cum propter *qui* principem sententiae locum *duobus* obtinere non posset. — P: inptituros. M m. 1.: „imperituros“, dein *impertituros*. 3. 10.

1. *qui octona loca tr. mil. creandis occupare soliti sint:* PM. Non Livius modo 5, 1. octo creatos esse tribunos a. 351. scripsit, sed etiam in Cap. fragm. annos 374. 375. octonos tribunos habuisse videmus, et oratori licebat et augere et deminuere, prout res postulabat. — M m. 1.: uia fieri. m. 2.: uiā. — M: lege optinendum esse.

et seponendum extra certamen alterum consulatum ad quem plebi sit aditus, quoniam in certamine relictus praemium semper potentioris futurus sit. nec iam posse dici id quod antea iactare soliti sint, non esse in plebeis idoneos viros ad curulis magistratus: num qui enim socordius aut segnius rem publicam administrari post Publi Licini Calvi tribunatum, qui primus ex plebe creatus sit, quam per eos annos gesta sit quibus praeter patricios nemo tribunus militum fuerit? quin contra patricios aliquot damnatos post tribunatum, neminem plebeium. quaestores quoque sicut tribunos militum paucis ante annis ex plebe coeptos creari, nec ullius eorum populum Romanum paenituisse. consulatum super-

1. *et seponendum extra certamen alterum consulatum:* PM: nisi quod in P scriptum est „certamem“: cf. 5, 40.: flamen.

2. *q̄m in certamine relictus praemium semper potentioris futurus sit:* PM. In M scriptum est m. 3. *futurū sit*, quod ex Liviana dicendi ratione quodam modo probari potest. idem *futurum* reperitur in recc. codd. — Cf. 3, 37.: hi ferre agere plebem plebisque res, cum fortuna qua quidquid cupitum foret potentioris esset.

4. *non esse in plebeis idoneos uiros ad curulis magistratus:* PM] non esse in plebeiis — ad curules magistratus. — In M scriptum erat m. 1.: *soliti sit.* M m. 3. P: sint.

5. *num qui enim:* PM Harl. I.] [illegible]mmquid enim. „Werde denn [illegible] irgend wie“. Cf. 3, 64.: [illegible] vos minus hodie decem tribunos plebis feceritis. al. — Cum illud *qui* pro nominativo haberetur, scriptum est in PM „rēp̄. administrar*e* *potest* post publi licini calui tribunatum“: similique errore in rell. codd. In Harl. I. enim esse dicitur „administrar*e* *potens* post p. licini calui tribunatum“: in Leid. I. „administrar*e* po*te*st publicini calui tribunat*u*“. Ed. Frob. 1535. veram scripturam restituit. — PM: nemo tr. mil. fuerit. — M: quin contra patricios aliquo*d* damnatos postribu|natum. m. 4.: aliquo*t*.

11. *nec ullius eorum p̄m̄r. paenituisse* (M: penituisse): PM. — PM: consulatum superesse plebe*is*. eam esse arcem libertatis id columen. si eo peruentum sit tum p̄r̄. uere exactos ex urbe reges cet. Cf. 6, 9.: id caput Vulscorum eam fuisse originem. 2, 15. al.

esse plebeis: eam esse arcem libertatis, id columen: si eo perventum sit, tum populum Romanum vere exactos ex urbe reges et stabilem libertatem suam existimaturum: quippe ex illa die in plebem ventura omnia quibus patricii excellant, imperium atque honorem gloriam belli genus nobilitatem, magna ipsis fruenda, maiora liberis relinquenda. huius generis orationes ubi accipi videre, novam rogationem promulgant ut pro duumviris sacris faciundis decemviri creentur ita, ut pars ex plebe pars ex patribus fiat, omniumque earum rogationum comitia in adventum eius exercitus differunt qui Velitras obsidebat.

XXXVIII. Prius circumactus est annus quam a Velitris reducerentur legiones. ita suspensa de legibus res ad novos tribunos militum dilata, nam plebis tribunos eosdem — duos utique quia legum latores erant — plebes reficiebat. tribuni militum creati T. Quinctius Ser. Cornelius Ser. Sulpicius Sp. Servilius L. Papirius L. Veturius. principio statim anni ad ultimam dimicationem de legibus ventum, et cum tribus vocarentur nec intercessio collegarum latoribus

5. *gloriam belli:* PM. — Leid. I.: gratiam belli. — P: maio*r* liberis. — M: rel*i*quenda.

8. *sacris faciundis:* P. — M m. 1.: „sacris faci*lie*ndis“. dein *faciendis*. — P m. 1.: uelitra*ns*.

13. *ita suspensa de legibus res ad nouos tr̄. mīl. dilata:* M. — P: ad nouos tr̄. mīl. dilata*ta*. — PM Harl. I. Leid. I.: nam pleb*es*. tr̄. eosdem duos utique quia legum latores erant plebes reficiebat.

16. *tr. mīl. creati T. Quintius Ser. Cornelius Ser. Sulpicius Sp. Seruilius L. Papirius L. Veturius:* P. — M: „tr̄. mīl. creati t. | quintius ser̄ suspicius. p̄. seruilius. | l. papirius. lucius neturius“. Eadem neglegentia scriptum est paulo post in eodem cod.: „ad duo ultima auxilia | *summum*que ad ciuem decurrunt“.

19. *nec intercessio collegarum* (P m. 1.: colegarum) *latoribus obstaret:* PM. Docti quidam viri de integritate huius loci aliquantum dubitarunt, quod cum tribunis legum latoribus collegae non intercessissent, a Livio scriptum non esset, cur leges non essent perlatae alteroque etiam concilio plebis opus fuisset. Nec tamen dubium esse potest, quin patres, cum illius prioris concilii eventum

obstaret, trepidi patres ad duo ultima auxilia summum imperium summumque ad civem decurrunt. dictatorem dici placet: dicitur M. Furius Camillus qui magistrum equitum L. Aemilium cooptat. legum quoque latores adversus tantum apparatum adversariorum et ipsi causam plebis ingentibus animis armant concilioque plebis indicto tribus ad suffragium vocant. cum dictator stipatus agmine patriciorum plenus irae minarumque consedisset, atque ageretur res solito primum certamine inter se tribunorum plebi ferentium legem intercedentiumque, et quanto iure potentior intercessio erat, tantum vinceretur favore legum ipsarum latorumque, et *uti rogas* primae tribus dicerent, tum Camillus

sibi viderentur videre, statim refugerint ad ea quae tot et tanta in superstitiosam plebem eis parata erant praesidia, cum vel augures, si nihil aliud efficacius videretur, rem coeptam ad finem perduci vetare possent (cf. 1, 36.), dum dictator creatus esset, et tribuni aliqui sive gratia sive metu in alteram partem ducerentur, qui collegis intercessuros esse sese promitterent. sic enim modo scriptum erat 6, 35., patres summarum rerum discrimine proposito cum trepidassent, nec ullum aliud remedium praeter expertam multis iam ante certaminibus intercessionem inventum esset, collegas adversus tribunicias rogationes comparasse. Cf. inprimis 2, 44.

3. *qui mag. equitum L. Aemilium cooptat:* PM. — Harl. I. Leid. I. Voss. I.: qui magistrum equitum L. Camillum cooptat.

4. *legum quoque latores:* PM. — Leid. I.: legumque latores. — M: aduersum.

7. *cum dictator — consedisset:* PM. — Recc. codd.: tum dictator — cum sedisset. — PM Harl. I. Leid. I.: tribunorum plebi. Voss. II. al.: plebis.

11. *tantum uinceretur fauore:* PM. — Voss. II. al.: tanto. Cf. 5, 10.: quantum autem augebatur militum numerus, tanto maiore pecunia cet.

12. *et uti rogas primae tribus dicerent:* M. — P: primi tribus. m. 2.: prime tribus. — Cf. Cic. ep. ad. Att. 1, 14.: operae Clodianae pontes occuparant: tabellae ministrabantur ita ut nulla daretur „uti rogas". — M: *cū* camillus. — P m. 1.: inquid. — M m. 1.: libino. m. 3.: libido. — P m. 1.: qua peperitis. m. 2.: qua peperistis. — PM: „non reip̄. magis uniuersae quam uestra causa di-

„quando quidem“ inquit, „Quirites, iam vos tribunicia libido non potestas regit, et intercessionem secessione quondam plebis partam vobis eadem vi facitis inritam qua peperistis, non rei publicae magis universae quam vestra causa dictator intercessioni adero eversumque vestrum auxilium imperio tutabor. itaque si C. Licinius et L. Sextius intercessioni collegarum cedunt, nihil patricium magistratum inseram concilio plebis: si adversus intercessionem tamquam captae civitati leges inponere tendent, vim tribuniciam a se ipsa dissolvi non patiar“. Adversus ea cum contemptim tribuni plebis rem nihilo segnius peragerent, tum percitus ira Camillus lictores qui de medio plebem emoverent misit, et addidit minas, si pergerent, sacramento omnes iuniores adacturum exercitumque extemplo ex urbe educturum. terrorem ingentem incusserat plebi: ducibus plebis accendit magis certamine animos quam minuit: sed re neutro inclinata magistratu se abdicavit, seu quia vitio creatus erat ut scripsere quidam, seu quia tribuni plebis tulerunt ad plebem idque plebs scivit, ut si M. Furius pro dictatore quid egisset, quingentum milium ei multa esset. sed auspiciis

ctator intercessioni adero“: h. e. intercedentes tribunos adiuvabo.

7. *conlegarum cedunt:* M. — P: collegarum caedunt.

10. *aduersus ea cum contemptim tr. pl. rem nihilo segnius peragerent:* P m. 2. — P m. 1.: nihilo sergius. M: contempti. tr. pl. rem cet. Cf. 2, 56.: contemptim de iure disserendo perturbare Laetorium poterat. — Harl. I. al.: cum *contenti* cet.

14. *terrorem ingentem incusserat plebi:* PM. — Leid. I.: incesserat plebi. Recc. quidam codd.: *incussit:* ut ita verbo *accendit* responderetur. — In Harl. I. exciderunt verba *animos quam minuit.*

16. *sed re neutro inclinata:* M m. 3. P. — M m. 1.: sed neutro inclinata. In Leid. I. scriptum est *ne ultro* pro *neutro.* Cf. 5, 26.: teri tempus neutro inclinata spe. al. — PM: seu quia tr. pl. tulerunt ad plebem idque plebs sciuit cet.

20. *quingentum millium ei multa esset:* M m. 1. P. — M m. 3.: mulcta. — Recc. quid. codd.: quingentorum millium aeris ei multa esset. — Leid. I.: *mulctasset:* h. e. mulcta'sset.

magis quam novi exempli rogatione deterritum ut potius credam, cum ipsius viri facit ingenium tum quod ei suffectus est extemplo P. Manlius dictator — quem quid creari attinebat ad id certamen quo M. Furius victus esset? — et quod eundem M. Furium dictatorem insequens annus habuit haud sine pudore certe fractum priore anno in se imperium repetiturum, simul quod eo tempore, quo promulgatum de multa eius traditur, aut et huic rogationi qua se in ordinem cogi videbat obsistere potuit, aut ne illas quidem propter quas et haec lata erat inpedire, et quod dum

sic scriptum est 30, 24. in Put. Colb. Bamb. *gloriasset* pro *gloria esset.*

2. *cum ipsius uiri facit ingenium:* M m. 2. P. — M m. 1.: tum ipsius cet. — Leid. I. Harl. I.: tum quod eis affectus est.

3. *quem quid creari attinebat:* PM. cf. 6, 23.: ecquid attinere. — M: quo*d* m̄. furius.

7. *quo promulgatum de multa eius traditur:* M m. 1. P. — M m. 3.: mulcta. — PM: qua se in ordinem cogi uidebat. Cf. 3, 51.: decemviri querentes se in ordinem cogi. 3, 35.: nimium in ordinem se ipsum cogere, al.

9. *aut ne illas quidem propter quas et haec lata erat inpedire:* P. — M Harl. I.: „et haec laterat": quo errore *ae* et *e* persaepe permutata sunt.

10. *et quod dū usque ad memoriam nostram* cet.: ex coni. m.] et quoad usque cet. (Ald.). — PM rell.: et *quod* usque ad memoriam nostram cet. Iam Sigonius recte intellexit, id quod in codd. repertum est, ferri non posse. cum igitur in recenti quodam codice *et quod quotiens usque* videret, ipse scribendum censuit „et *quod* usque ad memoriam nostram, *quoties* tribuniciis consularibusque certatum viribus est" cet. Aldus *quoad* pro *quod* scripsit. verum quamquam *quod* et *quoad* in codd. mscriptis interdum inter se confusa sunt, tamen *quod* hoc loco deesse non posse, totius loci ratio persuadere videtur. itaque cum *quod* etiam omnium codicum fide servatum sit, facillima emendatione veram scripturam restituere conati sumus: nihil enim frequentius est factum quam ut breviora verba propter circumstantium litterarum similitudinem a librariis neglegenter praetermitterentur. — M: tribuni*t*iis.

usque ad memoriam nostram tribuniciis consularibusque certatum viribus est, dictaturae semper altius fastigium fuit.

XXXIX. Inter priorem dictaturam abdicatam novamque a Manlio initam ab tribunis velut per interregnum concilio plebis habito apparuit, quae ex promulgatis plebi, quae latoribus gratiora essent: nam de fenore atque agro rogationes iubebant, de plebeio consule antiquabant. et perfecta utraque res esset, ni tribuni se in omnia simul consulere plebem dixissent. P. Manlius deinde dictator rem in causam plebis inclinavit C. Licinio, qui tribunus militum fuerat, magistro equitum de plebe dicto. id aegre patres passos accipio: dictatorem propinqua cognatione Licini se apud patres excusare solitum, simul negantem magistri equitum maius quam tribuni consularis imperium esse. Licinius Sextiusque, cum tribunorum plebi creandorum indicta comitia essent, ita se gerere ut negando iam sibi velle continuari honorem acerrime accenderent ad id quod dissimulando petebant plebem: nonum se annum iam velut in aciem ad-

3. *nouamque a Mallio initam:* PM Harl. I. — Harl.: *a* tribunis. — M: habit*a*.

6. *nam de fenore atque agro rogationes iubebāt:* M m. 3. P: nisi quod in P „foenore". — M m. 1.: iubebat.

7. *de plebeio cōs antiquabant:* PM] de plebeio consulatu antiquabant. — Idem *cos* vel *consule* in rell. codd. repertum est: nec video cur id verum haberi non possit, cum paulo post scriptum sit „quippe qui omen *plebeio consuli* dederit", et 6, 35. illa tertia rogatio eisdem prope verbis lata sit „consulumque utique alter ex plebe crearetur". 6, 42.: de consule plebeio.

10. *C. Licinio:* PM rell. Hunc Licinium aut a. u. 376. cum sex collegis (cf. Liv. 6, 31.) tribunum mil. fuisse oportet, aut a. 378., cuius anni Livius nullos curules magistratus, Diod. 15, 71. L. Papirium L. Menenium Ser. Cornelium Ser. Sulpicium trib. mil. tradit. — PM: māg. equitum de plebe dicto.

12. *Licini:* PM] Licinii. — P: excussare silitum. m. 2.: solitum. — M: mag*is* quam. M m. 2. P: maius quam.

15. *cum tribunorum plebi creandorum indicta comitia essent:* M m. 3. P. Leid. I. Harl. I. — M m. 1.: esset. m. 3.: essēt.

18. *in aciem:* PM Harl. I. Leid. I. rell.: „wie gegen ein feindli-

versus optumates maximo privatim periculo nullo publice emolumento stare: consenuisse iam secum et rogationes promulgatas et vim omnem tribuniciae potestatis. primo intercessione collegarum in leges suas pugnatum esse, deinde ablegatione iuventutis ad Veliternum bellum, postremo dictatorium fulmen in se intentatum: iam nec collegas nec bellum nec dictatorem obstare, quippe qui etiam omen plebeio consuli magistro equitum ex plebe dicendo dederit: se ipsam plebem et commoda morari sua: liberam urbem ac forum a creditoribus, liberos agros ab iniustis possessoribus extemplo si velit habere posse. quae munera quando tandem satis grato animo aestimaturos, si inter accipiendas de suis commodis rogationes spem honoris latoribus earum incidant? non esse modestiae populi Romani id postulare, ut ipse fenore levetur et in agrum iniuria possessum a potentibus inducatur, per quos ea consecutus sit, senes tribunicios non sine honore tantum sed etiam sine spe honoris relinquat. proinde ipsi primum statuerent apud animos quid vellent, deinde comitiis tribuniciis declararent voluntatem. si coniuncte ferre ab se promulgatas rogationes vellent, esse

ches Heer". Cf. tamen quoque 2, 14.: in potestatem esset.

1. *optumates:* PM] optimates. Cf. 4, 9. al.

— *nullo publice emolumento:* Pal. 1. 3. al. — M: „nullo public*e* molumento". P: „maximo priuatim p*u*riculo nullo publico emolumento". Et *publice* et *publico* pro Liviana dicendi ratione probari potest. cf. 2, 35.: Venientem Vulsci benign*i* excepere benign*ius*que in dies colebant. 2, 30.: effusi et contemptim. al.

7. *omen:* M. — P: omnem. — PM: dederit. M m. 3.: dederīt.

11. *extemplo si uelit habere posse:* P m. 2. — P m. 1.: exemplo. — M: exemplo si uelit habere posse*t*. Recc. codd.: si uel*int*. — P m. 1.: qua*m*do tandem.

14. *non esse modestiae pr̄ id postulare ut ipsae foenore leuetur:* P. — M: non esse modesti. pr̄. id postulare ut ipse foenore cet. — *Per quos* i. e. eos vero per quos. I. Fr. Gron. malebat *relinquere.*

18. *proinde ipsi primum statuerent:* M m. 3. P. — M m. 1.: statueret.

20. *si coniuncte ferre ab se promulgatas rogationes uellent:* P m. 2. M. — P m. 1.:

quod eosdem reficerent tribunos plebis, perlaturos enim quae promulgaverint: sin quod cuique privatim opus sit, id modo accipi velint, opus esse nihil invidiosa continuatione honoris: nec se tribunatum nec illos ea quae promulgata sint habituros.'

XL. Adversus tam obstinatam orationem tribunorum cum prae indignitate rerum stupor silentiumque inde ceteros patrum defixisset, Ap. Claudius Crassus nepos decemviri dicitur odio magis iraque quam spe ad dissuadendum processisse et locutus in hanc fere sententiam esse. „Neque novum neque inopinatum mihi sit Quirites, si quod unum familiae nostrae semper obiectum est ab seditiosis tribunis, id nunc ego quoque audiam, Claudiae genti iam inde ab initio nihil antiquius in re publica patrum maiestate fuisse, semper plebis commodis adversatos esse. quorum alterum neque nego neque infitias eo, nos ex quo adsciti sumus simul in civi-

fere. Voss. II. al.: ferri. — Leid. I. Harl. I.: si coniuxte ferre cet. Cf. 6, 40.: „ut rogationes nostras — omnes coniunct*im* accipiatis". — PM: reficerent tr. pl.

4. *quae promulgata sint:* P. — M: sit.

10. *neque nouum neque inopinatum mihi sit:* PM. — Lovel. 5.: nec nouum nec cet. Recc. alii codd.: nec nouum neque cet. — P m. 1.: ab seditio*n*is tribunis. P m. 2. M: seditiosis.

13. *nihil antiquius in rep. patrum maiestate fuisse:* PM] nil antiquius cet. — Harl. I.: nihil antiquus. Leid. I.: nil antiquus. — PM Harl. I. Leid. I. al.: Claudiae gentis.

15. *neque nego neque infitias eo:* M m. 1. P: nisi quod in P inficias. — M m. 2.: infitiase nos: littera *o* erasa. Plerique codd. recc.: neque nego neque infitior. Iac. Gron. scribi voluit, quod 9, 9. legitur „neque ego infitias eo" aut „neque nescio neque infitias eo". Non idem significat hoc loco *neque nego* quod *neque infitias eo*. in utroque quidem inest, Appium id quod perhiberetur negare nolle: sed *illud* praeterea complectitur et exprimit, id ipsum vulgo dici solere; *hoc* fortius dicit, eum id, ad quem pertineret, nolle refutare: „ich gebe es zu und läugne es nicht".

16. *nos ex quo adsciti sumus simul in ciuitatem et patres:* PM Harl. I. Leid. I. — Haverc.: *in* ciuitatem et *in*

atem et patres, enixe operam dedisse ut per nos aucta potius quam inminuta maiestas earum gentium, inter quas nos esse voluistis, dici vere posset: illud alterum pro me maioribusque meis contendere ausim Quirites, nisi quae pro universa re publica fiant ea plebi tamquam aliam incolenti urbem adversa quis putet, nihil nos neque privatos neque in magistratibus quod incommodum plebi esset scientes fecisse, nec ullum factum dictumve nostrum contra utilitatem vestram, etsi quaedam contra voluntatem fuerint, vere referri posse. an hoc, si Claudiae familiae non sim nec ex patricio sanguine ortus sed unus Quiritium quilibet, qui modo me duobus ingenuis ortum et vivere in libera civitate sciam, reticere possim, L. illum Sextium et C. Licinium, perpetuos si diis placet tribunos, tantum licentiae novem annis quibus regnant sumpsisse, ut vobis negent potestatem liberam suffragii non in comitiis non in legibus iubendis se permissuros esse? — sub condicione inquit nos reficietis decimum

patres. Cf. 6, 28.: in oculis atque auribus. al. — In multis recc. codd. non *adsciti* sed *acciti* scriptum est: sed Drakenb. recte docet, accitum Romam fuisse Numam Pompilium, qui ex Sabinis ut rex fieret arcessitus esset: Claudios, qui a turbatoribus belli pressi ex Sabinis Romam confugissent, in civitatem et in patrum numerum acceptos esse et adscitos. cf. id quod 4, 3. Canuleius de utrisque loquitur. — P m. 1.: aucta pitius quam inminuta magestas. m. 2.: potius — maiestas.

4. *quae pro uniuersa rep̄. fiant:* M. — P Leid. I.: pro uniuersa reip̄. — P m. 1.: in magestratibus.

9. *etsi quaedam contra uoluntatem fuerint:* P m. 2. M. — P m. 1.: fierint. — PM: uere referri posse.

11. *unus Quiritium quilibet:* P. — M Harl. I. al.: *quiritum.* Cf. 3, 20.: si eo veniant in alia turba Quiritium (PM) subiectos fore cet.

15. *ut uobis negent potestatem liberam suffragii non in comitiis non in legibus iubendis se permissuros esse:* P m. 2. M. — P m. 1.: iubendis semp | missuros esse. — *Non — non* fortius est h. l. quam *nec — nec.* cf. 2, 45.: „nolle inultos hostes, nolle successum non patribus non consulibus“. al. Cf. 6, 23.: negare.

tribunos: — quid est aliud dicere, quod petunt alii nos adeo fastidimus ut sine mercede magna non accipiamus. sed quae tandem ista merces est qua vos semper tribunos plebis habeamus? ut rogationes inquit nostras, seu placent seu displicent seu utiles seu inutiles sunt, omnes coniunctim accipiatis. obsecro vos Tarquinii tribuni plebis, putate me ex media contione unum civem succlamare „bona venia vestra liceat ex his rogationibus legere quas salubres nobis censemus esse, antiquare alias“. non inquit licebit: —

1. *quid est aliud* (P: aliut) *dicere:* PM rell. h. e. quid est aliud *quam* dicere. cf. 6, 7. „hostis est quid aliud quam perpetua materia virtutis“ cet. Et hoc *quam* in uno Lovel. 2. servatum videtur, cum ibi inventum sit „quid est aliud dicere *quam* quod petunt alii“ cet. „was heisst das Anderes sagen als“. sed cum in similibus dicendi generibus *quam* interdum omissum sit, ne hoc quidem loco invitis libris mscriptis addere ausim.

5. *seu utiles seu inutiles sunt:* P. — M: „seu utiles sunt“, cum praetermissum esset „seu inutiles“. Contra in Harl. I. et in Leid. I. omissum est „seu utiles“. Cf. T. Livi l. xxx. p. xxxiii. 5. — P m. 1.: inqui*d*. — Harl. I.: „seu placer*e*nt“. Idem postea: „quae magistratus ille dice*ret*“.

6. *obsecro uos Tarquinii tr. pl. putate* cet.: PM. — In Voss. II. aliisque recc. excidit *Tarquinii*. cf. 3, 39.: nec minus ferociter M. Horatium isse in certamen, decem Tarquinios appellantem: scil. decemviros.

9. *non inquit licebit:* M. — P: inquid. — PM: de foenore. — M: et hoc po | tenti. — P: ut *ii.* l. sextilium (m. 2.: sextium) atque hunc gaium licinium cons̄. quod indignaris quod abhominaris uideas. (Cf. 1, 26.: *i,* caput obnube.) M: atque hinc gaium licinium cons̄. quod ignaris quod abominaris uideas. — Omnia ea quae ab „non inquit licebit“ usque ad „aut nihil fero“ scripta sunt, Appius orationi suae tamquam a tribunis dicta inserit, sed ita ut de suo addiderit et „quod ad vos omnes pertinet“ et „hoc portenti“ et „quod indignaris quod abominaris“. „Das kann nicht erlaubt sein, spricht er. Was sich also auf Schulden und Ländereien — wobei ihr Alle betheiligt seid — bezieht, das wollt ihr bestätigen: — dieser Gräuel aber soll nicht zu Stande kommen,

tu de fenore atque agris, quod ad vos omnes pertinet, iubeas, et hoc portenti non fiat in urbe Romana uti L. Sextium atque hunc Gaium Licinium consules, quod indigneris quod abominaris, videas? aut omnia accipe aut nihil fero: — ut si quis ei, quem urgeat fames, venenum ponat cum cibo, et aut abstinere eo quod vitale sit iubeat aut mortiferum vitali admisceat. ergo si esset libera haec civitas, non tibi frequentes succlamassent „abi hinc cum tribunatibus ac rogationibus tuis!" quid, si tu non tuleris quod commodum est populo accipere, nemo erit qui ferat illud? si quis patricius si quis — quod illi volunt invidiosius esse — Claudius diceret „aut omnia accipite aut nihil fero" — quis vestrum Quirites ferret? numquamne vos res potius quam auctores spectabitis, sed omnia semper, quae magistratus ille dicet, secundis auribus, quae ab nostrum quo dicentur, adversis accipietis? — at hercule sermo est minime civilis: — quid, rogatio qualis est, quam a vobis antiquatam indignantur? sermoni Quirites simillima. consules inquit rogo, ne vobis quos velitis facere liceat. an aliter qui rogat, qui uti-

dass man den L. Sextius und diesen G. Licinius — vor welchem Gedanken ihr mit Abscheu zurückschaudert — als Consuln sehe? (Nun gut, so wisset:) Entweder bestätigt ihr Alles, oder ich trage auf Nichts von alle dem an". Gerade wie wenn Jemand u. s. w.

9. *quid si tu non tuleris:* M. — P: quod si tu non tuleris. — P m. 1.: nemo erit qui fuerat illud. P m. 2. M: ferat.

14. *spectabitis.* — P Leid. I. Harl. I.: *ex*spectabitis. M: *ex*pectabitis. Cf. 6. 33.: deditionem spectarent. — Paulo ante M m. 1. P: ferret nūquamne. M m. 2.: ferret^{2}: h. e. ferretur.

15. *quae ab nostrum quo dicentur:* PM. — P: *ad* hercule. M: at. „Aber freilich schon der Ausdruck unserer Rede, meint ihr, hat Nichts was den Bürger einnehmen kann".

18. *consules inquit* (P m. 1.: inquid) *rogo ne uobis quos uelitis facere liceat:* PM: h. e. consules rogo sed ea condicione ne cet.

19. *an aliter qui rogat:* P] an aliter rogat (M). — „Oder ist der Antrag dessen *etwa* anders, der durchaus verlangt dass der eine Consul ein Ple-

que alterum ex plebe fieri consulem iubet nec duos patricios creandi potestatem vobis permittit? si hodie bella sint, quale Etruscum fuit cum Porsinna Ianiculum insedit, quale Gallicum modo cum praeter Capitolium atque arcem omnia haec hostium erant, et consulatum cum hoc M. Furio et quolibet alio ex patribus L. ille Sextius peteret, possetisne ferre Sextium haud pro dubio consulem esse, Camillum de repulsa dimicare? hocine est in commune honores vocare, ut duos plebeios fieri consules liceat, duos patricios non liceat, et alterum ex plebe creari necesse sit, utrumque ex patribus praeterire liceat? quaenam ista societas, quaenam consortio est? parum est, si cuius pars tua nulla adhuc fuit,

bejer sei". Prius *qui* et facile potuit neglegenter praeteriri, cum eadem vox paulo post sequeretur, et eandem ob causam a minus diligentibus librariis pro falso haberi. cf. 6, 37.: num *qui* enim.

2. *si . . sint — et . . peteret:* PM rell. Cf. 4, 19.: videret.

3. *Porsenna*: PM rell. — *Porsinna* restituimus, quod antiquissimorum librorum fide ita a Livio hoc nomen conceptum esse persuasum habemus. sic enim non modo in PM 2, 11. 12. 14. 15. 10, 16. antiqua et prima manu scriptum est, sed etiam in omnium Livianorum librorum praestantissimo 26, 41. m. 1. *Porsinam*, recentiore manu *Porsennam* scriptum vidimus. Dionysius: Πορσῖνος. Cf. C. L. Schneideri gr. lat. I. p. 424.

4. *omnia haec hostium erant:* P m. 2. — P m. 1.: hosti*a*: M: ostium. — PM: *et quolibet alio:* multi enim simul petere solebant. Ed. Frob. 1535: *aut* quolibet alio.

6. *possetisne ferre Sextium haud pro dubio consulem esse:* PM: „ohne irgend ein Bedenken". Recc. codd.: haud pro*cul* dubio. — Ad *dimicare* cf. 6, 41.: inter dimicantes conpetitores. 10, 24.: „se collegae honores praemiaque concessurum verecundia aetatis eius maiestatisque: cum periculum, cum *dimicatio* proposita sit, neque cedere sua sponte neque cessurum". — Leid. I. al.: *de rep. dimicare.* h. e. de republica.

8. *hocine est in commune honores uocare:* P m. 1. M] hoccine cet. (P m. 2.). Cf. 6, 17. „Heisst das die Ehrenämter einem Jeden zugänglich machen". — P: fieri coñs. liceat. M: fieri coñss. liceat. — Paulo post PM: quaenam ista societas quaenam consortio est.

in partem eius venis, nisi partem petendo totum traxeris? timeo inquit ne, si duos licebit creari patricios, neminem creetis plebeium: — quid est dicere aliud, quia indignos vestra voluntate creaturi non estis, necessitatem vobis creandi quos non vultis inponam? quid sequitur nisi ut ne beneficium quidem debeat populo, si cum duobus patriciis unus petierit plebeius et lege se non suffragio creatum dicat?“

XLI. „Quo modo extorqueant, non quo modo petant honores quaerunt, et ita maxuma sunt adepturi, ut nihil ne

1. *in partem eius uenis nisi partem petendo totum traxeris:* P. — M: in parte | eius uenis partem petendo cet. — „Genügt dir das nicht, wenn du Antheil an einer Sache gewinnst, an der du bis jetzt durchaus keinen Theil hattest, wenn du nicht, wiewohl es dir nur um die Theilnahme zu thun schien, das Ganze davonträgst“.

3. *quid est dicere aliud, quia indignos* cet.: PM. Cf. quod supra ex hoc ipso cap. explicatum est „quid est aliud dicere, quod“ cet. — Harl. I. cod. Sig. al.: quid est dicere aliud *nisi* quia indignos cet. In Pal. I. scriptum est „aliud quam si indignos“: in Pal. 3. „aliud quam indignos“. — P m. 1.: inqui*d* — aliu*t*.

5. *quid sequitur nisi ut ne beneficium quidem debeat populo:* PM. „Was folgt daraus anders als dass er dem Volke für das Gute das ihm geworden nicht einmal Dank schuldig ist“. — Leid. I. al.: quid sequitur ut ne beneficium quidem debeat populo.

9. *et ita maxuma sunt adepturi, ut nihil ne pro minimis quidem debeant:* PM: nisi quod in M *maxima*. — Tan. Faber haec verba a librariis corrupta ratus, scribi voluit aut „ut nihil pro iis nec minimum quidem debeant“, aut „ut nihil populo Romano Quiritium debeant“. I. Fr. Gron.: „ut nihil quasi pro minimis debeant“. Drakenb.: „ut nihil populo Romano ne minimum quidem debeant“. Nec est negandum, prima quidem specie illa *minima* non satis videri *maximis* respondere. sed verba *ne pro minimis quidem* acriore quam diligentiore oratione a Claudio dicta videri debent, quibus id quod indignatur quam gravissime exprimeret, cum diceret, illos plebeios homines ne pro minima quidem eorum beneficiorum parte, quae maxima appetere conarentur, quidquam debere velle: h. e. nihil omnino debere velle. „Sie wollen des Höchsten theilhaftig werden, ohne für

pro minimis quidem debeant, et occasionibus potius quam virtute petere honores malunt. est aliquis, qui se inspici aestimari fastidiat, qui certos sibi uni honores inter dimicantes conpetitores aequum censeat esse, qui se arbitrio vestro eximat, qui vestra necessaria suffragia pro voluntariis et serva pro liberis faciat — omitto Licinium Sextiumque, quorum annos in perpetua potestate tamquam regum in Capitolio numeratis —, quis est hodie in civitate tam humilis, cui non via ad consulatum facilior per istius legis occasionem quam nobis ac liberis nostris fiat, si quidem nos ne cum volueritis quidem creare interdum poteritis, istos etiam si

irgend etwas auch nicht für das Geringste sich irgend wie verpflichtet zu fühlen". — P: occassionibus.

2. *est aliquis qui se inspici aestimari fastidiat:* PM Harl. I. Leid. I. — Recc. quid. codd.: aestimarique. — Recte perspexit Conr. Heusingerus, non verbis *et serva pro liberis faciat* hanc periodum finiri, sed sequentia praeter parenthesin cum ea coniungenda esse. neque quemquam fugerit, quanta elegantia singulae mutatae ita constructionis partes se excipiant. „Ist Einer, der es verschmäht sich beobachten sich beurtheilen zu lassen, der es für billig hält dass ihm allein unter seinen Mitbewerbern die gewünschten Ehrenstellen unbestritten zukämen, der sich eurer Entscheidung nicht unterwerfen will, der eure auf Wohlwollen beruhenden Beschlüsse zu einer Handlung der Nothwendigkeit, eure freie Wahl zu einer gebundenen macht — ich meine nicht einen Licinius und Sextius, deren Regierungsjahre ihr schon wie die der Könige auf dem Capitole zählet —, wer ist überhaupt wohl jetzt in der Stadt so unbedeutend, dass ihm durch die günstige Gelegenheit jenes Gesetzes der Weg zum Consulate nicht leichter als uns und unseren Kindern gemacht wäre, sobald ihr uns dann nicht einmal, wenn es euer Wille ist, wählen könnt, jene aber wählen müsst, auch wenn ihr es nicht möchtet". — I. Fr. Gron. *in Capitolio* deleri voluit: sed Gisb. Cuperus teste Dione Cassio (lib. 43, 45.), Plinio (33, 1. 4.), al. I. Casaubonus ad Suet. Iul. Caes. 76. docuerunt, septem regum statuas in Capitolio positas fuisse, earumque basibus inscriptos fuisse annorum quibus illi regnassent numeros.

nolueritis necesse sit? — De indignitate satis dictum est, etenim dignitas ad homines pertinet: quid de religionibus atque auspiciis, quae propria deorum inmortalium contemptio atque iniuria est, loquar? auspiciis hanc urbem conditam esse, auspiciis bello ac pace domi militiaeque omnia geri, quis est qui ignoret? penes quos igitur sunt auspicia more maiorum? nempe penes patres, nam plebeius quidem magistratus nullus auspicato creatur: nobis adeo propria sunt auspicia, ut non solum quos populus creat patricios magistratus non aliter quam auspicato creet, sed nos quoque ipsi sine suffragio populi auspicato interregem prodamus et privatim auspicia habeamus, quae isti ne in magistratibus quidem habent. quid igitur aliud quam tollit ex civitate auspicia, qui plebeios consules creando a patribus qui soli ea habere possunt aufert? eludant nunc licet religiones: quid enim est, si pulli non pascentur, si ex cavea tardius exierint, si occinerit avis? parva sunt haec, sed parva

3. *quae propria deorum inmortalium contemptio atque iniuria est:* P m. 2. M. — P m. 1.: contemtio. Harl. I.: contententio. Leid. I.: contentio. — M: atque auspi*t*iis.

9. *quos populus creat patricios magistratus:* PM. In Leid. I. excidit *magistratus.*

11. *interregem prodamus:* PM. — Recc. codd. alii: „interregem procreamus" alii „procreemus". Cf. 5, 31.: itaque cum ex senatus consulto consules magistratu se abdicassent, interrex *creatur* M. Furius Camillus, qui P. Cornelium Scipionem, is deinde L. Valerium Potitum interregem *prodidit.* al.

13. *quid igitur aliud* (P m. 1.: aliut) *quam tollit ex ciuitate auspicia:* PM. — Voss. II. multique recc. codd.: quam tolli.

16. *si pulli non pascentur:* PM. — Harl. I.: si populi non pascentur. Leid. I.: si ludi non pascentur. Recc. codd.: si pulli non pasce*re*ntur.

17. *si occinerit auis*] si occinuerit avis. — In M cum quaedam excidissent, repperimus: tardius exie | rit auis parua sunt cet. P Leid. I.: si occecinerit auis. Harl. I.: si occecinerint. Recc. codd.: si hoc cecinerit auis. Leid. II.: si cecinerit auis. Priscianus 10, 7. 38. dicit, composita verbi *canere* praeteritum in *ui* facere, succino, succinui, occino occinui: itaque apud Livium 10, 40. scriptum vi-

ista non contemnendo maiores vestri maximam hanc rem fecerunt: nunc nos tamquam iam nihil pace deorum opus sit, omnes caerimonias polluimus. vulgo ergo pontifices augures sacrificuli reges creentur, cuilibet apicem dialem dummodo homo sit inponamus, tradamus ancilia penetralia deos deorumque curam quibus nefas est: non leges auspicato ferantur, non magistratus creentur, nec centuriatis nec curiatis comitiis patres auctores fiant: Sextius et Licinius tamquam Romulus ac Tatius in urbe Romana regnent, quia pecunias alienas quia agros dono dant. tanta dulcedo est ex alienis fortunis praedandi, nec in mentem venit altera lege solitudines vastas in agris fieri pellendo finibus domi-

demus „corvus voce clara occinuit“. sed idem Prisc. l. l. affert, Probum existimasse dici etiam posse „occino occini“, quo modo „incido, incidi, contingo contigi“ dicerentur. atque ita et Diomedes „occino occini“ fecit: ut dubitari non possit, quin hae duae eiusdem verbi formae iuxta probatae fuerint antiquis scriptoribus. an vero etiam primae syllabae geminatio, quae h. l. in omnibus mscriptis legitur, in hoc verbo composito et a nobis restituenda fuerit nescio: cum idem in hoc composito factum esse possit, quod Prisc. 10, 8. 43. in compositis verbi *currere* factum dicit, ut apud alios scriptores „decucurri, praecucurri, procucurri“ al. legeretur, apud alios „decurri“: et in optimis Livianis codd. aliis locis *concucurri*, aliis *concurri* reperiatur. — *Si pascentur*; *si exierint* cet. Cf. 4, 13.: postquam sunt audita.

1. *maiores uestri:* PM Leid. I. al.] maiores nostri. — P: maiores ūri. Cf. 5, 54.: „Iuventas Terminusque maximo gaudio, patrum *vestrorum* moveri se non passi“; al. — Paulo post P: cerimonias. M: cerimonias. Cf. 22, 9.: neclegentia caerimoniarum (Put.) al.

4. *sacrificuli reges:* PM. — Recc. quid. codd.: sacrificoli reges. Cf. 2, 2.

6. *non leges auspicato ferantur:* PM. — Leid. I.: ferant. — P: necc̄ucenturiatis. — PM: patres auctores flaut. Cf. 1, 17. al.

9. *quia pecunias alienas quia agros dono dant:* M. — P: quia pecunias alienas quiagros cet. Cf. 6, 23.: et qui adveniens.

12. *in agris fieri pellendo finibus dominos:* P. — M: in agris fieri praebendo finibus dominos. m. 2.: in asgris.

nos, altera fidem abrogari cum qua omnis humana societas tollitur. omnium rerum causa vobis antiquandas censeo istas rogationes: quod faxitis, deos velim fortunare".

XLII. Oratio Appi ad id modo valuit ut tempus rogationum iubendarum proferretur. refecti décumum idem tribuni Sextius et Licinius de decemviris sacrorum ex parte de plebe creandis legem pertulere: creati quinque patrum quinque plebis, graduque eo iam via facta ad consulatum videbatur. hac victoria contenta plebes cessit patribus ut in praesentia consulum mentione omissa tribuni militum crearentur: creati A. et M. Cornelii iterum M. Geganius P. Manlius L. Veturius P. Valerius sextum. cum praeter Velitrarum obsidionem — tardi magis rem exitus quam dubii — quietae externae res Romanis essent, fama repens belli Gallici allata perpulit civitatem ut M. Furius dictator quintum diceretur: is T. Quinctium Pennum magistrum

2. *omnium rerum causa:* PM rell. h. e. omnium rerum et divinarum et humanarum causa. Tan. Faber *quarum rerum causa* scribi voluit. — P m. 1.: antiquan*te*s*das. P m. 2. M: antiquandas. — P: „deos uel*in*fortunare". M: „deos uel infortuna | re". similique mendo Harl. I. Leid. I. Voss. II. al. Cf. 34, 4.: vos quod faxitis, deos omnis fortunare velim. — Recc. codd.: quod fa*c*itis. Cf. 6, 35.: faxo.

4. *oratio Appi:* P] oratio Appii (M).

5. *refecti decumum idem tribuni:* P m. 2. M] refecti decimum iidem tribuni. — P m. 1.: decumum ide*st*tribuni. m. 2.: idētribuni. — Harl. I. al.: dec*u*mum.

10. *tr. mil. crearentur:* PM. — M: ut in pr*e*sentia. — P m. 1.: omi*s*a.

12. *L. Veturius:* P. — M: p̄. manlius. ueturius.

— *cum praeter Velitrarum obsidionem:* PM: nisi quod M: uelitra*t*um. — Recc. codd.: *dum* praeter cet. — PM: „tardi magis rem exitus quam dubii". I. Fr. Gron. *rem* deletum voluit.

14. *fama repens belli gallici allata perpulit:* PM. — Leid. I.: belli gallii. — Recc. quid. codd.: per*c*ulit: (2, 37.).

16. *is. t. quintium poenum mãg. equitum dixit:* P m. 2, M. — P m. 1.: is. t. quintius poenum. Cf. 4, 26.: T. Quinctius Cincinnatus — *eidem et Penno cognomen additur* — cet.

equitum dixit. bellatum cum Gallis eo anno circa Anienem flumen auctor est Claudius, inclitamque in ponte pugnam, qua T. Manlius Gallum, cum quo provocatus manus conseruit, in conspectu duorum exercituum caesum torque spoliavit, tum pugnatam: pluribus auctoribus magis adducor ut credam decem haud minus post annos ea acta, hoc autem anno in Albano agro cum Gallis dictatore M. Furio signa conlata. nec dubia nec difficilis Romanis, quamquam ingentem Galli terrorem memoria pristinae cladis attulerant, victoria fuit: multa milia barbarorum in acie, multa captis castris caesa: palati alii Apuliam maxime petentes cum fuga

3. *manus conseruit:* PM. Cf. 27, 18. al. — M: *seruit.* sed eadem m. 1. deinde scripsit: *c̃seruit.* Recc. quid. codd.: manum conseruit: (27, 33. al.). — *Conseruit* et *spoliavit*, non *conseruerit* et *spoliarit*, videtur L. scripsisse, ne de pugna ipsa dubitasse videretur, sed de tempore quo pugnatum esset. Cf. 3, 2.: dederit.

5. *tum pugnatam:* M. — P Harl. I. Leid. I. recc.: *tum pugnatum.* quod si verum est, L. scripsisse necesse est „inclitaque in ponte pugna“. sed cf. 9, 37.: eam tam claram pugnam trans Ciminiam silvam ad Perusiam pugnatam quidam auctores sunt.

6. *decem haud minus post annos:* PM: h. e. tertio et tricesimo anno post urbem a Gallis captam. Cf. Polyb. 2, 18. 6.: παραγενομένων δὲ πάλιν τῶν Κελτῶν εἰς Ἄλβαν στρατεύματι μεγάλῳ μετὰ τὴν τῆς πόλεως κατάληψιν ἔτει τριακοστῷ, τότε μὲν οὐκ ἐτόλμησαν ἀντεξαγαγεῖν Ῥωμαῖοι τὰ στρατόπεδα διὰ τὸ παραδόξου γενομένης τῆς ἐφόδου προκαταληφθῆναι καὶ μὴ καταταχῆσαι τὰς τῶν συμμάχων ἀθροίσαντας δυνάμεις. αὖθις δ' ἐξ ἐπιβολῆς ἑτέρας ἔτει δωδεκάτῳ μετὰ μεγάλης στρατιᾶς ἐπιπορευομένων προαισθόμενοι καὶ συναγείροντες τοὺς συμμάχους μετὰ πολλῆς προθυμίας ἀπήντων, σπεύδοντες συμβαλεῖν καὶ διακινδυνεῦσαι περὶ τῶν ὅλων· οἱ δὲ Γαλάται καταπλαγέντες τὴν ἔφοδον αὐτῶν καὶ διαστασιάσαντες πρὸς σφᾶς, νυκτὸς ἐπιγενομένης φυγῇ παραπλησίαν ἐποιήσαντο τὴν ἀποχώρησιν εἰς τὴν οἰκείαν. — P m. 1.: in albano agro cum ..llis. m. 2.: gallis.

10. *multa milia barbarorum in acie* cet.: PM.

11. *cum fuga se longinqua:* P Harl. I. al. — M: cum fuga*ce* longin | qua. m. 2.: tum. —

se longinqua, tum quod passim eos simul pavor terrorque distulerant, ab hoste sese tutati sunt. dictatori consensu patrum plebisque triumphus decretus. vixdum perfunctum eum bello atrocior domi seditio excepit, et per ingentia certamina dictator senatusque victus ut rogationes tribuniciae acciperentur, et comitia consulum adversa nobilitate habita quibus L. Sextius de plebe primus consul factus. et ne is quidem finis certaminum fuit, quia patricii se auctores futuros negabant: prope secessionem plebis res terribilesque alias minas civilium certaminum venit, cum tamen per dictatorem condicionibus sedatae discordiae sunt concessumque ab nobilitate plebi de consule plebeio, a plebe nobilitati de praetore uno qui ius in urbe diceret ex patribus

I. Fr. Gron. *se* deletum voluit, cum *sese* sequeretur: sed L. etiam priore loco *se* videtur scripsisse, ne quis *fuga* pro nominativo haberet neve cum verbis *pavor terrorque* ad *distulerant* referret. — Harl. I.: eo *simul*. — P: *ab hoste sese tutati sunt*. M: ab hoste sese | cuti sunt. — Paulo post P m. 1.: et per ingenia certamina. P m. 2. M: ingentia.

6. *adversa nobilitate*: PM: „ungeachtet des Widerspruchs des Adels". Cf. 2, 35.: restiterunt tamen adversa invidia: „wenn gleich sie sich dadurch dem Hasse des Volkes aussetzten". al. — PM: primus cons. factus.

7. *et ne is quidem finis*: ed. Frob. 1531. — PM Harl. I. Leid. I. al.: „et *in his* quidem finis". Oxon. C.: „et in is quidem". Eodem mendo scriptum est 30, 10. in Put. Colb. Bamb. „atque inde *in* mari quidem", cum scribendum fuisset „atque inde *ne* mari quidem". Cf. T. Livi l. xxx. p. xxxii. v. 23.

9. *prope secessionem plebis*: P. — M: prope *se* secessionem plebis. Recc. quid. codd.: prope *ad* secessionem cet. Cf. 26, 48.: ea contentio cum prope seditionem veniret cet. — PM: condi*t*ionibus. — Ant. Periz. non *cum tamen* sed *cum tandem* scribi voluit. sed *tamen* scriptum est quasi priore loco esset „*quamquam* res iam prope secessionem plebis venerat, *tamen*": et *cum* in apodosi additum est, quem ad modum hac coniunctione cum indicativo uti solebant, cum nova aliqua res necopinata ad praecedentia adiicienda esset. — PM: *de consule plebeio*. Cf. 6, 39.

creando. ita ab diutina ira tandem in concordiam redactis ordinibus cum dignam eam rem senatus censeret esse, meritoque id si quando umquam alias deum inmortalium causa libenter facturos fore, ut ludi maximi fierent et dies unus ad triduum adiceretur, recusantibus id munus aedilibus plebis conclamatum a patriciis est iuvenibus se id honoris deum inmortalium causa libenter acturos ut aediles fierent: quibus cum ab universis gratiae actae essent, factum senatus consultum ut duo viros aediles ex patribus dictator populum rogaret, patres auctores omnibus eius anni comitiis fierent.

2. *cum dignam eam rem senatus censeret esse meritoque id si quando umquam alias deum inmortalium causa libenter facturos fore ut ludi maximi fierent et dies unus ad triduum adiceretur:* PM rell. — I. Fr. Gron. malebat scribi: „cum dignam eam rem senatus censeret esse, ut ludi maximi fierent et dies unus ad triduum adiiceretur, meritoque id" cet. sed haud raro apud Livium ita scriptum videmus ut orationi sententiae quaedam interponerentur, quae si prima unicave scribendi lex quanta maxima simplicitas esset, alio in loco pro recentiorum temporum scribendi ratione ponendae viderentur. „Als nach der endlich wiederhergestellten Eintracht der Stände der Senat dies Ereigniss für wichtig genug hielt, dass festliche Spiele gefeiert würden und zu den drei herkömmlichen Tagen noch ein vierter hinzugefügt werde, und er erwartete dass wenn irgend je sich jetzt die Volksädilen dazu bereitwillig erklären würden, so riefen die patricischen Jünglinge, als die Ädilen den Antrag zurückwiesen, einmüthig" u. s. w. — Cf. 24, 16.: digna res visa ut simulacrum celebrati eius diei Gracchus — pingi iuberet cet. — P m. 1.: recussantibus.

6. *se id honoris deum inmortalium causa libenter acturos:* P m. 2. M. — P m. 1.: sed id honoris cet. — Num *facturos?* verum sic scriptum est 44, 15.: arbitria belli pacisque *agere*", 9, 14.: „pacis ac belli modum *facere*". al.

9. *duo uiros aediles:* M m. 1. P. — M m. 2. rell.: duos uiros aediles. Harl. I.: duumuiros. — In M post *fierent* scriptum est: „Titi Liui Nicomachus | uc̄. III. prefeci urbs | emendaui ab urbe | cond̄ Victorianus | uc̄. emendabam | domnis Symmachis | liber VI explicit". In P nihil subscriptum est.

TITI LIVI
AB URBE CONDITA
LIBER VII.

I. Annus hic erit insignis novi hominis consulatu, insignis novis duobus magistratibus praetura et curuli aedilitate. hos sibi patricii quaesivere honores pro concesso plebi altero consulatu. plebes consulatum L. Sextio cuius lege partus erat dedit: patres praeturam Sp. Furio — Marci filio — Camillo, aedilitatem Gneo Quinctio Capitolino et P. Cornelio Scipioni suarum gentium viris gratia campestri

1. *annus hic erit insignis:* PM. — I. Grutero displicebat *erit*, cuius loco in aliis recc. codd. scriptum est *erat*, in aliis *fuit:* sed cf. ex. gr. 21, 46.: „hic *erit* iuuenis penes quem perfecti huiusce belli laus est" (Put.). at Colb.: „hic *erat* iuuenis". — M m. 1.: nouis duobus *trabus* praetura cet. m. 3. additum est *magis*, ut fieret „magistrabus". — Paulo post P m. 1.: altero consulat*o*. 7, 6.: coniect*o*.

4. *L. Sextio:* P. — M: l. sexto. Cf. 6, 36.: „praeter Sextium Liciniumque". — Recc. quidam codd.: L. Sergio Sextio.

5. *praeturam Sp. Furio Marci F. Camillo aedilitatem Gneo Quintio Capitolino:* PM: nisi quod in M m. 1. scriptum erat *aedilitate*, m. 4.: *aedilitatē.* Dein invenimus in M: „et. p̄. cornelio scriptioni". — De *Gneo* cf. 2, 43.

7. *gratia campestri ceperunt:* PM: „sie nahmen diese Ämter durch ihren Einfluſs auf dem Wahlfelde für Männer ihres Standes in Beschlag". — Recc. codd.: „gratia campestri *dederunt*". I. Fr. Gron. *ceperunt* idem significare censet quod „effecerunt ut caperent": quod vix probandum videatur. Patres *ceperunt* illos magistratus,

ceperunt. L. Sextio collega ex patribus datus L. Aemilius Mamercus. principio anni et de Gallis, quos primo palatos per Apuliam congregari iam fama erat, et de Hernicorum defectione agitata mentio. cum de industria omnia ne quid per plebeium consulem ageretur proferrentur, silentium omnium rerum ac iustitio simile otium fuit, nisi quod non patientibus tacitum tribunis, quod pro consule uno plebeio tres patricios magistratus curulibus sellis praetextatos tamquam consules sedentes nobilitas sibi sumpsisset, praetorem quidem etiam iura reddentem et collegam consulibus atque isdem auspiciis creatum, verecundia inde inposita est senatui ex patribus iubendi aediles curules creari: primo ut al-

quasi et eos plebeii captare possent: et dederunt hominibus suarum gentium, a quibus graviter eos gestum iri confiderent. *gratia* enim *campestri* effecerant ne cuius nisi patricii ratio haberetur.

1. *L. Aemilius Mamercus:* P rell.] L. Aemilius Mamercinus (Iac. Gron.). M: *t.* aemilius mamercus. Diod. 15, 82.: Λεύκιος Αἰμίλιος Μάμερκος. *Mamercinorum* cognomen gentis Aemiliae fuisse etiam in Livianis codd. 8, 12. 20. al. videre licet. Idem cognomen et Geganiorum fuisse 3, 65. 4, 8. al. videmus, et Pinariorum a. 265. 282. Diod. 11, 66.: Μαμερτῖνος. Non minus saepe vero cognomen *Mamercorum* genti Aemiliae inditum esse, praeter Liv. codd. a. 270. 276. 281. 284. 287. al. et Dionysius 8, 83. 9, 37. al. et Diodorus 11, 38. 52. 74. al. testantur.

2. *et de Gallis:* P. — M: et gallis. — Paulo post P: ne quid per plebeium cōss. ageretur proferentur. M: ne quid per plebeium cōs̄ ageretur proferretur.

6. *nisi quod non patientibus tacitum tribunis:* PM: „ausgenommen dass, da die Tribunen es nicht mit Stillschweigen hingehen liessen, wie der Adel sich statt des einen plebejischen Consulats drei patricische Ämter angemasst —, der Senat es nicht ferner zu fordern wagte dass zu Curulädilen nur Patricier genommen würden". — M m. 1.: „quod pro consule uno plebeio*s* tres" cet. deinde *s* erasum est. — M: praete*s*tatos. — PM: tamquam coss̄. sedentes. — M: praetor*a*m quidem cet. — PM: „atque *h*isdem auspiciis creatum". Praetorem collegam esse consuli docet M. Messala apud Aul. Gellium 13, 15.

ternis annis ex plebe fierent convenerat, postea promiscum fuit. Inde L. Genucio et Q. Servilio consulibus et ab seditione et a bello quietis rebus, ne quando a metu ac periculis vacarent, pestilentia ingens orta: censorem aedilem curulem tres tribunos plebis mortuos ferunt, pro portione et ex multitudine alia multa funera fuisse: maximeque eam pestilentiam insignem mors quam matura tam acerba M. Furi fecit: fuit enim vere vir unicus in omni fortuna, princeps pace belloque priusquam exulatum iret, clarior in exilio vel desiderio civitatis quae capta absentis inploravit opem, vel felicitate qua restitutus in patriam secum patriam

1. *postea promiscum fuit:* PM Harl. I. Leid. I.] postea promiscuum fuit. Cf. 3, 47. al. — M: conuenerant.

2. *L. Genucio et Q. Seruilio cons.:* P. — M: l. genutio et. q. seruilio cōs. — M al.: et bello. Lovel. 5.: et *ab* bello.

5. III *trib. plebis:* P] tres tribunos plebi (Leid. I.). — M: „III. trebus plebis": dein „tribus". — P m. 1.: ferent. m. 2.: ferunt.

6. *maxumeque:* M m. 1.] maximeque (M m. 2. P). — Recc. quid. codd.: maxime. — P: *mors quam matura tam acerba m̄. furi:* „Am meisten denkwürdig aber machte diese Pest der wenn gleich nicht frühzeitige doch mit Schmerz empfundene Tod des M. Furius". Cf. 6, 4.: laborque. — M m. 1.: mors quam | *ui matura* tam acerba. m̄. furi. m. 2.: „quam | uis matura tam acerba". h. e. *tamen*. — Harl. I. Leid. I.: mors quam nemo sic matura tam acerba. cet. Recc. codd. alii aliter.

9. *clarior in exilio:* PM rell. Dukero particula *in* suspecta videbatur. verum L. non tam id videtur dicere voluisse, Camillum exilio ipso clariorem factum esse, quam ea animi magnitudine qua *in exilio* fuisset affectus, cum exuli nihil aliud ante oculos versaretur, quam quo modo patriae ab hostibus captae consuleret ipsamque in libertatem vindicaret. nam quae sequuntur „vel felicitate" cet. propter verba *restitutus in patriam* ad illud exilium referenda non sunt, quamvis id particulis *vel vel* postulari videatur. — M m. 1. P: felicitate*m*. M m. 2.: felicitate.

11. *qua restitutus in patriam secum patriam ipsam restituit:* PM. — Harl. I.: restitutus patriam, patriam ipsam restituit. Cf. 3, 47.: *secum*. al.

ipsam restituit: par deinde per quinque et viginti annos — tot enim postea vixit — titulo tantae gloriae fuit, dignusque habitus quem secundum a Romulo conditorem urbis Romanae ferrent.

II. Et hoc et insequenti anno C. Sulpicio Petico C. Licinio Stolone consulibus pestilentia fuit. eo nihil dignum memoria actum, nisi quod pacis deum exposcendae causa tertio tum post conditam urbem lectisternium fuit. et cum vis morbi nec humanis consiliis nec ope divina levaretur, victis superstitione animis ludi quoque scenici — nova res bellicoso populo, nam circi modo spectaculum fuerat — inter alia caelestis irae placamina instituti dicuntur. ceterum parva quoque ut ferme principia omnia et ea ipsa peregrina

1. *per quinque et uiginti annos:* Leid. I. Harl. I. al. Idem M: per. u. & xx. annos. P: per v et xxx annos. — A. 364. Roma a Gallis capta erat: quinque igitur et viginti annis adiectis annus 389. fit, quo ipso anno M. Furius octogenarius mortuus est. — PM: tot enim postea uixit. Recc. quid. codd.: tot enim post uixit. — P: quem secū dum a romulo. — M: ferent.

5. *C. Sulpicio Petico:* Cap. fragm. et Diod. 15, 95. — P: „*t*. sulpicio poetico". M: „*t*. sulpicio petico". Idem vir 7, 9. in PM nominatus est *Lucius Sulpicius:* sed 7, 17. 18. al. recte scriptum est in PM: „*C. Sulpicius Peticus tertium*". — PM: c. licinio stolone cos. pestilentia fuit.

8. *tertio tum post conditam urbem lectisternium fuit:* PM. — Recc. quidam codd.: terti*um* tum cet. Voss. II.: post urbem conditam. — Cf. 5, 13.: „gravis pestilensque omnibus animalibus aestas — lectisternio *tunc primum* in urbe Romana facto" cet. Quo anno alterum fuerit lectisternium, L. non rettulit.

10. *uictis superstitione animis:* M m. 3. P. — M m. 1.: animi. — P: sc*ae*nici. — Circi modo spectaculum: „Spiele auf der Rennbahn".

13. *et ea ipsa peregrina res fuit:* PM. h. e. nec ea quidem quamquam parvi initii res domestica ac vernacula fuit. „Aber diese erste scenische Darstellung war wie fast immer der Anfang nur unbedeutend, und selbst dazu mufste man sich fremder Mittel bedienen: ohne einen bestimmten Gesang, ohne ein den Inhalt des Gesanges ausdruckendes Gebehrdenspiel tanzten die aus Etrurien gerufenen Künstler nach

res fuit: sine carmine ullo sine imitandorum carminum actu ludiones ex Etruria acciti ad tibicinis modos saltantes haud indecoros motus more Tusco dabant. imitari deinde eos iuventus simul inconditis inter se iocularia fundentes versibus coepere, nec absoni a voce motus erant: accepta itaque res saepiusque usurpando excitata. vernaculis artificibus, quia ister Tusco verbo ludiòs vocabatur, nomen histrionibus inditum, qui non sic ut ante Fescenninò versu similem

den Tönen der Flöte in nicht unzierlichen Bewegungen Tuscische Tänze". — P m. 1.: haud indec*h*oros.

4. *simul inconditis inter se iocularia fundentes uersibus:* PM. „Ihnen ahmte die römische Jugend nach, indem sie zugleich launige Scherze in kunstlosen Versen mit wechselseitigen Beziehungen hinzufügten, wo dann die Bewegungen im Tanze den Worten entsprachen". Cf. Hor. epist. 2, 1. 145.: „Fescennina per hunc invecta licentia morem Versibus alternis opprobria rustica fudit, Libertasque recurrentes accepta per annos Lusit amabiliter, donec iam saevus apertam In rabiem verti coepit iocus et per honestas Ire domos inpune minax".

5. *accepta itaque res saepiusque usurpando' excitata:* PM. „Die Sache gefiel und ward durch die öftere Wiederholung ausgebildet".

7. *quia ister tusco uerbo ludios uocabatur:* M] quia hister Tusco verbo ludio vocabatur. — Scriptum est etiam in P et in Leid. I. *ister*, quod aeque hoc loco servandum videbatur atque 5, 33. *Atria*. Deinde scripsimus *ludios*, quamquam in P *ludio* est, non tam quod ita in Harl. I. quoque et in Leid. I. al. repertum est, quam quod h. l. usitatior vox interpretationi verbi *ister* accomodatior videbatur. hic nominativus *ludios* eos recentium codd. librarios non fefellit, qui *ludius* scripserunt. Idem *ludius* apud Valerium Max. eandem rem referentem 2, 4. legitur.

8. *Fescennino uersu:* PM Harl. I. Leid. I. al.] Fescennino versui. — Hic dativus interdum in antiquis codd. Livianis reperitur. cf. 4, 12.: quod *usu* menstruo superesset. 24, 19.: inceptu. al. — PM Harl. I. Leid. I.: *saturas*. Cf. Paulus ap. Festum: „*Satura* et cibi genus dicitur ex variis rebus conditum, et lex multis aliis conferta legibus, et genus carminis ubi de multis rebus disputatur". — „Diesen heimischen Künstlern gab man den Namen Histrionen —, und

inconpositum temere ac rudem alternis iaciebant, sed inpletas modis saturas descripto iam ad tibicinem cantu motuque congruenti peragebant. Livius post aliquot annis, qui ab saturis ausus est primus argumento fabulam serere, idem scilicet — id quod omnes tum erant — suorum carminum actor, dicitur, cum saepius revocatus vocem obtudisset, ve-

sie liessen nicht mehr, wie es früherhin in den Fescenninischen Versen der Fall war, ohne Kunst in einander gefügte und ungefeilte Wechselstrophen (alternis h. e. carmine amoebaeo: cf. Festus) hören, sondern trugen Gesänge mannigfaltigen Inhalts, denen weder Rhythmus noch Melodie fehlte, und wo die Musik sogar für den Flötenspieler genau bestimmt war, mit einer dem Inhalte des Vorgetragenen entsprechenden Mimik vor".

3. *post aliquot annis* („viele Jahre nachher"): P Harl. I. Leid. I. Voss. II. al.] post aliquot annos (M). Cf. 32, 5.: post paucis diebus. 5, 55.: post paulo. al.

— *qui ab saturis ausus est primus argumento fabulam serere:* PM Harl. I. Leid. I. al. — Duo recc. codd.: „argumento fabulam *in*serere". — „Der zuerst von jenen Gesängen vermischten Inhalts abging, und die Kunst, dramatische Stücke mit *einer* Haupthandlung darzustellen, bei den Römern einführte". *Fabulam serere* enim videtur Livius scripsisse non quo sensu *componere*, *condere*, al. dicebantur, sed quod Livius Andronicus hoc novum fabularum genus primus in Latium induxit: („pflanzen, anbauen"). huc etiam pertinere *ausus est* nemo non videt. sic Cic. de leg. 1, 6. scripsit „serendi etiam mores", et in Bruto 4, 16.: „seremus igitur aliquid tamquam in inculto et derelicto loco". — De *argumento* cf. Quintil. inst. or. 5, 10. 9.: „sed *argumentum* quoque plura significat. nam et fabulae ad actum scenarum compositae *argumenta* dicuntur: — quo apparet, omnem ad scribendum destinatam materiam ita appellari". — M: suorum certa | minum actor.

6. *cum saepius reuocatus uocem obtudisset:* P. — M: reuocatur. „Da er bei den öfters gewünschten Wiederholungen seine Stimme zu sehr angegriffen hatte". — Dukero scribendum videbatur: „dicitur, cum saepius revocatus vocem obtudisset *et* venia petita puerum ad canendum ante tibicinem statuisset, canticum egisse": quod sane rotundius haberi debet.

nia petita puerum ad canendum ante tibicinem cum statuisset, canticum egisse aliquanto magis vigente motu, quia nihil vocis usus inpediebat. inde ad manum cantari histrionibus coeptum diverbiaque tantum ipsorum voci relicta. postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto ioco res avocabatur et ludus in artem paulatim verterat, iuventus histrionibus fabellarum actu relicto ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus iactitare coepit, unde exorta quae

— Valer. Max. l. l.: „isque sui operis actor cum saepius a populo revocatus vocem obtudisset, adhibito pueri et tibicinis concentu *gesticulationem tacitus peregit*": h. e. „canticum egit". — M: ante tibicin*a*m. — M: uigent*em* | motu.

3. *inde ad manum cantari histrionibus coeptum:* P. — M: inde ad manum cantaris *de* | *uerbia* trionibus coeptum de uerbi | aqu*ae* tantum ipsorum cet. — „Von der Zeit fing man an den Schauspielern zu ihren mimischen Darstellungen einen Sänger zu halten, so dass ihnen nur die Durchführung der Wechselstrophen übrigblieb". In manuum enim motibus artis plenis summa gesticulandi vis poni solebat. cf. Ovidi Fast. 3, 535.: „Illic et cantant quidquid didicere theatris, Et iactant faciles ad sua verba manus" cet. — P: d*e*uerbiaque tantum ipsorum uoci relicta.

4. *postquam lege hac* (M: ac) *fabularum ab risu ac soluto* (P: solutu) *ioco res auocabatur:* PM. — Harl. I.: res *ad*uocabatur et ludus in *p*artem paulatim uerterat. Cf. 1, 15.: arte. — PM: pau*la*tim. — M: uerterat iuuen*em* histrionibus cet. — M: iactita recepit. — Recc. quid. codd.: fab*u*larum actu relicto.

8. *unde exorta quae exodia postea appellata conseruataque fabellis potissimum Atellanis sunt:* ex coni. m.] unde exodia postea appellata consertaque fabellis cet. — Hunc locum difficillimum et antiqui et recentes librarii, id quod in mscriptis legitur non ex omni parte integrum rati, sua quisque opera emendare conati sunt. Primum vero mendum factum videtur, cum *exorda* pro *exorta* scriberetur, quo mendo persaepe integra verba corrupta videmus (cf. ex. gr. 3, 20.). quod *exorda* cum nihil esse constaret, pro eo *exordia* scripserunt, quo similis vox *exodia* ducere videbatur. ex hac similitudine vocum *exodia* et *exordia* reliquos errores natos esse facile est intellectu. cum enim saepe factum

exodia postea appellata conservataque fabellis potissimum

esse haud ignorarent, ut duae diversae scripturae ab diligentioribus librariis eodem loco coniunctae scriberentur, alii in alia scriptura verum reperisse sibi videbantur. sic enim in Leid. I. legitur „iactitare coepit quae exordia postea appellata“, in Harl. I. „quae xordia postea appellata“, in recc. codd. „quae exodia postea appellata“. in his igitur omnibus libris praetermissum est *unde*. nec tamen id temere omittendum esse arbitratus librarius codicis P scripsit „quae unde exodia postea appellata“: quod cum non videretur ferendum, in Voss. I. et S. Gelenii cod. scriptum est „quae inde exodia postea appellata“, quae scriptura etiam Drakenborchio probata est. in solo tamen Mediceo et in Neapol. Latinii codd. integrior scriptura conservata est. in Neap. enim esse dicitur „unde exodia quae exordia postea appellata“, id quod etiam in princ. ed. Rom. et Parm. reperitur. in M vidimus „unde exo | dia que exordia postea appellata“. sed in his libris permutati sunt loci verborum *exordia* et *exodia*, quod mutandi genus et alias in antiquis libris deprehenditur. nec id fefellit Tarvisanos librarios, qui in editione sua paranda sine dubio antiquorum mscriptorum venustate adiuti sunt. illi igitur scribi iusserunt „unde exodia quae exodia postea appellata“: in qua scriptura nihil desiderandum videbitur, si priore loco id quod iam antiquo tempore corruptum erat, *exorta* restituerimus. — Deinde scripsimus cum antiquissimo P et cod. Klockiano „conser*va*taque“ pro „consertaque“. cum enim illae Atellanae fabellae eiusdem generis ludicri essent quo ridicula versibus intexta Romanae iuventutis, non erat quidem quod haec vernacula Atellanis in Latium inductis conseri non possent: sed cur id diceretur, quod nemo harum rerum peritus non sciret? longe melius non modo id ipsum verbo *conservataque* dicitur, sed etiam id in eodem hoc inest, vestigia illorum Romanorum ludicrorum, quae alioquin culpa temporum perissent, conservata esse Atellanis fabellis. tam demum, si ita scripserimus, optime se habet *potissimum*, quae vox ex altera scriptura non magis locum habere posse visa fuerit quam illud *inde*. Cf. etiam Diomedes III. p. 487.: „Tertia species est fabularum Latinarum, quae a civitate Oscorum Atella, in qua primum coeptae, Atellanae dictae sunt, argumentis dictisque iocularibus similes Saty-

Atellanis sunt. quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit iuventus nec ab histrionibus pollui passa est. eo institutum manet ut actores Atellanarum nec tribu moveantur et stipendia tamquam expertes artis ludicrae faciant. inter aliarum parva principia rerum ludorum quoque prima origo ponenda visa est, ut appareret quam ab sano initio res in hanc vix opulentis regnis tolerabilem insaniam venerit.

III. Nec tamen ludorum primum initium procurandis

ricis fabulis Graecis". Suetoni Tib. 45.: „unde nota in Atellanico exodio proximis ludis assensu maximo excepta percrebruit" cet. — „Nachdem sich so jene scenischen Darstellungen vom blossen Lachen und ungebundenen Scherze entfernten, und das Spiel allmälig einen künstlerischen Charakter zu gewinnen anfing, überliessen die römischen Jünglinge den Schauspielern die Aufführung der eigentlichen Stücke, und fingen wieder an ihre in Verse eingekleideten Scherzspiele nach alter Sitte vorzunehmen: woraus dann das hervorging was späterhin Exodien (Nachspiele) genannt wurde, und wovon sich besonders in Atellanischen Stücken Überbleibsel erhalten haben". — M: atellani*s*unt.

1. *ab Oscis acceptum:* P. — M: „ab osscis acceptum tenuit iuuentus nec abstrionibus pollui passa est". dein „istrionibus".

3. *actores:* PM. — Recc. codd.: auctores. — P: atell*e*narum. — „Stipendia facere" idem esse quod „stip. merere", in quo summa virtus summumque decus Romanae iuventutis positum erat, nemo non videt. Cf. Corn. Nep. prooem.: „in scenam vero prodire et populo esse spectaculo, nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini: quae apud nos partim infamia partim humilia atque ab honestate remota ponuntur".

7. *res in hanc uix opulentis regnis tolerabilem insaniam:* P m. 2. M m. 3. — M m. 1.: re*x* in hanc. P m. 1: res *ut* hanc. — In Harl. I. excidit *insaniam*. — Cf. T. Livi prooem.: „velut dissidentis primo mores sequatur animo, deinde ut magis magisque lapsi sint, tum ire coeperint praecipites, donec *ad haec tempora*, quibus nec vitia nostra nec remedia pati possumus, perventum est".

8. *ludorum primum initium:* PM. — Lov. 1.: primum ludorum initium. — M m. 1.: procurandis rel*e*gionibus datum aut religione*m* animos. — Plerique recc. codd.: aut corpora leuauit morbis.

religionibus datum aut religione animos aut corpora morbis levavit: quin etiam cum medios forte ludos circus Tiberi superfuso inrigatus inpedisset, id vero velut aversis iam diis aspernantibusque placamina irae terrorem ingentem fecit. itaque C. Genucio L. Aemilio Mamerco iterum consulibus cum piaculorum magis conquisitio animos quam corpora morbi adficerent, repetitum ex seniorum memoria dicitur pestilentiam quondam clavo ab dictatore fixo sedatam. ea religione adductus senatus dictatorem clavi figendi causa dici iussit: dictus L. Manlius Imperiosus L. Pinarium magistrum equitum dixit. lex vetusta est priscis litteris verbisque scripta, ut qui praetor maximus sit idibus Septembri-

2. *medios forte ludos:* PM. In recc. quibusdam codd. excidit *forte*. — PM: circus tiberis *supfuso* inrigatus. — Leid. I.: impe*n*disset. — Recc. codd.: uelut *ad*uersis iam diis. — M m. 3. P: placamina irae. M m. 1.: plamina irae. Cf. 7, 2.: conser*ua*taque.

5. *C. Genucio:* P rell.] Cn. Genucio (Sig. ex Diod. 16, 2.). — M: c. genutio.

— *L. Aemilio Mamerco. II. cos.:* PM] L. Aemilio Mamercino secundum consulibus. — De *Mamerco*, quod in codd. omnibus est, cf. 7, 1.: „L. Aemilius Mamercus". De voce *iterum* cf. 6, 18.: „T. Quinctius Cincinnatus iterum". — PM: „clauo ab dictatore fixo". Cf. 9, 28.: pestilentia orta clavi figendi causa dictatorem dictum.

8. *ea religione adductus:* PM: nisi quod in P „relegione" scriptum est. — Cum codicis Leid. I. librarius pro *ea* melius *qua* scribi arbitraretur, in hoc libro scriptum legitur „ea qua religione adductus". hinc factum est ut in recc. codd. scriberetur „ea*que* religione adductus", in aliis etiam „*in* ea*que* religione" cet. — M: causa di*cius* | sit.

12. *qui praetor maximus sit:* PM. Cf. Festus: „Maximum praetorem dici putant alii eum, qui maximi imperii sit: alii, qui aetatis maximae. pro collegio quidem augurum decretum est, quod in salutis augurio Praetores maiores et minores appellentur, non ad aetatem sed ad vim imperii pertinere". Ex Marcianis carminibus apud Livium 25, 12. legitur: „iis ludis faciendis praeerit praetor is qui ius populo plebeique dabit summum".

— *idibus septēbribus clauum pangat:* P m. 2. — P m. 1.

bus clavum pangat: fixa fuit dextro lateri aedis Iovis optimi maximi ex qua parte Minervae templum est. eum clavum, quia rarae per ea tempora litterae erant, notam numeri annorum fuisse ferunt, eoque Minervae templo dicatam legem, quia numerus Minervae inventum sit. Vulsiniis quoque clavos indices numeri annorum fixos in templo Nortiae Etruscae deae conparere diligens talium monumentorum auctor Cincius adfirmat. Horatius consul ex lege templum Iovis

M: *idibus septembus*. Recc. codd.: septembris. cf. 4, 37. — In M ex adnotatione margini adscripta in orationem integram recepta sunt haec: „pangat *per quem mag. et quam ob* | *causam clabus in capitolio uel cur* | *parieti qui minerue templum continet* (m. 1.: ficeretur) *figeretur* fixa fuit dextro | lateri“ cet. (Cla*b*us = cla*u*us.). Cf. 2, 36.: quamquam.

1. *fixa fuit* (scil. lex): PM Harl. I. Leid. I. al. Cf. Cic. Philipp. 2, 36.: „inspectantibus vobis toto Capitolio tabulae figebantur“. 2, 37.: „sed unum egregium de rege Deiotaro pop. r. amicissimo decretum in Capitolio fixum“: al.

2. *ex qua parte Mineruae templum est:* M. — P Harl. I. Leid. I. al.: *ea* qua parte cet. Hinc recc. codd.: ea parte qua Mineruae templum est.

— *eum clauum quia rare* (cf. 6, 1.) *per ea tempora litterae erant notam numeri annorum fuisse ferunt:* PM: nisi quod m. 1. in M erat „cum clauum“. — Harl. I.: fuisse fec*e*runt. — Cod. Sigon. aliiq. recc.: „quia numerus a Minerua inuentus sit“. Alii recc. codd.: „quia numerus Mineruae inuentus sit“. — Cf. Festus: „clavus annalis appellabatur, qui figebatur in parietibus sacrarum aedium per annos singulos, ut per eos numerus colligeretur annorum“.

5. *Volsiniis quoque:* M. *uolsinus q̄q̄:* P. — *Vulsinii* habemus veriorem huius nominis formam, cum ita non modo multis locis in PM (cf. 5, 32. 10, 37.) sed etiam in Puteano 27, 23. scriptum legamus: quamquam alii loci (5, 31.) docere possunt, etiam *Volsinii* a Livio scriptum esse. Cf. quoque Tac. Ann. 4, 1. 6, 8. — M: indicis.

6. *in templo Nortiae Etruscae deae conparere:* P. — M: Nortiae Etruscae *dae* conparere.

8. *Horatius cōs.:* P] M. Horatius consul. — M: horacius cōs. Cf. 2, 8. — M: iouis opt. māx.

— *ex lege:* PM rell.: „mit Bezug auf jene Bedingung“. Verba dedicationis igitur ab

optimi maximi dedicavit anno post reges exactos: a consulibus post ea ad dictatores, quia maius imperium erat, sollemne clavi figendi translatum est. intermisso deinde more digna etiam per se visa res propter quam dictator crearetur: qua de causa creatus L. Manlius, perinde ac rei ge-

Horatio ita concepta sunt, ut hanc legem summis praetoribus ibi exsequendam fore diceret, ut idibus singulorum annorum Septembribus clavus figeretur. Cf. quae in simili re ab Romulo de Iovis Feretrii templo dicta 1, 10. referuntur. Horatii vero consulis mentionem h. l. Livius videtur fecisse ut indicaret, quo anno initium eius moris apud Romanos fuisset. nec tamen *anno* post reges exactos dedicatum templum Tacitus in hist. 3, 72. dicit sed „pulsis regibus Horatius Pulvillus *iterum* consul dedicavit“: idemque scripsit Dionys. 5, 35.: ταῦτα ἐκ τῆς τρίτης ὑπατείας ἐπράχθη. sed cum Livio consentit Polybius 3, 22. — I. Fr. Gron. malebat scribi „ea lege“ vel „eam legem templo — dedicavit“: quarum emendationum prior nec displicet nec difficilis est, cum modo similiter in plerisque codd. *ea qua parte* pro *ex qua parte* scriptum viderimus. eodem etiam iure coniici posset *ex ea lege* a Livio scriptum esse, cum non minus saepe harum ipsarum vocum *ex ea* altera neglegenter a librariis praetermissa esset. sed cum etiam *lege legibus aliquid agere* dici solitum sit, nec hoc loco pronomen magnopere desiderabitur.

2. *sollemne claui figendi:* PM.

5. *perinde ac rei gerendae ac non soluendae religionis gratia creatus esset:* Leid. 1. al.] perinde ac rei publicae gerendae ac non solvendae religione gratia creatus esset (Gelenius). — „Als ob er zur Führung eines Krieges und nicht um eine religiöse Verbindlichkeit zu erfüllen gewählt worden wäre“. Utraque pars huius loci, quem ad modum S. Gelenio restituendus videbatur et I. Fr. Gronovio probatus est, per se quidem rectissime se habebat: nam et *remp. gerere* multis locis legimus (cf. ex. gr. 2, 64. 3, 19.), et *remp.* (29, 18.) vel *populum religione exsolvere* (9, 8. al.): interdum etiam *res* pro *republica* (4, 43. 1, 22. al.) scriptum est. Nihilo minus tamen facere non possumus quin id quod a C. Sigonio de hoc loco disputatum est, verius habeamus. cum enim dictator, quidquid e rep. faceret, semper remp. gessisse

rendae ac non solvendae religionis gratia creatus esset, bellum Hernicum adfectans dilectu acerbo iuventutem agitavit, tandemque omnibus in eum tribunis plebis coortis seu vi seu verecundia victus dictatura abiit.

IV. Neque eo minus principio insequentis anni Q. Servilio Ahala L. Genucio consulibus dies Manlio dicitur a M. Pomponio tribuno plebis. acerbitas in dilectu non damno

diceretur, nullum omnino discrimen in illis verbis esset, si id quod Gelenius voluit scriberetur. totius vero loci ratio aperte ostendit, Livium verbis *rei gerendae causa* (7, 7. 36, 41.) idem dicere voluisse quod verbis *belli gerendi* (8, 40. al.). ac ne id quidem dici non potest, hac religione ut clavus figeretur, non populum exsolvendum fuisse, quippe quae res una magistratuum quorundam culpa intermissa esset, sed cum etiam alias pestilentia clavo a dictatore fixo sedata diceretur, senatum in illo tempore et ad hanc rem, si forte in ea placamen irae caelestis inveniri posset, fugisse. Quo minus vero in melioribus mscriptis omnibus id quod unice integrum videtur scriptum reperiretur, factum est pravo librariorum emendandi studio. quamquam enim Harl. I. et Leid. I. semper fere inter se consentire videmus, et in utroque libro *ac non soluendae religionis gratia* recte scriptum est, tamen Harleiani I. librarius non *rei* sed *reipublicae* scripsisse dicitur, nec ob aliam quandam causam quam quod homini docto *rei publicae* huic loco accomodatius fore videbatur, quem ad modum eundem multa alia pro sua ratione commutasse deprehendimus. nam in PM nihil repperimus nisi „perinde ac rei gerendę“. deinde vero in P scriptum est „ac non soluendę re*l*egion*es* gratia“, cum *es* ut saepe alias in fine nominum poneretur pro *is*. id ipsum vero, si sola mscriptorum auctoritate h. l. nobis standum esset, veram scripturam *religionis* esse persuadere posset. hinc etiam factum videtur, cum *religiones* probandum non esset, ut in M et Geleni codice *religione* scriberetur.

2. *dilectu acerbo:* M m. 3.] delectu cet. — M m. 1. P: dilectu acer*u*o. — PM: „omnibus in eum *tr. pl.* coortis“. M: co*h*ortis.

5. *Q. Seruilio Ahala L. Genucio consulibus:* M m. 2. P. — M m. 1.: que seruilio cet. Cf. 6, 6.: „te Q. Seruili“. — PM: a. m̄. pomponio. tr. pl.

7. *acerbitas in dilectu:* PM. —

modo civium sed etiam laceratione corporum lata — partim virgis caesis qui ad nomina non respondissent, partim in vincula ductis — invisa erat, et ante omnia invisum ipsum ingenium atrox cognomenque Imperiosi grave liberae civitati ab ostentatione saevitiae adscitum, quam non magis in alienis quam in proximis ac sanguine ipso suo exerceret. criminique ei tribunus inter cetera dabat, quod filium iuvenem, nullius probri conpertum, extorrem urbe domo penatibus foro luce congressu aequalium prohibitum in opus servile, prope in carcerem atque in ergastulum dederit, ubi summo loco natus dictatorius iuvenis cotidiana miseria disceret vere imperioso patre se natum esse. at quam ob

P m. 1.: uirgis caessis. — Leid. I. Voss. II.: in uincla ductis. — P m. 2. M: inuisa erat. P m. 1.: inuiserat. Cf. 6, 38.: lata erat.

4. *cognomenque imperiosi*: PM. Cf. 4, 29. — M: ab ostentatione seuitiae ad*si*tum. — P m. 1.: quam non magis alienis. P m. 2. M: in alienis.

6. *ac sanguine ipso suo:* PM Harl. I. Leid. I.] ac sanguine ipse suo (codd. recc.). Cf. 6, 37.: suam ipsam vim.

7. *criminique ei tribunus inter cetera dabat:* PM Harl. I. Leid. I. — Recc. quidam codd.: criminique rei cet. — Iac. Gron. *ei* deletum voluit. — M m. 1.: null*us* probri conpertum. M m. 2. P: nullius. — M m. 1.: urbe*m*, m. 2.: urbe. — P m. 1.: in op*es* seruile. m. 2.: in opus. — P m. 2. M m. 1.: ubi summo loco natus. P m. 1.: ubi somno loco. M m. 3.: uir summo cet.

11. *cotidiana:* P] quotidiana. — M: cottidiana. Cf. 6, 36.: cotidie. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: disceret *et* uere imperioso cet.

12. *quam ob noxiam:* P] quam ob noxam (M). Cf. 2, 54.: neminem noxiae paenitebat. — In PM scriptum non *at* sed *ad* est, ut 6, 40. et paulo post in P „*ad* hercule". Multi recc. codd.: „*ac* quam ob n." sic M „*ad* uexatione" pro *ac*. — PM: *inprōptus*. Dein M: inproptus quod *caeperent signum ipse ubi inluxit* cet., quae sunt verba cap. 14. huius libri. In margine scriptum est: „nō continuat no | uū et multū deficit". Omnia ea quae praetermissa h. l. sunt, leguntur in medio cap. XXV. h. l.: „oraque litore san | *naturae damnum utrum*" cet. Cf. 28, 22. *caede*,

noxiam? quia infacundior sit et lingua inpromptus. quod naturae damnum utrum nutriendum patri, si quicquam in eo humani esset, an castigandum ac vexatione insigne faciendum fuisse? ne mutas quidem bestias minus alere ac fovere, si quid ex progenie sua parum prosperum sit: at hercule L. Manlium malum malo augere filii et tarditatem ingenii insuper premere et, si quid in eo exiguum naturalis vigoris sit, id extinguere vita agresti et rustico cultu inter pecudes habendo.

V. Omnium potius his criminationibus quam ipsius iuvenis inritatus est animus: quin contra se quoque parenti causam invidiae atque criminum esse aegre passus, ut omnes dii hominesque scirent se parenti opem latam quam inimicis eius malle, capit consilium rudis quidem atque agrestis animi et quamquam non civilis exempli tamen pietate lau-

1. *quod naturae damnum utrum nutriendum patri si quicquam in eo humani esset an castigandum:* PM. „Hätte nun nicht dieser Fehler der Natur vom Vater, wenn irgend ein menschliches Gefühl in ihm wäre, mit Liebe gepflegt und geschützt werden müssen" u. s. w. Cf. 1, 39.: proinde materiam ingentis publice privatimque decoris omni indulgentia nostra nutriamus. 2, 1.: dissipatae res — discordia forent, quas fovit tranquilla moderatio imperii eoque nutriendo perduxit ut bonam frugem libertatis maturis iam viribus ferre posset (scil. plebs). al. — Leid. I.: *ac* casti*c*andum. In recc. quibusdam codd. *an* omissum est. — M: „*ad* uexatione | insigne fa*t*iendū fuisse". cf. paulo ante „*at* quam ob noxiam".

5. *at hercule:* P m. 2. M. — P m. 1.: ad hercule. — Harl. I.: malum malo *agere* filii. Cf. 2, 54.: malam malo domandam tribuniciam potestatem. — M: insuper *prae*mere. — M m. 1.: naturalis uigori*s*it. Recc. quid. codd.: naturalis ingenii sit. Cf. 9, 16.: vir — non animi solum vigore sed etiam corporis viribus excellens. — Leid. I.: uita agresti cultu *et rustico.* PM: inter pecudes habendo: „indem er ihn unter dem Vieh herumlaufen lasse". cf. 1, 4.: nec in stabulis nec ad pecora segnes.

11. *inritatus est animus:* M m. 2. P. — M m. 1.: inritat*es* est animus. — In recc. quibusdam codd. excidit *est.*

dabile. inscientibus cunctis cultro succinctus mane in urbem atque a porta domum confestim ad M. Pomponium tribunum pergit, ianitori opus esse sibi domino eius convento extemplo ait, nuntiaret Titum Manlium L. filium esse. mox introductus — et enim percitum ira in patrem spes erat aut criminis aliquid novi aut consilii ad rem agendam deferre — salute accepta redditaque esse ait quae cum eo agere arbitris remotis velit. procul inde omnibus abire iussis cultrum stringit, et super lectum stans ferro intento, nisi in quae ipse concepisset verba iuraret se patris eius accusandi causa concilium plebis numquam habiturum, se

1. *cultro succinctus mane in urbem atque a porta domum confestim ad M. Pomponium tribunum pergit:* PM. — Voss. II. al.: atque porta. — Leid. I.: ad m̃. *cum* pomponium. Cf. 6, 36.: C. Veturius. — Recc. quid. codd.: tribunum *pl.* pergit. — Cf. Cic. de off. 3, 31.

3. *opus esse sibi domino eius conuento extemplo ait:* PM rell. Cf. 34, 61.: edit nomina eorum, quibus conventis opus esset. 39, 11.: cum eam nosse probam et antiqui moris feminam respondisset, opus esse sibi ea conventa dixit. al. — M: nuntiaret titum manlium. l. f. esse. Leid. I. Voss. II. al.: nuntiar*e*.

5. *et enim percitum ira* cet.: PM Harl. I. Leid. I. — In Pall. 1. 3. Voss. II. al. praetermissum est *etenim* haud improbantibus I. Fr. Gronovio et A. Drakenborchio. Cf. 3, 24.: at illi — et enim extremum anni iam erat — quartum adfectantes tribunatum cet. — P m. 1.: „arbitris remot*us*“: paulòque post P m. 1.: „iussi*t*“ pro „iussi*s*“.

10. *nisi in quae ipse concepisset uerba iuraret:* M. Hoc minus diligenter scriptum videtur pro „nisi in *ea* quae ipse concepisset verba iuraret“: non enim *in aliquid* sed *aliquid concipere* dicitur (1, 36. 32. al.), et *in verba iurare* (3, 20. al.): nisi forte L. haec verba ita concipi voluit „nisi in — quae ipse concepisset — verba iuraret“. cf. 7, 10.: *inter.* apte igitur scriptum est ex. gr. 5, 34.: „cum in quo consederant agrum Insubrium appellari audissent“, nam recte habet „in aliquo loco considere“. — P m. 1.: nisininque ipse concepisset cet. m. 2.: nisi in que ipse cet. — P: accussandi causa. M m. 1.: accusandi causa*m*. — M: numquam habiturum. P: umquam habiturum.

eum extemplo transfixurum minatur. pavidus tribunus, quippe qui ferrum ante oculos micare, se solum inermem, illum praevalidum iuvenem et, quod haud minus timendum erat, stolide ferocem viribus suis cerneret, adiurat in quae adactus est verba, et prae se deinde tulit ea vi subactum se incepto destitisse. nec perinde ut maluisset plebes sibi suffragii ferendi de tam crudeli et superbo reo potestatem fieri, ita aegre habuit filium id pro parente ausum: eoque id laudabilius erat, quod animum eius tanta acerbitas patria nihil a pietate avertisset. itaque non patri modo remissa causae dictio est sed ipsi etiam adulescenti ea res honori fuit, et cum eo anno primum placuisset tribunos militum ad legiones suffragio fieri — nam et antea sic ut nunc quos Rufulos vocant imperatores ipsi faciebant —, secundum in

2. *se solum inermem illum praeualidum iuuenem:* PM. — In Leid. I. excidit „se": in Harl. I. „illum praeu. iuuenem".

5. *et prae se deinde tulit:* PM. — Leid. I. Voss. I. al.: et *pro* se cet. Cf. Cic. Or. 42, 146.: ego semper me didicisse prae me tuli. al. — M: desti|tis*se*. *se* nec perinde ut maluisset plebes si*s*i suffragii ferendi cet. Cf. 7, 6.: *perinde ut* evenisset res *ita* cet. — PM: *ita aegre habuit.* Harl. I. Leid. I.: ita aegre abstulit. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: ita aegre tulit (22, 37.).

8. *eoque id laudabilius erat:* PM. In Harl. I. Leid. I. excidit *erat.* — Leid. I. Voss. II. al.: *nil* a pietate auertisset. Cf. 6, 40.: nihil antiquius — fuisse.

10. *remissa causae dictio est:* recc. codd. — P m. 1.: remis*ae* causae. P m. 2. Harl. I. Leid. I.: remiss*ae* causae dictio est. M m. 1.: remissa causa. edictio est. m. 2.: remissa causæ edictio est.

11. *adulescenti:* PM] adolescenti. — P: „placuisset tōr mił al ad legiones". dein *al* expunctum est. M: placuisset tuš̄r. mił ad legiones. — „Tribuni mil. *ad* legiones" sunt tribuni legionarii. Cf. Cic. de rep. VI. 9. „cum in Africam venissem — ad quartam legionem tribunus ut scitis militum".

13. *nam et antea sic ut nunc:* PM rell. „denn auch früher so wie jetzt". Drakenb. *et* abesse posse scripsit. — Cf. Festus: „Rufuli tribuni militum appellabantur, quos consul faciebat non populus cet.

14. *secundum in sex locis te-*

sex locis tenuit nullis domi militiaeque ad conciliandam gratiam meritis, ut qui rure et procul coetu hominum iuventam egisset.

VI. Eodem anno seu motu terrae seu qua vi alia forum medium ferme specu vasto conlapsum in inmensam altitudinem dicitur, neque eam voraginem coniectu terrae, cum pro se quisque gereret, explere potuisse prius quam deum monitu quaeri coeptum, quo plurimum populus Romanus posset: id enim illi loco dicandum vates canebant, si rem publicam Romanam perpetuam esse vellent. tum M. Curtium iuvenem bello egregium castigasse ferunt dubitantes, an ullum magis Romanum bonum quam arma vir-

nuit: PM rell. h. e. cum sex tribuni mil. suffragio populi fierent, ipse T. Manlius secundum locum tenuit. Cf. 9, 30.: „et duo imperia eo anno (443. ab u. c.) dari coepta per populum, utraque pertinentia ad rem militarem, unum ut tribuni mil. seni deni in IV legiones a populo crearentur, quae antea — *perquam paucis suffragio populi relictis locis* — dictatorum et consulum ferme fuerant beneficia". — M: militiaeque | *ut* ad conciliandam. — M: „iu*m*entam egisset": dein syllaba *men* erasa est.

7. *explere potuisse:* PM Harl. I. Leid. I. al.] expleri potuisse. — Si quis *explere* emendari nolit, ei scribendum esse *coniectum* Drakenb. censet. sed ad *explere potuisse* supplendum esse *homines* vel *Romanos*, nemo non videt: eamque vocem h. l. scribi eo minus necesse fuisse, cum adscriberentur *cum pro se quisque gereret* („obgleich jeder so viel er konnte dabei behülflich war"). — M: cum pro se quisque reg*e* | ret explere cet. — P m. 1.: „conject*o*"., P m. 2. M: „coniectu terrae". Sed in P verba ab *seu qua ui* usque ad *terrae*, quae in integra oratione exciderant, scripta leguntur in margine.

8. *quo plurimum pšr posset:* M. — P: p̄r̄. posset. — Deinde scriptum est in M: *idem illi* | *loco*, et inter *m* et *i* alterum *m* supra additum est. — PM: si remp̄. romanam perpetuam esse uellent.

12. *an ullum magis Romanum bonum* cet.: PM. In M enim scriptum primo erat *anullum*, sed *a* postea erasum est. — Cum igitur Romani incerti haererent, quonam bono populus R. plurimum valeret, castigasse dicitur incertos et

tusque esset? silentio facto templa deorum inmortalium quae foro inminent Capitoliumque intuentem et manus nunc in caelum nunc in patentes terrae hiatus deos manes porrigentem se devovisse, equoque deinde quam poterat maxime exornato insidentem armatum se in specum inmisisse: donaque ac fruges super eum a multitudine virorum ac mulierum congestas lacumque Curtium non ab antiquo illo Titi Tati milite Curtio Mettio sed ab hoc appellatum. cura

dubitantes M. Curtius quaerendo, num ullum Romanum bonum magis Romanum haberi posset quam arma virtusque. haec enim ipsa erat causa ut cives Curtio reprehendendi viderentur, quod non statim intellexissent, nullo bono plus valere Romanos quam armis virtuteque. eleganter igitur L. ita scripsit, ut eisdem verbis „an ullum esset" et dubitationem Romanorum et id quod Curtius dixerit exprimeret. — Cf. inprimis quae de hoc *an* a W. Weissenbornio l. gr. §. 428. doctissime disputata sunt.

1. *templa deorum inmortalium quae foro inminent capitoliumque intuentem:* PM. — Ed. Bekk.: *templo* cet. typothetarum ut videtur mendo.

3. *nunc in patentes terrae hiatus deos manes porrigentem:* PM Harl. I. Leid. I. al.] nunc in patentes terrae hiatus ad deos manes cet. — Praepositionem persaepe a Livio altero loco omitti multis similibus locis vidimus (cf. ex. gr. 6, 28.: in oculis atque auribus). hoc loco verba *in deos manes* respondent verbis *in caelum* h. e. ad deos superos. Altera huius loci interpretatio haec est, si quis verba *deos manes* tamquam appositionem ad *patentes terrae hiatus* adiecta arbitretur. — P m. 1.: seduouisse. P m. 2. M: se deuouisse.

4. *equoque deinde quam poterat maxime exornato:* M] equo deinde cet. (P). — In M scriptum est: e^{o}qque deinde: h. e. equoque. Sic repperimus 4, 51. in uno Med. *agerque*, in rell. *ager*. in P 2, 61.: quo*que* semper agere omnia solitus erat accusatorio spiritu. al. — Harl. I.: se in *conspectum* inmisisse. — P m. 1.: donaque afruges. P m. 2. M: donaque ae fruges. Lovel. 4.: dona et fruges.

8. *Titi Tati:* P m. 2. M] T. Tatii. — P m. 1.: illo titi milite. — PM Harl. I.: Curtio Mettio. Cf. 1, 12. 13. — In M deinde quaedam exciderunt: *sed* | *ab hoc* qua aduersum uiam inquiren | tem cet.

non deesset, si qua ad verum via inquirentem ferret: nunc fama rerum standum est, ubi certam derogat vetustas fidem: et lacus nomen ab hac recentiore insignitius fabula est. Post tanti prodigii procurationem eodem anno de Hernicis consultus senatus cum fetiales ad res repetendas nequiquam misisset, primo quoque die ferendum ad populum de bello indicendo Hernicis censuit, populusque id bellum frequens iussit. L. Genucio consuli ea provincia sorte evenit. in expectatione civitas erat, quod primus ille de plebe consul bellum suis auspiciis gesturus esset, perinde ut evenisset res ita communicatos honores pro bene aut secus consulto habitura. forte ita tulit casus ut Genucius ad hostes magno conatu profectus in insidias praecipitaretur, legionibus necopinato pavore fusis consul circumventus ab insciis quem interfecissent occideret. quod ubi est Romam nuntiatum,

1. *nunc fama rerum standum est:* PM Harl. I. Leid. I. — Pall. al.: famae. Cf. 7, 35.: eo stabitur consilio. 6, 7.: stetit ambigua spe pugna. al. — PM Harl. I. Leid. I.: insignitius. Cf. 7, 15.

4. *post tanti prodigii procurationem:* P m. 2. M. — P m. 1.: tant*a*. — Recc. quid. codd.: senatus consultus. — PM: fe*c*iales. — M: ad res repetendas aequi quam missis sed primo quoque die. — P: nequiquam. cf. 7, 12.

8. *L. Genucio cons̄.* (P: cos.) *ea prouincia sorte euenit in expectatione ciuitas erat quod primus ille de pl. cos̄. bellum suis auspiciis gesturus esset:* PM.

10. *perinde ut euenisset res ita* cet.: PM. — Rell. codd.: perinde ut eueniret res. — P Harl. I. Leid. I. al.: communicatos honores pro bene aut secus consulto habitura. M: communicatus honores pbere aut secus consulto habitura.

13. *in insidias praecipitaretur:* codd. Drakenb.] in insidias praecipitaret (25, 11.). — P: in insidias pcipitaret: h. e. percipitaretur. — In M litteris quibusdam omissis scriptum est: in insidias praecipitar et egio nio | nibus necopinato cet. — Cf. 25, 16.: Gracchus fraudem et sermoni et rei abesse ratus ac similitudine veri captus cum lictoribus ac turma equitum e castris profectus duce hospite in insidias praecipitatus. al.

15. *occideret:* P Leid. I. al.] occideretur. — M: occiderent. — *Occideretur* scri-

nequaquam tantum publica calamitate maesti patres quantum feroces infelici consulis plebei ductu fremunt omnibus locis, irent crearent consules ex plebe, transferrent auspicia quo nefas esset: potuisse patres plebiscito pelli honoribus suis: — num etiam in deos inmortales inauspicatam legem valuisse? vindicasse ipsos suum numen sua auspicia, quae ut primum contacta sint ab eo a quo nec ius nec fas fuerit, deletum cum duce exercitum documento fuisse ne deinde turbato gentium iure comitia haberentur. his vocibus curia et forum personat. Ap. Claudium, quia dissuaserat legem maiore nunc auctoritate eventum reprehensi ab se consilii incusantem, dictatorem consensu patriciorum Servilius consul dicit, dilectusque et iustitium indictum.

VII. Priusquam dictator legionesque novae in Herni-

bendum videbatur, quod *ab insciis* cum hoc verbo coniungendum esset. quae interpretatio si Livio probata fuisset, non *quem interfecissent* sed *quem interficerent* cum recc. codd. scribendum erat. verum *ab insciis* referendum est ad *circumventus*, et *occidere* h. l. nihil aliud quam *cadere* significat. „Das Schicksal wollte es so, dass Genucius in einen Hinterhalt gerieth, und dass, nachdem die Legionen durch diesen unerwarteten Schreck in die Flucht gejagt waren, der Consul umringt und angegriffen von feindlichen Soldaten, die nicht wussten wen sie getödtet, fiel“. Cf. 10, 26.: ita caesa ab tergo legio atque in medio, cum hostis undique urgueret, circumventa. al. 23, 11.: ex quattuor consulibus duos occidisse, ex duobus saucium alterum, alterum toto amisso exercitu vix cum quinquaginta hominibus effugisse. al.

2. *infelici consulis plebei ductu:* PM] infelici consulis plebeii ductu. — Recc. multi codd.: „infelicis“. Iidem: „irent creatum“. — P: ductu *premunt*. — M: transferent.

7. *contacta sint:* P m. 2. — P m. 1. M: contracta sint. Cf. 4, 15.: bonaque contacta pretiis regni mercandi. — P Voss. II. al.: document*a* fuisse. — Leid. I.: ne inde.

11. *maiore nunc auctoritate:* M Leid. I. h. e. maiore quam antea auctoritate. — P Harl. I. al.: maiore cum auctoritate. — Cod. Sig. et alii recc.: quia dissuaserat legem in contione. — PM: d*i*lectusque.

cos venirent, ductu C. Sulpici legati res per occasionem gesta egregie est. in Hernicos morte consulis contemptim ad castra Romana cum haud dubia expugnandi spe succedentes hortante legato et plenis irae atque indignitatis militum animis eruptio' est facta. multum ab spe adeundi valli res Hernicis afuit, adeo turbatis inde ordinibus abscessere. dictatoris deinde adventu novus veteri exercitus iungitur et copiae duplicantur, et pro contione dictator laudibus legati militumque, quorum virtute castra defensa erant, simul audientibus laudes meritas tollit animos simul ceteros ad aemulandas virtutes acuit. neque segnius ad hostes bellum apparatur, qui et parti ante decoris memores neque ignari auctarum virium hostis suas quoque vires augent: omne Hernicum nomen, omnis militaris actas excitur: quadringenariae octo cohortes lecta robora virorum scribuntur. hunc eximium florem iuventutis eo etiam quod ut duplex acciperent stipendium decreverant, spei animorumque in-

1. *C. Sulpici:* M] C. Sulpicii (P). — Recc. codd.: egregie gesta.

2. *contemptim:* PM. — Leid. I.: contentim. — Recc. codd.: ad castra Romanorum. — M m. 1.: cum haud dubia oppugnamdi spe. P: haud dubie. — Leid. I.: hortantes legato. Harl. I.: hortantes legatos.

5. *ab spe:* P. — M m. 1.: ad spe. m. 2.: a spe. — PM Leid. I.: afuit. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: adeo turbatis ordinibus inde abscessere.

8. *et pro contione dictator:* PM. — PM: tollit animos. Leid. I.: sustollit animos. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: substulit animos. Alii recc. duo: sustulit.

11. *neque segnius ad hostes bellum apparatur:* P m. 2. M. — P m. 1.: neque sergius. Leid. I.: neque segnius & hostes cet. Lovel. 2.: et hostes bellum apparant. Cf. 10, 29.: furiarumque ac formidinis plena omnia *ad hostes* esse. al. — M m. 1: decores. m. 2.: decoris.

14. *quadringenariae:* M Harl. I. cod. Geleni. — P Leid. I.: quadrigenariae. Recc. codd.: quadragenariae.

17. *spei animorumque inpleuere:* PM. — Leid. I.: „spei animorum inpleuere". Idem paulo post „seruati". — Harl. I.: „quam uirili parte". Cf. prooem. T. Livi.

plevere. inmunes quoque operum militarium erant, ut in unum pugnae laborem reservati plus sibi quam pro virili parte adnitendum scirent: extra ordinem etiam in acie locati, quo conspectior virtus esset. duum milium planities castra Romana ab Hernicis dirimebat: ibi pari ferme utrimque spatio in medio pugnatum est. primo stetit ambigua spe pugna nequiquam saepe conatis equitibus Romanis impetu turbare hostium aciem. postquam equestris pugna effectu quam conatibus vanior erat, consulto prius dictatore equites permissu deinde eius relictis equis clamore ingenti provolant ante signa et novam integrant pugnam. neque sustineri poterant, ni extraordinariae cohortes pari corporum animorumque robore se obiecissent.

VIII. Tunc inter primores duorum populorum res geritur. quidquid hinc aut illinc communis Mars bello aufert,

4. *duum milium:* M m. 3. P. — M m. 1.: dum milium. — PM: plani*ci*es. Cf. 27, 18. Put.: plani*ti*es. al. — M: ab ernicis.

5. *ibi pari ferme utrimque spatio:* PM. — Leid. I. Harl. I.: ibi patri ferme utrique spatio. — M: nequiquam saepe conati | sequibus romanis cet. Cf. 1, 14.

9. *consulto prius dictatore equites permissu deinde eius relictis equis clamore ingenti prouolant:* PM rell. Videtur Livius his verbis dicere voluisse, dictatorem primo de eius pugnae quam equites petiverunt eventu dubitasse.

11. *neque sustineri poterant ni extraordinariae cohortes pari corporum animorumque robore se obiecissent:* P m. 2. M. — P m. 1. et „extra*h*ordinariae" et „ani*ma*rumque". — Cf. 2, 10.: pons sublicius iter paene hostibus dedit, ni unus vir fuisset Horatius Cocles. 2, 50.: vincebantque auxilio loci paucitas ni iugo circummissus Veiens in verticem collis evasisset. al. Cf. 7, 15. — Leid. I. al.: sustiner*e*.

15. *quidquid hinc aut illinc communis mars bello aufert:* PM rell.] quicquid — belli aufert (Sigonius). Quamquam haud raro apud Livium *Mars belli communis* dicitur, tamen h. l. facere non potui quin omnium mscriptorum auctoritatem sequerer, cum, quem ad modum apud Cic. in Cat. mai. c. 19. „omni aetati mortem esse communem" multaque similia scripta legimus, dativus per se non esset improbandus.

multiplex quam pro numero damnum est. vulgus aliud armatorum velut delegata primoribus pugna eventum suum in virtute aliena ponit. multi utrimque cadunt, plures vulnera accipiunt. tandem equites alius alium increpantes quid deinde restaret quaerendo, si neque ex equis pepulissent hostem neque pedites quicquam momenti facerent? quam tertiam expectarent pugnam? quid ante signa feroces prosiluissent et alieno pugnarent loco? his inter se vocibus concitati clamore renovato inferunt pedem, et primum gradu moverunt hostem, deinde pepulerunt, postremo iam haud dubie avertunt: neque tam vires pares quae superaverit res facile dictu est, nisi quod perpetua fortuna utriusque populi

1. *multiplex quam pro numero damnum est:* PM rell. Recte viderunt interpretes, *multiplex* h. l. sensu comparativi scriptum esse: cf. 2, 56.: „non facile loquor quam quod locutus sum praesto". Dicere enim Livius vult, longe tristiorem tam excellentium equitum iacturam fuisse quam quae pro numero eorum qui cecidissent videretur. „Was der Allen gemeinsame Schlachtengott auf der einen wie auf der anderen Seite fortrafft, das liess sich hier nicht nach der Zahl der Gefallenen berechnen". Cf. quoque huius capitis finis. 21, 59.: sed maior Romanis quam pro numero iactura fuit, quia equestris ordinis aliquot et tribuni militum quinque et praefecti sociorum tres sunt interfecti.

3. *multi utrimque cadunt:* PM. — Recc. quid. codd.: multi deinde utrimque cadunt.

4. *quid deinde restaret:* M. — P: quid deinde restauret quaerendo. — In M dein scriptum est: „que | rendū si neque ex eque spe pulissent hostem aeque pedites" cet. sed ū m. 3. in loco raso. — Recc. quid. codd.: *restare.*

7. *quid ante signa feroces prosiluissent:* PM. — Leid. I. al.: quid ante pugnam feroces cet. Voss. II.: quod ante pugnam.

9. *et primum gradu mouerunt hostem deinde pepulerunt:* PM. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: mouere — pepulere. — M m. 3. et recc. quid. codd.: et primo gradu cet.

11. *tam uires pares:* PM. Cf. 4, 43.: modo. I. Fr. Gron. malebat cum Rottend. cod. scribere „tam pares uires". — M: quae super auertit res facile dictu est nisi quod perpetua fortuna ut prius quae populi cet.

et extollere animos et minuere potuit. usque ad castra fugientes Hernicos Romanus sequitur, castrorum oppugnatione, quia serum erat diei, abstinuere. diu non perlitatum tenuerat dictatorem ne ante meridiem signum dare posset: eo in noctem tractum erat certamen. postera die deserta fuga castra Hernicorum et saucii relicti quidam inventi, agmenque fugientium ab Signinis, cum praeter moenia eorum infrequentia conspecta signa essent, fusum ac per agros trepida fuga palatum est. nec Romanis incruenta victoria fuit: quarta pars militum amissa, et ubi haud minus iacturae fuit, aliquot equites Romani cecidere.

IX. Insequenti anno cum C. Sulpicius et Gaius Licinius Calvus consules in Hernicos exercitum duxissent, neque inventis in agro hostibus Ferentinum urbem eorum vi cepissent, revertentibus inde eis Tiburtes portas clausere. ea ultima fuit causa, cum multae ante querimoniae ultro

2. *Romanus sequitur:* M m. 3. P. — M m. 1.: romanos. — Leid. I.: castrorum oppugnationem — abstinere. — Multi recc. codd.: abstinere. — Paulo post M: ne ante meridiae signum. m. 2.: meridiaē.

5. *postera die:* P Harl. I.] postero die (M). Cf. 6, 22.: in posteram diem (PM). al.

7. *ab Signinis* et ipsi ex verissima Lud. Crevieri coniectura scribi iussimus. PM rell.: *ab signis.* sic 6, 40. in M *uenis* scriptum vidimus pro „uenis nisi“. 8, 3. in M quidem *praeter signia,* in P *p̄ter signa* pro „praeter Signiam“. al. Signiam inter Hernicos et Vulscos sitam Tarquinius Sup. colonos deduxerat, praesidium urbi Romanae futurum (1, 56.). iidem Signini fideles populo Rom. mansisse dicuntur 27, 10. hi Signini, cum praeter moenia sua Hernicorum infrequentia signa conspexissent, arma capiunt et fundunt agmen fugientium, quod deinde per agros palatum est. — M: infrequentia conspectu signa. — P m. 1.: caeciderē.

12. *insequenti anno cum lucius sulpicius et gaius licinius caluus cos.* cet.: PM. „*Lucius* Sulpicius“ etiam in rell. codd. scriptum est. cf. 7, 2.: C. Sulpicio. — Neque inv.: 6, 1.

16. *ea ultima fuit causa:* PM. — Recc. codd.: ea ultima causa fuit.

— *cum multae ante querimoniae ultro citroque iactatae essent:* PM] cum multae antea cet. (Pall. et Drakenb. ut

citroque iactatae essent, cur per fetiales rebus repetitis bellum Tiburti populo indiceretur. dictatorem T. Quinctium Pennum eo anno fuisse satis constat et magistrum equitum Ser. Cornelium Maluginensem. Macer Licinius comitiorum habendorum causa et ab Licinio consule dictum scribit, quia collega comitia bello praeferre festinante ut continuaret consulatum, obviam eundum pravae cupiditati fuerit: quaesita ea propria familiae laus leviorem auctorem Licinium facit: cum mentionem eius rei in vetustioribus annalibus nullam inveniam, magis ut belli Gallici causa dictatorem creatum arbitrer inclinat animus. eo certe anno Galli ad tertium lapidem Salaria via trans pontem Anienis castra habuere. dictator cum tumultus Gallici causa iustitium edixisset, omnes iuniores sacramento adegit ingentique exercitu ab urbe profectus in citeriore ripa Anienis castra posuit. pons in medio erat neutris eum rumpentibus ne timoris indicium esset.

videtur codd.). — P: cur per feciales. M: cur per fectiales. Haud raro in antiquis mscriptis *fecialis* scriptum legitur, ut apud Varr. de ling. lat. 5, 86. al. sed cf. Fr. Creuzer Röm. Antiq. §. 221.

2. *T. Quinctium Pennum:* Lovel. 5. — P: t. quintium poenum. M: t. quintium poeno *m*eo anno fuisse. — P: et mag̃ equitũ ser. cornelium maluginensem.

5. *et ab Licinio cōs. dictum scribit:* P m. 2. M. — P m. 1.: *l*ucinio. — Harl. I.: qui collega. — P: ut continuaret cos̃ obuiam eundum. M: ut continuante cons̃ obuiam eundum.

7. *quaesita ea propria familiae laus:* PM Leid. I.: al.] quaesita ea propriae familiae laus. Cf. 2, 51.: proximam. — M: leuiorem auctorem *linium* facit. — M: magis *ubi* belli gallici causa. — M: arbiter. — Voss. II. al.: incline*t* animus. Leid. I.: indignat animus.

12. *Salaria uia:* PM. — Harl. I.: solaria uia. Cf. Paulus ap. Fest.: Salaria via Romae est appellata, quia per eam Sabini sal a mari deferebant. Cf. Tac. hist. 3, 78. — Leid. I.: „pontem a*l*ienis". Idem scriptum est paulo post in Leid. I. Harl. I.

13. *edixisset:* P m. 2. M. — P m. 1.: ed*u*xisset.

16. *neutris eum rumpentibus:* ed. Frob. 1531. — PM et optt. quique codd.: „neutris *e*rumpentibus": quod haud scio an verum sit, cum Livius particulam *e* verbis ad-

proelia de occupando ponte crebra erant, nec qui poterentur, incertis viribus satis discerni poterat. tum eximia corporis magnitudine in vacuum pontem Gallus processit et quantum maxima voce potuit „quem nunc“ inquit „Roma virum fortissimum habet, procedat agedum ad pugnam, ut noster duorum eventus ostendat utra gens bello sit melior.“

X. Diu inter primores iuvenum Romanorum silentium fuit, cum et abnuere certamen vererentur et praecipuam sortem periculi petere nollent. tum T. Manlius L. filius, qui patrem a vexatione tribunicia vindicaverat, ex statione ad dictatorem pergit: „iniussu tuo“ inquit, „imperator, ex-

iicere soleat. sed cf. 6,23.: instruendis quaerentem. — M: posuit pōs in medio erat.

1. *nec qui poterentur:* P m. 1. M] nec qui potirentur (P m. 2.). Sic scriptum est 23, 43. in Put. „poteretur“. al. Virg. Aen. 3, 55.: „Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat et auro Vi potitur“. Sic etiam recte scriptum videtur ap. Ovid. in Metam. 13, 130.: „Tuque tuis armis, nos te poteremur, Achille“: quamquam in Berolin. codd. *potiremur* reperitur: (cf. Prisc. 7, 2. 7.). Prisc. 10, 2. 10.: „in *tior* deponens tam tertiae quam quartae coniugationis unum invenitur, *potior*“. sed cf. 23, 16. al.: or*e*retur.

2. *satis discerni poterat:* PM rell.: „es liess sich nicht mit Sicherheit bestimmen“. I. Fr. Gron. et hoc et aliis locis *discernere* verbo *decernere* permutatum voluit invitis mscriptis. restituendum igitur est 21, 4.: „itaque haud facile discerneres utrum imperatori an exercitui carior esset“ (Med. Colb.). 22, 61.: „mirari magis adeo discrepare inter auctores, quam quid veri sit discernere queas“ (Put.).

2. *tum eximia corporis magnitudine:* PM. — Lovel. 4.: *cum* eximia cet. — Voss. I. al.: „et quantum maxima *potuit* uoce“. In Pall. 1. 3. Voss. II. al. excidit „potuit“. — P m. 1.: inqui*d*. — Leid. I.: fortissimum uirum. — PM: *ut noster duorum euentus ostendat.* Cf. Cic. or. de imp. Cn. Pomp. 1.: „quamquam mihi semper frequens conspectus *vester* multo iucundissimus — est visus“.

7. *silentium fuit:* P. — M: silenti*o* fuit.

9. *tum T. Manlius L. filius:* P. — M: tum | p̄t manlius. l. f. — M: a uexatione tribu*ci*nia.

tra ordinem numquam pugnaverim, non si certam victoriam videam: si tu permittis, volo ego illi beluae ostendere, quando adeo ferox praesultat hostium signis, me ex ea familia ortum quae Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deiecit". tum dictator „macte virtute" inquit „ac pietate in patrem patriamque T. Manli esto: perge et nomen Romanum invictum iuvantibus diis praesta". armant inde iuvenem aequales: pedestre scutum capit, Hispano cingitur gladio ad propiorem habili pugnam: armatum adornatumque adversus Gallum stolide laetum et — quoniam id quoque memoria dignum antiquis visum est — linguam etiam ab inrisu exserentem producunt. recipiunt inde se ad stationem, et

1. *numquam pugnauerim non si certam uictoriam uideam:* PM. — Recc. quid. codd.: „*nisi* certam uictoriam uideam": ut coniici posset, primo *ne si* h. e. „ne tum quidem" scriptum fuisse, sed cf. 5, 51.: et ob eadem haec non si mille senati consultis populique iussu revocaretis, rediturus umquam fuerim. — P m. 1.: inqui*d*.

2. *uolo ego illi beluae ostendere:* P. — M: uolo ergo illi beluae ostendere. Cf. 2, 34.: „cur ergo cet.

4. *ex rupe Tarpeia deiecit:* M m. 3. — M m. 1.: ex rupe tarpeia diecit. P Leid. I.: ex rupe tarpei adiecit. Harl. I.: diiecit. Cf. 5, 47.: de saxo deiecit.

5. *macte uirtute inquit ac pietate in patrem patriamque:* PM. — Leid. I.: a pietate. Neap. Lat.: atque pietate. — M: & t. manli esto. — Cf. 10, 40.: tu quidem macte uirtute diligentiaque esto.

7. *armant inde iuuenem aequales:* M. — P: iuuenū.

8. *hispano cingitur gladio ad propiorem habili pugnam:* P. — M: ad priorem | habili pugnam. — „Hispanum gladium" h. l. nihil aliud esse posse quam gladium Hispano similem nemo non videt. cf. 22, 46.: „gladii Gallis praelongi ac sine mucronibus, Hispano punctim magis quam caesim adsueto petere hostem brevitate habiles et cum mucronibus".

10. *qm̄ id quoque memoria dignum antiquis uisum est:* P. — M: quoniam id quoque ad memoria | dignum cet. m. 2.: ad memoriā.

11. *linguam etiam ab inrisu exserentem:* M. — P: ab inrisu exerentem. Leid. I.: exherentem.

12. *recipiunt inde se ad statio-*

[illegible] spectaculi magis more quam lege belli [illegible] visu ac specie aestimantibus pares. [illegible] eximium, versicolori veste pictisque [illegible] refulgens armis: media in altero mili[illegible] habilibus magis quam de[illegible] non exultatio armorumque agita[illegible] iraeque tacitae plenum omnem [illegible] ipsum certaminis distulerat. ubi con[illegible] tot circa mortalium animis spe me[illegible] Gallus velut moles superne inminens [illegible] advenientis arma hostis vanum cae[illegible] ensem deiecit. Romanus mucrone

[illegible] — Harl. 2.: eximium versicolori. — Recc. quidam codd.: uersicolori. Cf. 34, 1.: nec vestimento versicolori uteretur. — Paulo post M m. 1.: staura. M m. 2. P: statura.

6. *non cantus non exultatio armorumque agitatio uana:* PM. — Leid. 1.: non catus. Cf. 5, 39.: mox ululatus cantusque dissonos vagantibus circa moenia turmatim barbaris audiebant. — P m. 2. M: in discrimen ipsum. P m. 1.: in dis ipsum.

9. *tot circa mortalium animis spe metuque pendentibus:* PM rell. non *animi.* Sic etiam 7, 30. restituendum erat: „quid illis nos — sollicitis ac pendentibus animis renuntiare iubeatis“. Contra 8, 13.: tot populos inter spem metumque *suspensos animi* habetis. al. — PM: moles superne inminens. Cf. 1, 25.: gladium superne iugulo defigit. 30, 10.: gravior ac pondere ipso libratior superne ex onerariis ictus erat. al. — P: proiecto leua scuto. — In advenientis arma hostis: h. e. in scutum: „er schlug mit seinem Schwerte herab auf des Gegners Schild ohne ihn selbst jedoch durch den Hieb zu verletzen“.

12. *Romanus mucrone subrecto cum scuto scutum imum perculisset:* PM: „der Römer, nachdem er mit seinem

subrecto cum scuto scutum imum perculisset totoque corpore interior periculo vulneris factus insinuasset se inter corpus armaque, uno alteroque subinde ictu ventrem atque inguina hausit et in spatium ingens ruentem porrexit hostem. iacentis inde corpus ab omni alia vexatione intactum uno torque spoliavit, quem respersum cruore collo circumdedit suo. defixerat pavor cum admiratione Gallos: Romani alacres ab statione obviam militi suo praegressi gratulantes laudantesque ad dictatorem perducunt. inter car-

Schilde den unteren Theil vom Schilde des Galliers kräftig zurückgestossen, und sich mit seinem ganzen Körper zwischen Körper und Schild des Gegners hineingedrängt hatte, wodurch er ausser Gefahr war verwundet zu werden, brachte demselben mit seinem Schwerte von unten her einen Stich nach dem anderen in die Weichen des Bauches bei". — Harl. 1. Leid. 1.: mucrone subrecto. Recc. quid. codd.: surrepto. — Plerique recc. codd.: scuto scutum unum perc. — Multi recc. codd.: pertulisset. Fragm. Haverc.: periculisset. Leid. 1. periculis sed. — M: uentrem adque inguina.

6. *uno torque spoliauit;* PM. — Recc. quid. codd.: torque uno.

7. *defixerat pauor cum admiratione Gallos:* M m. 2. P. — M m. 1.: dexerat pauor cet.

8. *obuiam militi sub praegressi:* PM] obviam militi suo progressi. — *Praegressi* videtur a Livio scriptum, ut sic exprimeretur maior illa alacritas qua Romani milites se Manlio obviam tulissent, cum ipse sedatiore gradu ad suos rediret.

9. *inter carminum prope modum incondita quaedam militariter ioculantes Torquati cognomen auditum, celebratum deinde posteris etiam familiaeque honori fuit:* PM. — Cum hic locus difficilior quibusdam interpretibus corruptus videretur, interque eos Mureto non *inter* probaretur sed *in*, I. Fr. Gron. recte perspexit *inter* ad *ioculantes* pertinere. nam licet *in* ad *carminum prope modum* (beinah nach Lieder-Art) referri possit, tamen *ioculantes* non habebit quo spectet, nisi pro eo *iaculantibus* scripserimus. *Inter ioculantes* (Leid. 1. al. „iaculantes") Livius scripsit ut diceret, cum Manlium milites militariter ioculantes accepissent et ad dictatorem perducerent, fuisse etiam quosdam qui Manlio iam tunc cognomen Torquati indidissent. sic enim particula *inter* L.

minum prope modum incondita quaedam militariter ioculantes Torquati cognomen auditum, celebratum deinde posteris etiam familiaeque honori fuit. dictator coronam auream addidit donum mirisque pro contione eam pugnam laudibus tulit.

XI. Et hercule tanti ea ad universi belli eventum momenti dimicatio fuit, ut Gallorum exercitus proxima nocte relictis trepide castris in Tiburtem agrum atque inde societate belli facta commeatuque benigne ab Tiburtibus adiutus mox in Campaniam transierit. ea fuit causa cur proximo anno C. Poetelius Balbus consul, cum collegae eius

interdum usus est, ut 22, 13. „inter multitudinem sociorum tres Campani equites erant", quo loco non minus latine *in multitudine* scribi potuisset. „Unter denen die um den Manlius her in Liedern sein Lob nach Soldaten-Sitte unter ungezwungenen Scherzen verkündeten, hörte man ihm auch den Beinamen Torquatus beilegen, ein Beiname der dann auch auf die Nachkommen überging und der Familie zum Ruhme gereichte". — In P scriptum est „torquati *no*men auditum" et „*cae*lebratum". in Harl. I. Leid. I. multisque aliis: „celebratum deinde posteris etiam familiae inde posteris etiam familiae honori fuit". in melioribus Pall. 1. 3.: „celebratumque deinde posteris etiam familiae honori fuit".

3. *dictator coronam auream addidit donum mirisque pro contione eam pugnam laudibus tulit:* PM.

6. *et hercule:* PM. — Paulo post in M scriptum est: „commeatuque benigne ab itur | tibus adiutus". altera deinde manu *t* adiectum est inter *ab* et *i*. — Leid. I.: societa*tem* — in Campani*a*.

11. *C. Poetilius Balbus cos.:* PM. — Tab. Cap.: C. Poetelius C. f. Q. n. Libo Visolus. Diod. 16, 9.: Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Μάρκον Φάβιον καὶ Γάϊον Ποιτήλιον. Stephan. ed. ora: Πετίλιον. — *Poetelius* et ipsi scripsimus, quod idem et in PM 9, 24. et in Put. 27, 4. repperimus. In Laurish. codice hoc nomen *Paetilius* et *Petilius* scriptum est. Cf. quoque 3, 35. — M: cum collegae eius. m̄. fabio ambus*tus* to | hernici prouinciae uenisset. P m. 1.: prouincie uenisset. m. 2.: prouincia euenisset. — M: iusso populi. Cf. 5, 51.: senat*i* consultis. al.

M. Fabio Ambusto Hernici provincia evenisset, adversus Tiburtes iussu populi exercitum duceret. ad quorum auxilium cum Galli ex Campania redissent, foedae populationes in Labicano Tusculanoque et Albano agro haud dubie Tiburtibus ducibus sunt factae. et cum adversus Tiburtem hostem duce consule contenta res publica esset, Gallicus tumultus dictatorem creari coegit: creatus Q. Servilius Ahala T. Quinctium magistrum equitum dixit, et ex auctoritate patrum, si prospere id bellum evenisset, ludos magnos vovit. dictator ad continendos proprio bello Tiburtis consulari exercitu iusso manere, omnes iuniores nullo detractante militiam sacramento adegit. pugnatum haud procul porta Collina est totius viribus urbis in conspectu parentum coniugumque ac liberorum, quae magna etiam absentibus hortamenta animi tum subiecta oculis simul verecundia mise-

4. *in labicano:* PM Harl. I. Leid. I.] in Lavicano. Cf. 6, 21. — In P scriptum est: foedae populationis in labicano cet. In M: foede *to* | *ri iuuentus in militiam* populationis in labicano cet. Pauloque ante M m. 1.: redisset. m. 2.: redissēt.

6. *duce cos̄. contenta resp̄. esset:* P. — M: duce cos̄. contempta resp̄. ēēt. m. 2.: contemta. — P m. 1.: gallicos tumultus. — Cf. Cic. Philipp. 8, 1. de tumultu gallico.

7. *creatus Q. Seruilius Ahala T. Quintium māg. equitū dixit:* PM. — P: „*et* ex auctoritate patrum". In M excidit *et*. — P m. 1.: ludos magnos *n*ouit. m. 2.: uouit.

10. *Tiburtis:* P] Tiburtes (M). — PM: nullo detr*a*ctante militiam.

12. *pugnatum haud procul porta Collina est:* PM: nisi quod in M est „colligna".

13. *in conspectu parentum coniugumque ac liberorum:* PM. In recc. quibusdam codd. praetermissum est *que:* nec tamen quemquam fugerit ita ut nos ex PM scripsimus tria nomina a Livio coniungi solere. cf. ex. gr. T. Livi prooem.: „cum bonis potius ominibus votisque et precationibus — libentius inciperemus" cet. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: quae *magis* etiam cet.

15. *simul uerecundia misericordiaque:* P. Cf. 3, 50.: simul his quae videbant iisque quae cet. — M: misericordia mi | litem. — P m. 1.: accedant. P m. 2. M: accedebant. Cf. 2, 56.: occupabant.

ricordiaque militem accendebant. magna utrimque edita caede avertitur tandem acies Gallorum: fuga Tibur sicut arcem belli Gallici petunt: palati a consule Poetelio haud procul Tibure excepti egressis ad opem ferendam Tiburtibus simul cum is intra portas conpelluntur. egregie cum ab dictatore tum ab consule res gesta est. et consul alter Fabius proeliis primum parvis postremo una insigni pugna, cum hostes totis adorti copiis essent, Hernicos devincit. dictator consulibus in senatu et apud populum magnifice conlaudatis et suarum quoque rerum illis remisso honore dictatura se abdicavit. Poetelius de Gallis Tiburtibusque geminum triumphum egit, Fabio satis visum ut ovans urbem iniret. inridere Poeteli triumphum Tiburtes: ubi enim eum

1. *magna utrimque edita caede:* PM. — C. Sigonius scribendum coniecit „fuga*ti* Tibur" cet., quod *palati* sequeretur: sed ob id ipsum similitudo vocum evitanda videtur. — M: fuga tibur sič | a*ci*em belli. — PM: palati a consule petelio. — M: ad opem ferend*um*.

5. *simul cum is intra portas conpelluntur:* PM] simul cum his cet. Cf. 3, 39.: „tamquam maius ullum populo r. bellum sit quam cum *is* qui" cet. al. Cf. Prisc. 7, 4, 14. 15.

— *egregie cum ab dictatore tum ab coš. res gesta est:* PM Harl. I. — Recc. codd.: egregie tum ab dictatore cet. — M: et coš. alter.

8. *cum hostes totis adorti copiis essent:* M. — P: cum hoste*m* totis ad*h*orti copiis essent. — Lovell. 2. 4.: cum hostes totis adortus copiis esset. — Cod. Sig. al.: Hernicos deuicit.

8. *dictator consulibus in senatu et apud populum magnifice conlaudatis et suarum quoque rerum illis remisso honore dictatura se abdicauit:* PM: nisi quod in P primo „magnific*o*" et „remi*s*o" erat. — Leid. I.: „apud popul*o*" et „laudantis". — „Und nachdem er auch den Ruhm der ihm gebührte auf sie hatte übergehen lassen".

11. *Petelius de Gallis Tiburtibusque geminum triumphum egit, Fabio satis uisum ut ouans urbem iniret:* PM. — Leid. I.: Tiburtibus. — Pall. 1. 3. Voss. II. aliique recc. codd.: satis uisum est. — PM: inridere Petil*i* triumphum Tiburtes.

13. *ubi enim eum secum acie conflixisse:* P m. 2. — P

secum acie conflixisse? spectatores paucos fugae trepidationisque Gallorum extra portas egressos, postquam in se quoque fieri impetum viderint et sine discrimine obvios caedi, recepisse se intra urbem: eam rem triumpho dignam visam Romanis: ne nimis mirum magnumque censerent tumultum exciere in hostium portis, maiorem ipsos trepidationem ante moenia sua visuros.

XII. Itaque insequenti anno M. Popillio Laenate Cn. Manlio consulibus primo silentio noctis ab Tibure agmine infesto profecti ad urbem Romam venerunt. terrorem repente ex somno excitatis subita res et nocturnus pavor

m. 1.: conflixisse. — Multi recc. codd.: ubi *enim* secum acie conflixisse. — P: spectatores paucos fugae trepidationisque gallorum cet. — Leid. I.: spectatores fuga trepidationis gallorum. — In M scriptum est: „ubi enim eum secum acie conflixistis epec | tatores paucos fugae trepidationisque gallorum cet.

2. *postquam in se quoque fieri impetum uiderint et sine discrimine obuios caedi:* PM: nisi quod in M „coedi". — Recc. codd. alii *uiderunt* alii *uiderant*, unus Leid. II. *uiderent*. Cf. 3, 2.: dederit. — Leid. I.: obuios caed*ere* cepisse se cet.

5. *ne nimis mirum magnumque censerent tumultum exciere in hostium portis:* P m. 2. M. — P m. 1.: ne*mi*nis mirum cet. — Multi recc. codd.: „magnumque tumultum censerent": deinde „excire". — M: maiorem ipsos *dationem* ante moenia sua uisuros.

8. *M. Popillio Laenate Cn. Manlio consulibus:* Sigon. — Diod. 16, 15.: Μάρκον Ποπίλλιον Λαινάτην. Tab. Cap. a. 438.: M. Popillius M. f. M. n. Laenas. — In PM Harl. I. Leid. I. scriptum est: *m̄. pompilio laenate.* Dein in P: *cn. manlio cos.* in M: *cn. manilio cos.* — Praeter hunc locum in PM nomen Popillii semper fere uno *l* scriptum est *Popilius.* In Put. 26, 6. repperimus idem *Popilius*, sed 27, 4. *Popillium.* — De Laenatis cognomine cf. Cic. in Bruto 14, 56. — P m. 2. M: *ad* urbem Romam uenerunt. P m. 1.: *ab* urbem cet.

11. *ex somno excitatis:* PM. — Leid. I.: ex*er*citatis. — PM: *ad hoc* multorum inscitia. Leid. I.: adhuc. Recc. codd.: ad haec. — Harl. I.: qui aut unde host*is* aduenis*set*. Cf.

praebuit, ad hoc multorum inscitia qui aut unde hostes advenissent. conclamatum tamen celeriter ad arma est et portae stationibus murique praesidiis firmati: et ubi prima lux mediocrem multitudinem ante moenia neque alium quam Tiburtem hostem ostendit, duabus portis egressi consules utrimque aciem subeuntium iam muros adgrediuntur: apparuitque occasione magis quam virtute fretos venisse, adeo vix primum impetum Romanorum sustinuere. quin etiam bono fuisse Romanis adventum eorum constabat orientemque iam seditionem inter patres et plebem metu tam propinqui belli conpressam. Alius adventus hostium fuit proximo bello agris terribilior quam urbi: populabundi Tarquinienses fines Romanos maxime qua ex parte Etruriam ad-

5, 50.: quod ea hostes possedissent.

2. *et portae stationibus murique praesidiis firmati:* PM. — Leid. I; et pro stationibus. — M: multitudinem ant| menia. m. 3.: ante. — M: tiburtem ostem ostendit.

5. *duabus portis egressi coss. utrimque aciem subeuntium iam muros adgrediuntur:* P Harl. I. Leid. I. al. — In M sic ut multae partes huius libri et hic locus mendis quibusdam inquinatus est: „duabus portis egressi coss utri*um*que aciem subeuntium iam mur*um* adgrediuntur". Cf. 1, 7.: vulgatior fama est ludibrio fratris Remum novos transiluisse *muros*. 26, 10.: placuit omnes qui dictatores consules censoresve fuissent cum imperio esse, donec recessisset a *muris* hostis. al.

8. *quin etiam bono fuisse Romanis aduentum eorum constabat:* PM. — M: cōs tabat. — In plerisque recc. codd. praetermissum est *eorum*. — M: inter patres| plebem. Lovel. 4.: inter patres *ac* plebem.

12. *agris terribilior quam urbi:* recc. codd.] agris quam urbi terribilior. — PM Harl. I. Leid. I. Pall. 1. 3. al.: „agris *quam* terribilior urbi". Simili errore cum aliarum particularum tum vocis *quam* locus verus a librariis permutatus est: 2, 15. cf. T. Livi l. XXX. p. LXIX. II.

13. *maxime qua ex parte Etruriam adiacent:* PM: nisi quod in M *quae* pro *qua*. Drakenb. malebat scribi *Etruriae* aut cum recc. quibusd. codd. *Etruria adiacet*. et ille dativus 2, 49. „tota regione qua Tuscus ager Romano adiacet", al. reperitur: sed ut Livius et alias nonnumquam poetarum dicendi

iacent peragravere, rebusque nequiquam repetitis novi consules C. Fabius et C. Plautius iussu populi bellum indixere, Fabioque ea provincia Plautio Hernici evenere. Gallici quoque belli fama increbrescebat: sed inter multos terrores solatio fuit pax Latinis petentibus data et magna vis militum ab his ex foedere vetusto, quod multis intermiserant annis, accepta. quo praesidio cum confulta res Romana es-

genus secutus est, sic ne hic accusativus quidem videbitur improbandus. Cf. Corn. Nep. Timoth. 2.: „eas gentes, quae *mare illud* adiacent": h. e. quae ad mare illud iacent. Liv. 30, 19.: „haec terra marique in parte Italiae *qua iacet ad Alpis* gesta" (Put.).

1. *rebusque nequiquam repetitis:* PM] rebusque nequicquam cet. Cf. 4, 25.

2. *C. Fabius et C. Plautius:* PM. verum in P scriptum est: „noui cōs̄. *is* c̄. fabius" cet., in M „noui cons̄ *is* c̄. fabius" cet. in Harl. I.: „noui consules *is̄*. cons. fabius et c̄. plautius". inde Voss. II.: „noui consules *hi sunt* consul fabius et cornelius plautius". sed *cosis* nihil aliud videtur fuisse quam *consules*, cum *i*, *l*, *t* persaepe inter se confunderentur. cf. 7, 18.: consulum. 2, 63.: „*consules* Titus Numicius" cet. — Harl. I.: Plautio Hernicae uenere. Leid. I.: Herniciae uenere.

4. *increbrescebat:* M m. 2. P] increbescebat (duo recc. codd.). — M m. 1.: increbres bebat. Sic 37, 13. in Bamb. *increbrescente uento*, sed 8, 8. in PM scriptum est *increbuit*.

6. *ab his:* PM] ab iis. — Cf. 6, 2.

7. *cum confulta res romana esset*: ex coni. m.] cum fulta res Romana esset (P m. 2.). — Cf. 2, 12.: cum concursu. al. — *Confulta* restituimus, et quod in M scriptum est „quo praesidio | cum cumfulta res romana essent" (m. 2.: esset), in P m. 1. Leid. I. „quo praesidio confulta res romana esset", et quod loci rationi id aptius videbatur. *Fulta* enim diceret, in uno sociorum praesidio salutem rei Romanae constitisse, quod nec Romanos decuisse videretur nec ex his quae gesta referuntur probari posset. verbo *confulta* („zugleich mit unterstützt") exprimitur, rem Romanam per se non invalidam sociorum auxiliis adieiectis adeo firmam visam fuisse, ut non magni momenti videretur quod Galli appropinquare dicerentur. — P: leuius fuit quod gallus mox cet. — In multis recc. codd. scriptum est „mox Gallos": quod haud displiceat. — In Voss. II. al: in-

set, levius fuit quod Gallos mox Praeneste venisse atque inde circa Pedum consedisse auditum est. dictatorem dici C. Sulpicium placuit: consul ad id accitus C. Plautius dixit: magister equitum dictatori additus M. Valerius: hi robora militum ex duobus consularibus exercitibus electa adversus Gallos duxerunt. lentius id aliquanto bellum quam parti utrique placebat fuit. cum primo Galli tantum avidi certaminis fuissent, deinde Romanus miles ruendo in arma ac dimicationem aliquantum Gallicam ferociam vinceret, dictatori neutiquam placebat, quando nulla cogeret res fortunae se committere adversus hostem quem tempus deteriorem in dies et locis alienis faceret sine praeparato commeatu sine firmo munimento morantem, ad hoc his corpo-

ventum est „leuius fuit gallos — auditum".

3. *consul ad id accitus:* M. — P: cōss. — PM: māg. equitum dictatori additus. m̄. ualerius. — M: consolaribus.

6. *quam parti utrique placebat:* P m. 2. M m. 2. — P m. 1. M m. 1. Harl. I.: utri*m*que.

8. *deinde romanus miles ruendo in arma ac dimicationem aliquantum gallicam ferociam uinceret:* („durch blinde Kampflust noch tollkühner als die Gallier erschienen"): PM. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: deinde cum romanus miles ineundo in arma cet.

12. *et locis alienis:* PM Harl. I. Leid. I. multique alii] et locus alienus (Pal. 2. minimi momenti). — Interpretes cum loco verbi *faceret* deciperentur, veriorem habuerunt scripturam *et locus alienus*, praesertim cum *tempus et locus* haud raro apud Livium simili modo coniuncta legerentur (cf. ex. gr. 7, 14.). sed coniungenda erant *quem tempus in dies deteriorem faceret*, atque *et locis alienis* referenda ad *morantem*. nam ut saepe alias apud Livium etiam h. l. *et* eadem maiore vi dictum est qua *praesertim cum* scribi solebat. „Da ihn ja Nichts zwinge sich dem blinden Glücke hinzugeben einem Feinde gegenüber, dessen Kräfte die Zeit selbst schon von Tag zu Tag verringere, zumal wenn er wie hier auf einem ihm unbekannten Terrain ohne Lebensunterhalt, ohne sicheren Zufluchtsort verweilen müsste".

13. *ad hoc his corporibus animisque:* PM Harl. I. Leid. I. al.] ad hoc iis animis corporibusque. Cf. 7, 7.: pari corporum animorumque robore.

ribus animisque quorum omnis in impetu vis esset, parva eadem languesceret mora. his consiliis dictator bellum trahebat gravemque edixerat poenam, si quis iniussu in hostem pugnasset. milites aegre id patientes primo in stationibus vigiliisque inter se dictatorem sermonibus carpere, interdum patres communiter increpare quod non iussissent per consules geri bellum: electum esse eximium imperatorem unicum ducem, qui nihil agenti sibi de caelo devolaturam in sinum victoriam censeat. eadem deinde haec interdiu propalam ac ferociora his iactare: se iniussu imperatoris aut dimicaturos aut agmine Romam ituros. inmiscerique iam militibus centuriones, nec in circulis modo fremere sed iam in principiis ac praetorio in unum sermones confundi, atque in contionis magnitudinem crescere turba et vociferare ex omnibus locis ut extemplo ad dictatorem iretur, verba pro exercitu faceret Sex. Tullius ut virtute eius dignum esset.

XIII. Septimum primum pilum iam Tullius ducebat

— P m. 1.: ui*is* esset. — PM: parua eadem languesceret mora: „während eben dieselbe in kurzer Zeit ermatte". Cod. Klock.: „*et* parua" cet.: cum haec particula ex proximo verbo male suppleretur.

5. *dictatorem sermonibus carpere*. PM. — Harl. I.: capere. — In Leid. I. al. scriptum est „milites *id* aegre patientes".

11. *inmiscerique iam militibus centuriones:* M] inmiscerique militibus cet. (P rell.). — P m. 1.: nec in circul modo. P m. 2. M: circulis.

14. *atque in contionis magnitudinem crescere turba et uociferare:* PM] atque in concionis — et vociferari. — Cf. 10, 28.: vociferar*e* Decius (PM). 24, 21.: primo *tumultuatum* in Leontinis aput milites *fuerat uociferatumque* (Put.) ferociter cet. Plerumque vero deponens *uociferari* scriptum legi notum est: cf. 2, 65. 8, 38. 9, 14. al. — Cf. 2, 24.: „moraret": 2, 48.: „luxuriare". al. — P m. 1. M m. 1.: crescere*t* *t*urba. — P: ut templo ad dictatorem iretur. — In Harl. I. Leid. I. al. etiam *magnitudine* scriptum esse dicitur, et *turba* in Leid. I. al. excidisse.

18. *septimum primum pilum iam Tullius ducebat:* P m. 2. M. — P m. 1.: septimum

neque erat in exercitu, qui quidem pedestria stipendia fecisset, vir factis nobilior. is praecedens militum agmen ad tribunal pergit, mirantique Sulpicio non turbam magis quam turbae principem Tullium imperiis obedientissimum militem — „si licet dictator“ inquit: „condemnatum se universus exercitus a te ignaviae ratus et prope ignominiae causa destitutum sine armis oravit me ut suam causam apud te agerem. equidem, sicubi loco cessum si terga data hosti si signa foede amissa obici nobis possent, tamen hoc a te impetrari aequum censerem, ut nos virtute culpam nostram corrigere et abolere flagitii memoriam nova gloria patereris. etiam ad Aliam fusae legiones eandem, quam per pavorem

primum iam cet. Recc. codd.: primi pilum. Cf. 2, 27.: populos dedicationem aedis dat M. Laetorio primi pili centurioni.

1. *qui quidem pedestria stipendia fecisset:* PM. — In Pall. 1. 3. Voss. II. al. praetermissum est *pedestria.* — Cf. 3, 27.: magistrum equitum dicit L. Tarquitium patriciae gentis sed qui cum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset, bello tamen primus longe Romanae iuventutis habitus esset.

4. *imperiis oboedientissimum militem:* PM.

5. *si licet dictator inquit:* P al.] scilicet dictator, inquit (M). — *Si licet* (scil. dicere) verissima est huius loci scriptura. hoc enim orationis initio inferiores in adeundis superioribus humanitatis causa uti solebant. sic igitur ille contionalis senex Scaptius 3, 71., cum populi causam agere vellet, „si licet, inquit, consules, de republica dicere“. sic Syrus in Heautontim. Terent. 5, 2. 20.: „here, licetne“? Chremes: „loquere“. Plauti Pseud. 1, 1. 14. Cic. de or. 2, 60.: licet rogare? al. Cf. interpretes ad Cic. or. pro Mur. 13, 28.: „itaque non modo benefici collocandi spem sed etiam illud, quod aliquamdiu fuit, *licet consulere* iam perdidistis. — De loco verbi *inquit* cf. ex. gr. 1, 26.: tum alter ex his „Publi Horati, tibi perduellionem iudico“ inquit.

9. *si signa foede amissa obici nobis possent:* P. — M: si terga data hostis igna foede amissa obici nobis possent. — Eodem loco in multis recc. codd. *si* omissum est. — P: aequm censerem.

12. *etiam ad Aliam:* PM Harl. I. Leid. I. al. Cf. 6, 1.: ad Aliam.

amiserant, patriam profectae postea a Veis virtute recuperavere. nobis deum benignitate felicitate tua populique Romani et res et gloria est integra: quamquam de gloria vix dicere ausim, si nos et hostes haud secus quam feminas abditos intra vallum omnibus contumeliis eludunt et tu imperator noster, quod aegrius patimur, exercitum tuum sine animis sine armis sine manibus iudicas esse, et priusquam expertus nos esses, de nobis ita desperasti ut te mancorum ac debilium ducem iudicares esse. quid enim aliud esse causae credamus, cur veteranus dux fortissimus bello conpressis quod aiunt manibus sedeas? utcumque enim se habet res, te de nostra virtute dubitasse videri quam nos de tua verius est. sin autem non tuum istuc sed publicum est consilium, et consensus aliqui patrum non Gallicum bellum nos ab urbe a penatibus nostris ablegatos tenet, quaeso ut ea quae dicam non a militibus imperatori dicta censeas sed a plebe patribus, quae sic ut vos vestra habeatis con-

1. *a Veis*] ab Veiis. — PM Harl. I. Leid. I.: *abeis*. Cf. 4, 32.: a Veis.

2. *felicitate tua popqr et res et gloria est integra:* PM. — Recc. quid. codd.: felicitate tua populo romano et res et gloria est integra. — PM: quamquam de gloria uix dicere ausim si cet. h. e. si quidem.

7. *et priusquam expertus nos esses:* M. — P: et priusquam expertus no*n* esses. — P m. 1.: ac delium. m. 2.: ac debilium.

9. *quid enim aliud esse causae credamus:* PM Leid. I. al.] quid enim — credemus (Harl. II.).

10. *conpressis quod aiunt manibus sedeas:* P m. 2. M. — P m. 1.: conpressi*t*. Harl. I.: sedea*t*. Leid. I.: se dea.

11. *utcumque enim se habet res te de nostra uirtute dubitasse* cet.: M. In P excidit *te*.

13. *sin autem non tuum istuc sed publicum est consilium:* M m. 1. P. — M m. 2. multique recc. codd.: istu*d*.

14. *et consensus aliqui patrum:* M m. 1. P. Harl. I.] et consensus aliquis patrum (M m. 3.). — Leid. I.: aliqui*d*. In Voss. II. al. omissum est *aliqui*. — Cf. 3, 17.: si qui inpediat. al. Cic. de off. 1, 32.: casus aliqui aut tempus imponit. 3, 7.: nisi aliqui casus cet. al.

17. *quae sic ut uos uestra habeatis consilia sic se sua*

silia, sic se sua habituram dicat. quis tandem succenseat milites nos esse non servos vestros, ad bellum non in exilium missos, si quis det signum in aciem educat, ut viris ac Romanis dignum sit pugnaturos, si nihil armis opus sit, otium Romae potius quam in castris acturos? haec dicta sint patribus. te imperator milites tui oramus ut nobis pugnandi copiam facias: cum vincere cupimus tum te duce vincere, tibi lauream insignem deferre, tecum triumphantes urbem inire, tuum sequentes currum Iovis optimi maximi templum gratantes ovantesque adire". orationem Tulli exceperunt preces multitudinis, et undique ut signum daret, ut caperent arma iuberet clamabant.

habituram dicat: PM: praeterquam quod in P *uestra* excidit. In Voss. II. omissum est *uos*, et in multis recc. codd. scriptum *habetis*. In Harl. I. Leid. I. multisque aliis inventum esse dicitur *habitura*, et in Leid. I. al. *dicat* excidisse.

1. *quis tandem succenseat:* M m. 2. — M m. 1. P: quis tandem sus*c*enseat. — P: ad bellum non in exilium misos. M m. 1.: ad bellum | non exilium missos. M m. 3.: nō ī exilium. Cf. 3, 29.: in exilium.

5. *haec dicta sint patribus:* P. — M m. 1.: haec dicta*s* *in* patribus. m. 2.: haec dicta in patribus.

6. *te imperator milites tui oramus ut nobis* cet. PM Harl. I. Leid. I. — In Pall. 1. 3. Voss. II. al. excidit *ut*, id quod I. Fr. Gronovio haud displicebat. Cf. 2, 10.: te sancta precor, haec arma et hunc militem propitio flumine accipias. al. — M: pugna*m*di.

7. *cum uincere cupimus tum te duce uincere:* PM Harl. I. Leid. I. — Voss. II. al.: cum uincere cupimus *cum* cet.

9. *tuum sequentes currum. i. o. m. templum gratantes:* PM. — Harl. I.: *tum* sequentes. — M: gratantes o*b* | antesqu*ae* adire. Cf. 7, 13.: a Veis.

10. *orationem Tulli:* PM] orationem Tullii.

12. *ut caperent arma iuberet:* ex coni. m.] ut capere arma iuberet (P). — *Ut caperent arma iuberet* scripsimus integrae scripturae vestigia, quae in M conservata sunt, secuti. in M enim repperimus „ut signum daret armaperet arma | iuberet": unde facile est intellectu, hoc loco duas fuisse scripturas et „arma caperet" vel „caperēt", quod signum litterae *n* saepissime omissum

XIV. Dictator quamquam rem bonam exemplo haud probabili actam cernebat, tamen facturum quod milites vel-

esse constat, et „caperēt arma". illud *t* vero in *peret* eo minus dubitamus pro integro habere, quod res ipsa ostendit librarium non suo consilio quidquam mutare voluisse, cum *armaperet* nihil prorsus significaret. et quod in P non *caperēt* sed *capere* scriptum est, idem et in Puteano haud raro factum vidimus: ex. gr. 28, 36. ubi in Colb. scriptum est „Magoni — paranti traicere in Africam nuntiatum ab Carthagine est iubere senatum ut classem — in Italiam traiceret, conducta ibi Gallorum ac Ligurum quanta maxima posset iuventute coniungeret Hannibali neu senescere bellum — sineret", in Put. m. 1. „coniungere", m. 2.: „coniungeret", quamquam coniunctivus deesse non potest. Livium vero non infinitivum modo sed etiam perinde ac Ciceronem coniunctivum cum verbo *iubere* coniungere solitum esse, particula *ut* aliis locis addita aliis omissa, multi loci ex optimorum mscriptorum fide persuadent. cf. 30, 19.: „ibi eum legati ab Carthagine — adierunt iubentes primo quoque tempore in Africam *traiceret*" (Put. Colb. Bamb.). 36, 1.: „alter consul — cum Bois iussus bellum gerere utro exercitu mallet — alterum ut mitteret eaeque urbanae legiones essent paratae quo senatus censuisset". 38, 35. al.

1. *dictator quamquam rem bonam exemplo haud probabili actam cernebat:* M. Hoc loco duas diversas scripturas fuisse (cf. 2, 7. *fieri*) et *cernebat* et *censebat*, id quod in optt. libris scriptum est docet. in M enim (et in Leid. I. al.) repperimus „actam cernebat censebat tamen", in P „actam censebant (m. 2. censebat) tamen", in Harl. I. „actam cernebant censebat tamen", al. Quamquam utrumque verum esse potest, et id quod in P est maioris etiam auctoritatis videtur esse, tamen et ipsi *cernebat* scripsimus, quod in rebus dubiis id quod plerisque doctis hominibus probatum esset mutare nisi re ipsa cogente noluimus. has duas vero scripturas ortas esse quod parum perspecta sit vis verborum *recepit se facturum* neminem fugerit. *recipere* vero eodem fere quo *promittere* sensu scribi poterat, si quid ab eo qui promisit petitum fuerat. sic scriptum est a Planco Ciceroni (epp. ad div. 10, 21.) „omnia ei et petenti recepi et ultro pollicitus sum". cf. quoque Cic. or. Phil. 5, 18. 51.: „audebo etiam obligare

lent se recepit, Tulliumque secreto, quaenam haec res sit aut quo acta more, percunctatur. Tullius magno opere a dictatore petere, ne se oblitum disciplinae militaris ne sui neve imperatoriae maiestatis crederet: multitudini concitatae, quae ferme auctoribus similis esset, non subtraxisse se ducem, ne quis alius, qualis mota creare multitudo soleret, existeret. nam se quidem nihil non arbitrio imperatoris acturum: illi quoque tamen videndum magno opere esse ut exercitum in potestate haberet: differri non posse adeo concitatos animos: ipsos sibi locum ac tempus pugnandi sumpturos, si ab imperatore non detur. dum haec loquuntur, iumenta forte pascentia extra vallum Gallo abigenti duo milites Romani ademerunt: in eos saxa coniecta a Gallis: deinde ab Romana statione clamor ortus ac procursum

fidem meam P. C. vobis populoque R. reique publicae, quod profecto, cum me nulla vis cogeret, facere non auderem pertimescerem que in re maxima periculosam opinionem temeritatis: *promitto recipio spondeo* P. C. Caium Caesarem talem semper fore civem qualis hodie sit qualemque eum maxime esse velle et optare debemus". al. — M m. 1.: ex*t*emplo.

1. *quaenam haec res sit aut quo acta more:* P m. 2. M: omissum enim m. 1. erat *more* in P. — P: pcunctatur. M: percontatur. Cf. 6, 25.: percontantibusque.

2. *magno opere:* M Leid. I. al.] magnopere (P). Cf. 6, 5.

4. *multitudini concitatae quae ferme auctoribus similis esset non subtraxisse se ducem:* P. — M: concitar*e* quae. — M Leid. I. al.: similis ess*e*.

6. *qualis:* PM Harl. I. Leid. I. al.] quales.

7. *nam se quidem nihil non arbitrio imperatoris acturum:* P m. 2. M rell. — P m. 1.: nam quidem cet. — Harl. I.: nam se quidem nihil *nisi* arbitrio cet.

8. *illi quoque tamen uidendum:* PM: nisi quod in P „tame*m*" scriptum est. — Multi recc. codd.: illud tamen prouidendum. — *Magno opere* ut paulo ante scripsimus ex M al. — P: magnopere.

11. *dum haec loquuntur:* M. — P: loquntur. — M m. 1. Voss. II. al.: gallo abi*n*genti. M m. 2. P: abigenti. Harl. I.: abienti. — PM: ademer*unt*. Harl. I.: ademer*e*.

14. *deinde ab romana statione*

utrimque est: iamque haud procul iusto proelio res erant, ni celeriter diremptum certamen per centuriones esset. adfirmata certe eo casu Tulli apud dictatorem fides est, nec recipiente iam dilationem re in posterum diem edicitur acie pugnaturos. dictator tamen, ut qui magis animis quam viribus fretus ad certamen descenderet, omnia circumspicere atque agitare coepit, ut arte aliqua terrorem hostibus incuteret. sollerti animo rem novam excogitat, qua deinde multi nostri atque externi imperatores, nostra quoque quidam aetate usi sunt: mulis strata detrahi iubet binisque tantum

clamor ortus ac procursum utrimque est: P. — M: deinde ab romana statione clamor ortus ac procursum utrim etiam quae haud cet. m. 2.: utrimq. — Leid. I. Voss. II. al.: a romana statione.

1. *iamque haud procul iusto proelio res erant:* P. — M: res erant. Cf. 2, 47.: missis ad consules nuntiis quo loco res essent. al. — Multi recc. codd.: res erat. Cf. 6, 16.: iamque haud procul seditione res erat. al. — Cf. quoque 7, 7.: neque sustineri *poterant* ni cet. — Leid. I. Voss. II. al.: direptum certamen.

3. *Tulli:* PM] Tullii. — M: aput.

— *nec recipiente iam dilationem re:* PM: „und da die Sache keinen Aufschub mehr erlaubte". Cf. 6, 1.: neque inventa pace deum.

5. *ut qui magis animis quam uiribus fretus ad certamen descenderet:* PM. — Recc. quidam codd.: *antequam* ad certamen desc. — M: adque agitare.

8. *sollerti animo:* P m. 2. M] solerti (P m. 1.). — Multi recc. codd.: multi nostri *et* externi imperatores.

10. *mulis strata detrahi iubet binisque tantum centunculis relictis agasones partim captiuis partim aegrorum armis ornatos inponit:* PM: nisi quod in M primo erat *onatos*, dein m. 3.: onatos. — „Er liess den Maulthieren die Packsättel abnehmen und nur zwei Decken auflegen" u. s. w. Cf. 10, 40.: „Sp. Nautium mulos detractis clitellis cum cohortibus alariis in tumulum conspectum propere circumducere iubet atque inde inter ipsam dimicationem quanto maxime posset moto pulvere ostendere". — Codd. quid. recc.: „partim captiu*orum* partim aegrorum armis": qua emendatione opus non est: „theils mit erbeuteten Waffen, theils

centunculis relictis agasones partim captivis partim aegrorum armis ornatos inponit. his fere mille effectis centum admiscet equites, et nocte super castra in montes evadere ac silvis se occultare iubet neque inde ante movere quam ab se acceperint signum. ipse, ubi inluxit, in radicibus montium extendere aciem coepit sedulo, ut adversus montes consisteret hostis. instructo vani terroris apparatu — qui quidem terror plus paene veris viribus profuit — primo credere duces Gallorum non descensuros in aequum Romanos, deinde ubi degressos repente viderunt, et ipsi avidi

mit denen krank gewordener Soldaten versehen".

2. *his fere mille effectis:* M. — P: his fere mille effrectis centum admisc*it* equites et noete super castra in montes euadere cet. M: centum miss*is* equites et noctes per| castra in montes euadere cet. Num *admiscuit?*

4. *neque inde ante mouere:* P Rottend.] neque inde ante moveri (M). — Non dubitavimus *movere* cum Iac. Gron. pro vero habere. sic enim tum aliis locis tum 10, 4. scriptum est: „haec cum legato Caerites quidam interpretarentur et per omnis manipulos militum indignatio ingens esset nec tamen iniussu movere auderent, iubet" cet. Deinde scripsimus ex Haverc. fragm. *acceperint*, quod et in P „acc*e*perent" reperitur, et primum illud *e* integrum esse vel ea ostendunt quae in M leguntur. ibi enim quamquam diversis locis „accaeperent" vidimus: *ae* vero pro *e* scriptum esse in his ipsis libris PM sexcenties videri potest. — Hoc loco in M orationem integram, quae in cap. 4. desierat, ex verbis „*inproptus quod* caeperent signum ipse ubi inluxit" cet. incipere, et omnia ea, quae inde ab cap. 4. praetermissa erant, in cap. 25. „moueri quam ab se ac*tiatis laurens*" cet. interposita reperiri, iam supra 7, 4. diximus.

6. *aduersus montes:* PM: h. e. e regione montium. — Leid. I.: auersus.

7. *qui quidem terror plus paene ueris uiribus profuit:* PM: sed in M ad *profuit* additum *proelium* legitur.

10. *ubi degressos repente uiderunt:* PM. — Plerique Drakenb. codd. et Pall.: *di*gressos. — P m. 1.: in proe*r*ium ruunt priusqu*am* pugna coepit. m. 2.: proelium. Cf. 6, 4.: P m. 1.: intraqu*am* annum. m. 2.: intraque annum. — M: c*a*epit.

certaminis in proelium ruunt priusque pugna coepit quam signum ab ducibus daretur.

XV. Acrius invasere Galli dextrum cornum, neque sustineri potuissent ni forte eo loco dictator fuisset Sex. Tullium nomine increpans rogitansque, sicine pugnaturos milites spopondisset? ubi illi clamores sint arma poscentium, ubi minae iniussu imperatoris proelium inituros? en ipsum imperatorem clara voce vocare ad proelium et ire armatum ante prima signa! ecquis sequeretur eorum qui modo

3. *acrius inuasere Galli dextrum cornum:* P] acrius — cornu (M). Cf. 6, 8.: in laevum cornum. — Drakenborchius ex iis quae sequerentur *dextro cornu* scribendum esse coniecit, eumque alii secuti sunt. sed recte iam viderunt interpretes quidam, in his descriptionibus quod *dextrum cornu* dictum esset, idem ex altera acie *sinistrum* haberi atque scribi potuisse. atque ita etiam hoc loco omnia optime se habent. acrius enim primo invaserant Galli dextrum Romanorum cornu, quo forte dictator ipse erat, qui cum suorum militum animos accendisset, sinistrum Gallorum cornu equite etiam inmisso turbavit et fudit. deinde dictator in id hostium cornu, quod ipsi, quem ad modum Livius scripsit, *sinistrum* videri debuit, sed quod ab hostibus *dextrum* erat, signa confert: quo altero etiam cornu fugato victoria Romanorum erat. itaque ex eadem Romanorum parte Livius pergit, magistrum eq. profligato *dextro* cornu hostium castris obequitasse, quamquam hoc cornu, quod iam primo proelio ab hoc ipso magistro et ab dictatore fusum erat, hostibus *sinistrum* videri necesse erat. in hac omni igitur relatione Livium ex una Romanorum parte stetisse et utriusque exercitus fortunam descripsisse patet. — Leid. I. al.: sustiner*e*. Harl. I. al.: potuiss*et*.

5. *sicine pugnaturos milites spopondisset:* PM] siccine cet. Cf. 6, 16. al. — PM: ubi minae iniussu imperatoris proelium inituros. In Leid. I. excidit *iniussu*. Voss. II.: ubi *nunc* iniussu cet. Cod. Gärtn.: ubi minae nunc iniussu cet.

9. *ecquis sequeretur eorum qui modo ducturi fuerint:* PM. — Harl. I. al.: *equis:* quod pro „*et* quis" haberi potest. Leid. I.: equi uis sequeretur. h. e. aut *equi* aut *equis*. Denique multi recc. codd.: et quis sequeretur. —

ducturi fuerint, in castris feroces in acie pavidi? vera audiebant, itaque tantos pudor stimulos admovit, ut ruerent in hostium tela alienatis a memoria periculi animis. hic primo impetus prope vecors turbavit hostes, eques deinde emissus turbatos avertit. ipse dictator postquam labantem una parte vidit aciem, signa in laevum cornu confert quo turbam hostium congregari cernebat, et his qui in monte erant signum quod convenerat dedit. ubi inde quoque novus clamor ortus et tendere obliquo monte ad castra Gallorum visi sunt, tum metu ne excluderentur omissa pugna est cursuque effuso ad castra ferebantur. ubi cum occurrisset eis M. Valerius magister equitum, qui profligato dextro cornu obequitabat hostium munimentis, ad montes silvasque vertunt fugam, plurimique ibi a fallaci equitum spe-

In M et hoc loco (cf. 7, 3.: clavum pangat:) quaedam ex adnotatione librarii cuiusdam in orationem integram irrepserunt: „in castris feroces *in* | *crepatio dictato* (m. 3.: dictato is) *tullium nomina* | *tim cientis* (m. 1. cientes) *cum in dextro cornu ad* | *uersum gallos ambigue pugnaretur* | in atie pauidi uera audiebant“ cet. Cf. quae paulo post in hoc cap. leguntur. 7, 20. fin.

3. *hic primo impetus prope uecors turbauit hostes:* P. — M: animis *ic* | primo impetus prope uecrors turba | *bit* hostes. m. 3.: animis sic primo impetu prope uecors cet. — P m. 1.: eques deinde emisus. m. 2.: emissus.

5. *ipse dictator postquam labantem una parte uidit aciem:* PM. — Leid. I. Pall. multique recc. codd.: labentem. — P: in leuum.

7. *et his qui in monte erant signum quod conuenerat dedit:* PM: nisi quod in M „et *iis* qui“. — In Harl. I. excidit *dedit*.

9. *obliquo monte:* PM. Obliquis enim tramitibus (cf. 5. 16.) eis tendendum erat, si castra aggredienda videbantur, cum directo de monte in aciem ipsam lati essent. — P: omissa ÷ pugna cursuque cet. ÷ Plerique recc. codd.: *ef*ferebantur.

14. *plurimique ibi a fallaci equitum specie agasonibusque excepti sunt:* PM. Cum non amplius centum equites agasonibus admixti essent, fallax h. l. species equitum dici poterat, utpote quorum numerus longe maior quam erat videretur esse; et ob

cie agasonibusque excepti sunt: et eorum quos pavor perculerat in silvas, atrox caedes post sedatum proelium fuit. nec alius post M. Furium quam C. Sulpicius iustiorem de Gallis egit triumphum: auri quoque ex Gallicis spoliis satis magnum pondus saxo quadrato saeptum in Capitolio sacravit. Eodem anno et a consulibus vario eventu bellatum:

eandem causam non *agasonibus* cum recc. codicibus et probantibus Sigonio et Drakenborchio scribendum est, quasi *agasonibus* interpretationis causa ad *fallaci specie equitum* additum sit: nec *agasonibusque* scriptum est eo dicendi genere quo 2, 42. „largitiones temeritatis*que* invitamenta“ dicta erant, sed sua utrumque nomen vi h. l. accipi debet: „sie fliehen nach den Berghöhen, wo die Meisten von ihnen von den wenigen dort aufgestellten Reitern und den Pferdeknechten aufgefangen wurden“. — Harl. I.: „a *facili* equitum specie“.

1. *quos pavor perculerat in siluas:* PM Leid. I. al.] quos pavor pertulerat in silvas. — „Pavor perculerat in silvas“ brevius quidem sed non obscure scriptum est, cum neminem fugerit his verbis dici „quos pavor *ita* perculerat *ut* in silvas *fugerent*“. cf. 7, 10. ubi eodem errore in recc. codd. *pertulisset* scriptum est pro eo quod in melioribus libris erat „perculisset“. al,

5. *in capitolio sacrauit.* P. — M: „in capitolio sacra | uit *insignis et opulentus sulpicii di* | *cat de gallis triumphus aurum in* | *capitolio saxo quadrato septum.* | eodem anno et a coss̄. uario euentu bellatum nam hernici a. c̄. plautio deuicti subactique sunt *her* | *nici ac plaucio cons̄. subacti* fabius | collega eius“ cet. pauloque post „quam quod cccvii. milites | *mala pugna faui cons̄. aduersum* | *tarquinienses a quibus. CCCVII.* | *milites capti inmolantur romani* | captos tarquinienses immolarunt. | qua“ cet. deinde „ludi uotiui quos. m̄. furius dictator uouerat facti *due* | *tribus addite ludi magni quos camil* | *lus uouerat redditi. petili. trī p̄l ro* | *gatio patribus auctoribus nunc pri* | *mum aduersum ambitum promul* | *gatur.* & de ambitu ab iis. c. poetilio | tr. pl. auctoribus patribus tum“ | cet. Cf. supra in hoc cap.: „in castris feroces“.

6. *eodem anno et a cos̄. uario euentu bellatum:* P. — M: et a coss̄. — P: fauius collega eius.

nam Hernici a C. Plautio devicti subactique sunt, Fabius collega eius incaute atque inconsulte adversus Tarquinienses pugnavit. nec in acie tantum ibi cladis acceptum quam quod trecentos septem milites Romanos captos Tarquinienses immolarunt, qua foeditate supplicii aliquanto ignominia populi Romani insignitior fuit. accessit ad eam cladem et vastatio Romani agri, quam Privernates Veliterni deinde incursione repentina fecerunt. Eodem anno duae tribus Pomptina et Publilia additae. ludi votivi, quos M. Furius dictator voverat, facti. et de ambitu ab C. Poetelio tribuno plebis auctoribus patribus tum primum ad populum latum est, eaque rogatione novorum maxime hominum ambitionem, qui nundinas et conciliabula obire soliti erant, conpressam credebant.

XVI. Haud aeque laeta patribus insequenti anno C. Marcio Cn. Manlio consulibus de unciario fenore a M. Duel-

3. *quam quod trecentos septem milites romanos captos tarquinienses immolarunt:* P. — Plerique recc. codd.: romanos milites captos. — Voss. II.: al.: immolauerunt. — In *tantum* inest *tam.*

5. *aliquanto ignominia. p̄r. insignicior fuit:* M. — P al.: p̄r. insignior fuit. — Cod. Geleni Harl. I. Leid. I.: insignitior. Cf. 7, 6.: insignitius (PM). 4, 4. al.

8. *duae tribus Pomptina et Publilia additae:* PM.

10. *ab C. Poetilio tr̄. p̄l.:* PM. Cf. 7, 11. — P m. 1.: ambationem. P m. 2. M: ambitionem.

15. *haud aeque laeta patribus insequenti anno C. Marcio Cn. Manlio. cos̄.:* PM: nisi quod in M non „*Cn.* Manlio" sed „*coñ.* manlio" scriptum est. — P: de unciario faenore. M: de unciario foenore. Harl. I.: de nuntiario foenore. — Cum ad id tempus pro centenis assibus fenus duodenum assium quotannis solutum esset, hac nova tribunorum pl. rogatione perlata fenus non grandius duodecima parte cuiusque sortis exigendum erat, ut pro centenis igitur assibus penderentur $8\frac{1}{3}$ asses: annoque 407 (cf. Liv. 7, 27.) fenore semunciario facto $4\frac{1}{6}$ asses.

16. *a M. Duellio L. Menenio tribunis pl.* Cf. de *Duellio* 2, 58. 3, 52. 7, 21. 8, 16. de *Menenio* 6, 19. — In P scriptum est h. l.: „a. m̄. duilio. l. menenio. tr̄. p̄l." in M: „a. m̄. duilio. l. moene-

lio L. Menenio tribunis plebis rogatio est perlata, et plebis aliquanto eam cupidius scivit accepitque. ad bella nova priore anno destinata Falisci quoque hostes exorti duplici crimine, quod et cum Tarquiniensibus iuventus eorum militaverat et eos qui Falerios perfugerant, cum male pugnatum est, repetentibus fetialibus Romanis non reddiderant. ea provincia Cn. Manlio obvenit. Marcius exercitum in agrum Privernatem integrum pace longinqua induxit militemque praeda inplevit. ad copiam rerum addidit munificentiam, quod nihil in publicum secernendo augenti rem privatam militi favit. Privernates cum ante moenia sua castris permunitis consedissent, vocatis ad contionem militibus „castra nunc" inquit „vobis hostium urbemque praedae do, si mihi pollicemini vos fortiter in acie operam na-

nio. tr. pl." — M m. 1.: rogatio est per*ta*. m. 2.: perlata.

1. *et plebis aliquanto eam cupidius sciuit accepitque:* P m. 1.] et plebs cet. (P m. 2. M). Cf. 2, 24.: plebis. 7, 20.: aedis. al. — M: sciuit acce | pit ad bella cet. Leid. I.: sciuit accep*ti*que. Harl. I.: sciuit acceptaque.

3. *Falisci quoque hostes exorti:* PM: nisi quod P m. 1.: ex*h*orti. — Multi recc. codd.: Falisci quoque *noui* hostes exorti.

4. *quod et cum Tarquiniensibus iuuentus eorum militauerat et eos* cet.: PM cod. Geleni Harl. I. — In Leid. I. Voss. II. multisque recc. codd. prius *et* praetermissum est.

5. *cum male pugnatum est:* PM rell. Cf. 2, 23.: cum circumfusa turba est. 29, 37.: cum — ventum est. 4, 60. al.

7. *ea prouincia. cn. manilio obuenit:* PM. — Recc. quidam codd.: euenit.

8. *militemque praeda inpleuit:* PM.

10. *augenti rem priuatam militi fauit:* P. — M: augen*di* rem priuatam militi fauit. (Cf. 7, 20.: transeuntis.) Harl. I.: augenti — f*ui*t. Leid. I. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: augen*di* — f*ui*t. Plerique recc. codd.: augen*do* rem priuatam militi fauit. — *Augenti* idem fere esse quod *augere cupienti* neminem fugerit.

11. *cum ante moenia sua castris permunitis consedissent:* PM. — Recc. quidam codd.: permuniti. — PM: ad contionem.

14. *uos fortiter in acie operam nauaturos:* P. — M: in acie*m*. — Harl. I.: gnauaturos. Cf. 3, 41.: navum in militia ingenium.

vaturos nec praedae magis quam pugnae paratos esse". signum poscunt ingenti clamore celsique et spe haud dubia feroces in proelium vadunt. ibi ante signa Sex. Tullius, de quo ante dictum est, exclamat „aspice imperator" inquit „quem ad modum exercitus tuus tibi promissa praestet": piloque posito stricto gladio in hostem impetum fecit. secuntur Tullium antesignani omnes primoque impetu avertere hostem, fusum inde ad oppidum persecuti cum iam scalas moenibus admoverent, in deditionem urbem acceperunt. triumphus de Privernatibus actus. ab altero consule nihil memorabile gestum, nisi quod legem novo exemplo

2. *celsique et spe haud dubia feroces in proelium uadunt:* P. — M: foeroces in praelium. — Cf. 30, 32.: celsus haec corpore vultuque ita laeto ut vicisse iam crederes dicebat (scil. P. Corn. Scipio).

4. *exclamat aspice imperator inquit quem ad modum exercitus tutus tibi promissa praestet:* PM: praeterquam quod in P m. 1. *promisa* scriptum est. *Tutus* pro *tuus* etiam in Leid. I. Voss. II. al. esse dicitur. simili errore in Put. Colb. al. 30, 14. scriptum est: „te ipsum spesque omnis *tuas tu* in fidem meam commisisse".

6. *impetum fecit:* M] impetum facit (P). Sic paulo post praesens praeterito excipitur. cf. 1, 48.: „tum Tarquinius — medium *arripit* Servium elatumque e curia in inferiorem partem per gradus *deiecit*": quo loco etiam Bekk. invitis melioribus mscriptis *deiicit* scripsit. al.

6. *secuntur:* P m. 1. M] sequuntur (P m. 2.). — In Harl. I. exciderunt verba „secuntur — hostem".

10. *triumphus de Priuernatibus actus:* PM.* Deinde M: „actus *pri* | *uernum marcio cons̄ deditur.* ab al | tero coš nihil memorabile" cet. Cf. 7, 3.: clavum pangat. — P: ab altero cos.

11. *nisi quod legem nouo exemplo ad Sutrium in castris tributim de uicesima eorum qui manu mitterentur tulit:* PM: nisi quod in M „uicensima". — Harl. I.: „tributi". eodem errore 7, 10. In Leid. I. non *caesim* sed *caesi* scriptum erat. al. Recc. quidam codd.; *tributum*. Cf. 5, 46.: accepto inde senatus consulto *uti comitiis curiatis revocatus de exilio* iussu populi Camillus dictator extemplo diceretur cet. *Tribu-*

ad Sutrium in castris tributim de vicesima eorum qui manu mitterentur tulit. patres, quia ea lege haud parvum vectigal inopi aerario additum esset, auctores fuerunt. ceterum tribuni plebis non tam lege quam exemplo moti ne quis postea populum sevocaret capite sanxerunt: nihil enim non per milites iuratos in consulis verba quamvis perniciosum populo, si id liceret, fieri posse. eodem anno C. Licinius Stolo a M. Popillio Laenate sua lege decem milibus aeris est damnatus, quod mille iugerum agri cum filio possideret, emancupandoque filium fraudem legi fecisset.

tim igitur h. l. nihil aliud esse quam „militibus in tribus suas divisis" recte vidit Drakenborchius. Cf. 3, 55. „Von dem anderen Consul wurde weiter nichts Bemerkenswerthes ausgeführt, als dass er — was in ähnlicher Art noch nicht geschehen war — im Lager bei Sutrium durch seine in ihre Tribus abgetheilten Soldaten über den Vorschlag stimmen liess, dass der zwanzigste Theil des Werthes für diejenigen, die aus dem Sklavenstande frei gelassen würden, in die Staatskasse abgeliefert werde".

2. *quia ea lege haud paruum uectigal:* M. — P: uectiga*lis*. — Cf. 8, 11.: uectigal (PM) quoque eis Campanus populus iussus pendere cet. 29, 37.: uectigal etiam nouum ex salaria annona statuerunt (Put.). al. — M (Leid. I.): uectigal im | opia erario.

5. *capite sanxerunt:* PM. Cf. 3, 55.: sanciendo ut, qui tribunis pl. aedilibus iudicibus decemviris nocuisset, eius caput Iovi sacrum esset. — PM: ceterum tr. pl.

7. *fieri posse:* P m. 2. al.] ferri posse (M). — P m. 1.: fieri poss&. — Quamquam Sigonius *ferri* h. l. restitui voluit, tamen facere non possum, quin *fieri* pro vera scriptura habeam. totius enim loci ratio docet, nihil aliud tribunos pl. dicere velle quam, si ita imperatoribus agere liceret, nihil non per milites fieri posse. nec per milites leges ferri poterant. — P: si *it* liceret. m. 2.: id.

8. *a M Popillio Laenate:* cf. 7, 12. — P: a. m̄. papilio lenate. M: a. m̄. popilio lenate. — P: sua lege decem milibus aeris est damnatus. Cf. 6, 35. — M: sua lege | millibus aeris est damnatus. — PM: mille iugerum agri. Cf. 3, 60.: mille passuum. al. —

10. *emancupandoque:* M m. 1. P] emancipandoque (M m. 2.). Cf. 3, 70.: dissupasset.

XVII. Novi consules inde M. Fabius Ambustus iterum et M. Popillius Laenas iterum duo bella habuere, facile alterum cum Tiburtibus quod Laenas gessit, qui hoste in urbem conpulso agros vastavit. Falisci Tarquiniensesque alterum consulem prima pugna fuderunt: inde terror maximus fuit, quod sacerdotes eorum facibus ardentibus anguibusque praelatis incessu furiali militem Romanum insueta turbaverunt specie. et tum quidem velut lymphati et attoniti munimentis suis trepido agmine inciderunt: deinde ubi consul legatique ac tribuni puerorum ritu vana miracula paventis inridebant increpabantque, vertit animos repente pu-

al. — M: legi fecisset. *prohibitum deinceps per* | *tp. tr̄. pl̄. leges in castris ferri.* noui coš. inde cet. Cf. 7, 3.: clavum pangat.

1. *noui coš. inde M. Fabius Ambustus.* ii. *et M. Popilius Laenas* (P: lenas). ii. *duo bella habuere:* PM. De voce *iterum*, cuius loco etiam Bekk. *secundum* scribi iussit, cf. 6, 18.: T. Quinctius Cincinnatus iterum. — P: quod lenas gissit.

2. *facile alterum cum Tiburtibus quod Laenas gessit qui hoste in urbem conpulso agros uastauit* falisci & tarqui | nienses primo bello quod fanatico | ambitu gesserant superiores uicti | postea castris exuuntur. *Falisci Tar* | *quiniensesque alterum coš.* cet.: M. Cf. 7, 3.: clavum pangat. — P: falisci tarquiniensesque alterum coš. cet.

6. *facibus ardentibus anguibusque praelatis:* PM. Cf. Frontinus a Sig. all. 2, 4.: „Falisci et Tarquinienses compluribus suorum in habitu sacerdotum subornatis, faces et angues furiali habitu praeferentibus, aciem Romanorum turbaverunt“. et Florus 1, 12. qui de Fidenatibus (Liv. 4, 33.) ita refert: „Fidenae quia impares erant ferro, ad terrorem movendum facibus armatae et *discoloribus serpentum in modum vittis* furiali more processerunt“. Cf. quoque Corn. Nep. Hann. 10, 11. quo loco de simili quodam Hannibalis adversus Pergamenos consilio traditum est.

8. *et tum quidem uelut lymphati et attoniti munimentis suis trepido agmine inciderunt* (nim. Romani): PM Leid. i. al.] et tunc quidem cet. Cf. 3, 2. — Multi recc. codd.: „uelut lymphatici“: ut 10, 28.: lymphaticus pavor.

10. *pauentis inridebant* scripsimus, quod in M m. 1. *pauenti* repperimus nec raro in hoc libro littera *s* in fine

dor et in ea ipsa quae fugerant velut caeci ruebant. discusso itaque vano apparatu hostium cum in ipsos armatos se intulissent, averterunt totam aciem, castrisque etiam eo die potiti praeda ingenti parta victores reverterunt militaribus iocis cum apparatum hostium tum suum increpantes pavorem. concitatur deinde omne nomen Etruscum et Tarquiniensibus Faliscisque ducibus ad Salinas perveniunt. adversus eum terrorem dictator C. Marcius Rutilus primus de plebe dictus magistrum equitum item de plebe C. Plautium dixit. id vero patribus indignum videri etiam dictaturam iam in promisco esse, omnique ope inpediebant ne quid dictatori ad id bellum decerneretur parareturve. eo promptius cuncta ferente dictatore populus iussit. profectus ab urbe utraque parte Tiberis ratibus exercitu quocumque fama hostium ducebat traiecto multos populatores agrorum va-

verborum praetermissa est. Cf. 4, 49.: civis. M m. 3.: pauentiū inridebant. P: pauentes.

1. *et in ea ipsa quae fugerant uelut caeci ruebant:* PM. — Leid. I.: et in ea *signa* quae fugerant cet. — Paulo post scriptum est in M „adparat*o*“, et in P primo „auerter*e*nt“, sed eadem m. 1. restituit „auerterunt“. — Harl. I.: *uno* apparatu.

4. *militaribus iocis:* M. — P: *l*ocis. — PM: *cum* apparatum hostium tum cet. M m. 2. et plerique recc. codd.: tum apparatum cet. — M: increpantes pauorem *et* | *ruscorum omnium concitatio* con | citatur. deinde omne nomen cet. Cf. paulo ante „Falisci Tarquinienses que“.

8. *C. Marcius Rutilius:* Harl. I. Voss. II. al. — PM Leid. I. al.: c̄. marcius utilius. — P: primus de plebe dictus māg equitum item de plebe cet. M: primus de plebe māg. | equitum item de plebe cet.

10. *etiam dictaturam iam in promisco esse:* PM Harl. I. Leid. I.] etiam — in promiscuo esse. Cf. 5, 55. al. — In recc. quibusd. codd. excidit *iam*.

12. *eo promptius cuncta ferente dictatore populus iussit:* PM. — Harl. I.: cuncta ferenda dictatori. — M: populus iussit *c. marcius utilius dictator pri* | *mus ex plebe dicitur māg eque ple* | *beium plaucium creat.* profectus ab urbe utraque parte tiberis cet. Cf. paulo ante „concitatur“. — P m. 1.: t*e*beris.

gos palantes oppressit. castra quoque necopinato adgressus cepit, et octo milibus hostium captis ceteris aut caesis aut ex agro Romano fugatis sine auctoritate patrum populi iussu triumphavit. Quia nec per dictatorem plebeium nec per consulem comitia consularia haberi volebant et alter consul Fabius bello retinebatur, res ad interregnum redit. interreges deinceps Q. Servilius Ahala M. Fabius Cn. Manlius C. Fabius C. Sulpicius L. Aemilius Q. Servilius M. Fabius Ambustus. in secundo interregno orta contentio est quod duo patricii consules creabantur, intercedentibusque tribunis interrex Fabius aiebat in duodecim tabulis legem esse ut, quodcumque postremum populus iussisset, id ius ratumque esset: iussum populi et suffragia esse. cum in-

1. *castra quoque necoppinato* cet.: P. — M: castr*is* quoque necopinato cet. — P: et VIII mił hostium captis ceteris aut ces*s*is. m. 2.: cesis. — M: et u III mił hostium cet.

4. *quia nec per dictatorem plebeium:* PM. — Multi recc. codd.: et quia cet. — M: plebeium *cōs nec per* | comitia consularia. Cf. de hac verborum metathesi T. Livi l. XXX. p. LXIX. 2. — P: nec *post* coš. comitia cet. sed eadem m. 1. restituit *per.* — PM Leid. I. al.: et alter coš. fa*u*ius. P: retineba*n*tur. — PM: res ad interregnum redit. Recc. quid. codd.: rediit. — M: redit *interreges* | VIII *ne comitia per magistratus ple* | *beios haberentur.* interreges deinceps | quintus seruilius ahala cet. Cf. 7, 3.: clavum pangat. — M: l. aemilius *quae* seruilius. Cf. 6, 6.: te Q. Servili. — Harl. I. Leid. I. Voss. II. al.: Q. Aemilius Seruilius. — PM Leid. I. al.: m. fa*u*ius ambustus.

9. *in secundo interregno:* P. — M: in secundo interregn*um*. Cf. 7, 10.: silenti*um* fuit. — PM: quod duo patricii coš. creabantur. — P: interrex fa*u*ius.

12. *ut quodcūque postremum populus iussisset id ius ratumque esset:* P. — M: „in XII tabulis legem esse quodcumque" cet. quae scriptura non minus vera esse potest. In Harl. I. Leid. I. Voss. II. al. praetermissum est *id.* Cf. 9, 33.: — populus iussisset quodque postremum iussisset, id ius ratumque esset. — P m. 1.: iussum pop*o*li et suffragia esse. P m. 2. M: populi.

13. *cum intercedendo tribuni nihil aliud* cet.: PM. — Recc. quid. codd.: cumque intercedendo cet. — PM: dif-

tercedendo tribuni nihil aliud quam ut differrent comitia valuissent, duo patricii consules creati sunt C. Sulpicius Peticus tertium M. Valerius Publicola, eodemque die magistratum inierunt.

XVIII. Quadringentesimo anno quam urbs Romana condita erat, quinto tricesimo quam a Gallis reciperata, ablato post undecimum annum a plebe consulatu patricii consules ambo ex interregno magistratum iniere C. Sulpicius Peticus tertium M. Valerius Publicola. Empulum eo anno ex Tiburtibus haud memorando certamine captum, sive duorum consulum auspicio bellum ibi gestum est ut scripsere quidam, seu per idem tempus Tarquiniensium quoque sunt vastati agri ab Sulpicio consule quo Valerius adversus Tiburtes legiones duxit. domi maius certamen consulibus cum

ferent. — P: duo patricii coš. M: cošš. — P: c. sulpicius peticus tertium. M Harl. I. Leid. I.: C. Sulpicius Peticus. III.

3. *eodemque die māg inierunt:* P. — M: „eodemque die *magnus* inierunt“: unde coniici posset, recte scriptum esse in recc. quibusd. codd. „magistratus“: sed cf. ex. gr. 5, 9.: comitia tribunorum militum habuere qui kal. Octobribus magistratum occiperent.

6. *reciperata:* M m. 1. — P Leid. I.: reciperat *a*blato. M m. 2. Harl. I. al.: „rec*u*perata“. Priorem huius verbi formam Livio magis probatam fuisse, antiqui mscripti testantur. cf. 2, 53. 30, 30. al.

7. *post undecimum annum:* ex coni. Glareani pro iusta temporum ratione. — P: post nouum annum. M m. 1.: post nouium annum. M m. 2. Harl. I. Leid. I. al.: post nonum annum. Voss. I. al.: post XII annum. — Roma a Gallis capta pro Liv. ratione a. 365+35 = 400 = 11+389: quo anno primus plebeius consul creatus erat.

7. *patricii coš. ambo ex interregno māg iniere:* P. — M: patricii cošš. ambo ex interregno māgn. iniere. — Plerique recc. codd.: inierunt. — M: p*a*eticus III.

9. *Empulum:* Frob. 1535. — Harl. I.: *emaepulum.* M: aeaepulum. P m. 1: eaepulem. m. 2.: eaepulum. Recc. codd.: Epulum. — PM: duorum cošš. auspicio. — M: tarqui | naensium. — Recc. codd.: uastati sunt agri. — PM: ab sulpicio coš. Leid. I. Voss. II. al.: a sulpicio.

14. *domi maius certamen cošš. cum plebe ac tribunis erat:*

plebe ac tribunis erat: fidei iam suae non solum virtutis ducebant esse, ut accepissent duo patricii consulatum ita ambobus patriciis mandare: quin aut toto cedendum esse si plebeius iam magistratus consulatus fiat, aut totum possidendum quam possessionem integram a patribus accepissent. plebes contra fremit: quid se vivere quid in parte civium censeri, si quod duorum hominum virtute L. Sexti ac C. Licini partum sit, id obtinere universi non possint? vel reges vel decemviros vel — si quod tristius sit imperii nomen — patiendum esse potius quam ambos patricios consules videant nec in vicem pareatur atque imperetur, sed pars altera in aeterno imperio locata plebem nusquam alio natam quam ad serviendum putet. non desunt tribuni

P. — M: coš. cum plebe atribunis erat.

1. *fidei iam suae non solum uirtutis ducebant esse:* PM. — Leid. I.: Voss. II. al.: *dicebant.* — Cum in verbis *fidei suae* potior orationis vis ponenda videretur, particulas *sed etiam* praetermissas videmus. cf. 5, 12.: „ipsa plebes mirabatur se tantam rem obtinuisse *non* is *modo* qui creatus erat vir nullis ante honoribus usus". al. — M: „consolatum" pauloque post „consolatus". Cf. 7, 12.: consularibus exercitibus.

3. *quin aut toto cedendum esse:* Lov. 1. cod. Klock. — P: cedendum *essæ*. M Harl. I. multique alii: cedendum *esset.* Leid. I. Voss. II. al.: cedendum *est.* — M: „accepissent. *seditiones comitiales plebeiū* | *institutum erat consulem poscentes* | *creari.* plebes contra" cet. Supra *seditiones* scriptum m. 4. est *ua*, et *cat* supra *creari:* h. e. *uacat.* Cf. 7, 3.: clavum pangat.

6. *plebes contra fremit:* PM Harl. I. Leid. I. — Recc. codd.: plebs.

7. *L. Sexti ac C. Licini:* M m. 2. P] L. Sextii ac C. Licinii. — M m. 1.: sextii. — Pro C. Licini nomine in Harl. I. Leid. I. scriptum est „*c. h. s.*" — In Harl. I. Leid. I. Voss. II. exciderunt „partum sit — non possint uel".

9. *si quod tristius sit imperii nomen:* P m. 2. M m. 2. — P m. 1.: si quod tristi fuit imperii nomen. M m. 1.: *in* imperii.

10. *patiendum esse potius quam ambos patricios coš.:* PM. — Leid. I.: patiendum ē potius. Voss. II. al.: patiendum sit potius.

12. *nusquam alio natam:* P. — M: nusquam alienatam.

auctores turbarum sed inter concitatos per se omnes vix duces eminent. aliquotiens frustra in campum descensum cum esset multique per seditiones acti comitiales dies, postremo victae perseverantia consulum plebis eo dolor erupit ut tribunos, actum esse de libertate vociferantes relinquendumque non campum iam solum sed etiam urbem captam atque oppressam regno patriciorum, maesta plebs sequeretur. consules relicti a parte populi per infrequentiam comitia nihilo segnius perficiunt: creati consules ambo patricii M. Fabius Ambustus tertium T. Quinctius. in quibusdam annalibus pro T. Quinctio M. Popillium consulem invenio.

XIX. Duo bella eo anno prospere gesta cum Tibur-

2. *aliquotiens frustra in campum descensum cum esset:* PM] aliquoties cet. — M: multique per se dictiones acti.

3. *postremo uictae perseuerantia consulum plebis eo dolor erupit:* codd. Geleni et Klocki. — Harl. I. Leid. I. al.: „uicta perseuerantia consulum plebis". P: uicta pseuerantia coš. plebis eo dolore rupit. M: uicta perseuerantia coš. nullum plebis eo dolore rupit: (cf. de *coš. nullum* 7, 12.: novi consules:). — Si *uicta* integrum est, paulo post non „maesta *plebs* sequeretur" sed „maesta sequeretur" a Livio scriptum esse oportet, quem ad modum etiam in uno cod. Lovel. 2. repertum est. et facile sane fieri potuit, ut haec vox ex priore *plebis* repetenda videretur, si librarii *plebis* non pro nominativo sed pro genitivo habuerunt. sed cum in melioribus libris omnibus „maesta plebs" servatum sit, vix ausim scribere: „*postremo uicta perseuerantia consulum plebis eo dolore erupit* (sic multi recc. codd.), *ut tribunos actum esse de libertate uociferantes relinquendumque non campum iam solum sed etiam urbem captam atque oppressam regno patriciorum, maesta sequeretur*". — M: sed etiam captam | atque cet.

8. *coš̄. relicti a parte populi per infrequentiam comitia nihilo segnius perficiunt:* P m. 2. — P m. 1.: proficiunt. — M: *conš̄. patricii rursus* coš̄. relicti apparte populi | per cet. Cf. 7, 3.: clavum pangat. — Num *ab parte?* — PM: creati coš. ambo patricii. — M: m̄. fabius ambustus. III. t. quintius. — PM: m̄. popilium conš. ([illegible]) inuenio. Cf. 7, 12.

anno prospere

tibusque ad deditionem pugnatum. Sassula ex his urbis capta, ceteraque oppida eandem fortunam habuissent ni universa gens positis armis in fidem consulis venisset. triumphatum de Tiburtibus, alioquin mitis victoria fuit. in Tarquinienses acerbe saevitum: multis mortalibus in acie caesis ex ingenti captivorum numero trecenti quinquaginta octo delecti — nobilissimus quisque — qui Romam mitterentur: volgus aliud trucidatum. nec populus in eos qui missi Romam erant mitior fuit: medio in foro omnes virgis caesi ac securi percussi: id pro immolatis in foro Tarquiniensium Romanis poenae hostibus redditum. res bello bene gestae ut Samnites quoque amicitiam peterent effecerunt. legatis eorum comiter ab senatu responsum, foedere in societatem accepti. Non eadem domi quae militiae fortuna erat plebi

gesta: PM. — Harl. I.: prospera.

1. *Sassula ex his urbis capta:* P m. 1.] Sassula ex his urbs capta (P m. 2. M). Cf. 4, 3. al. — M: „habuissent *niu*uersa | gens positis armis in fidem consulis uenisset *triumphus de tiburtibus* triumphatum de" cet. Deinde in eodem libro: „in tarquinienses | *saeuitur in tarquinienses* acerbe seuitum cet". Cf. paulo ante: consules relicti.

6. *trecenti quinquaginta octo delecti nobilissimus quisque qui Romam mitterentur:* P m. 2. — P m. 1.: quisquam qui. — M: CCCLVIII delecti nobilissimus quisque qui romam mitteretur. Cf. Diod. 16, 45.: Ταρκυνίους δὲ ἄνδρας διακοσίους καὶ ἑξήκοντα δημοσίᾳ ἐθανάτωσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ. Is igitur qui Diodorum secutus etiam apud Livium h. l. *sexaginta* pro *quinquaginta* scribi voluit, parum videtur animadvertisse, Diodorum non *trecentos* sed *ducentos* sexaginta in foro caesos esse tradere.

8. *uolgus aliud:* M] vulgus aliud (P).

13. *foedere in societatem accepti:* PM. — M: accepti. *foedus cum sā | nitibus amicitiam p̄r̄. expetentibus | sanctum* non eadem domi cet. Supra *foedus* scriptum est m. 4. *ua* et *cat* supra *sanctum* aeque ac 7, 18.: accepissent cet.

14. *non eadem domi quae militiae fortuna erat plebi romanae:* PM. — Leid. I.: non eadem quae domi militiae fortuna erat cet. Lovel. 4.: non eadem domi militiaeque fortuna erat. — P: unciario foenore. M: untiario foeno. m. 3.:

Romanae: nam etsi unciario fenore facto levata usura erat, sorte ipsa obruebantur inopes nexumque inibant: eo nec patricios ambo consules neque comitiorum curam publicave studia prae privatis incommodis plebs ad animum admittebat: consulatus uterque apud patricios manet: consules creati C. Sulpicius Peticus quartum M. Valerius Publicola iterum. In bellum Etruscum intentam civitatem, quia Caeritem populum misericordia consanguinitatis Tarquiniensibus

foenoe. Cf. 7, 16. — M: *forte* ipsa obruebantur.

2. *eo nec patricios ambo coss neque comitiorum curam:* PM rell. — Plebi igitur non videbatur curae esse, nec quod tum temporis utrumque haberent patricium consulem, nec qua ratione prospiciendum esset ne rursus ambo patricii crearentur, nec aliud quidquam quod ad rem publicam pertineret, cum tot tantisque privatis urgerentur incommodis. *ambo* vero (non *uterque*) videtur L. scripsisse his locis, ut exprimeret quod patriciorum summis studiis restituendum videbatur, ne consulatus ullius nisi patricii hominis esset. non enim id tam noluerat plebs, ne quo tempore duo patricii consules fierent, quam ne plebeiorum in summo magistratu creando ulla deberet haberi ratio, quamquam etiam id tribuni pl. quanto maximo studio expetiverant, ut alter utique consul plebeius esset. — In recc. duobus codd. scriptum est *pro priuatis incommodis:* sed L. dicere vult, ob eam ipsam causam plebeios non publicarum rerum habuisse curam, quod *prae* privatis malis („im Vergleich mit ihrem eigenen Unglück") nulla alia cura gravis videri posset. Cf. 3, 26.: „quia omnia prae divitiis humana spernunt". — In omnibus fere recc. codd. non *ambo* sed *ambos* scriptum est. Cf. 3, 62.: „inter fidentes sibimet *ambo* exercitus". al.

5. *cons. creati C. Sulpicius Peticus quartum M. Valerius Publicola iterum:* PM. — Paulo ante M: consolatus.

7. *quia Caeritem populum misericordia consanguinitatis Tarquiniensibus adiunctum fama ferebat:* PM: nisi quod in M „ceritem" et in P m. 1. „adiunctā" scriptum erat. — PM: ad uolscos. — M: exercitum conscribitum. cf. 1, 59.: scriptoribus. Sic etiam *capitum* pro *captum* in vetustioribus codd. scriptum inveniri 2, 51. locis quibusdam collatis diximus.

adiunctum fama ferebat, legati Latini ad Vulscos convertere nuntiantes exercitum conscriptum armatumque iam suis finibus inminere, inde populabundos in agrum Romanum venturos esse. censuit igitur senatus neutram neglegendam rem esse, utroque legiones scribi consulesque sortiri provincias iussit. inclinavit deinde pars maior curae in Etruscum bellum, postquam litteris Sulpicii consulis, cui Tarquini provincia evenerat, cognitum est depopulatum agrum circa Romanas salinas praedaeque partem in Caeritum fines avectam et haud dubie iuventutem eius populi inter praedatores fuisse. itaque Valerium consulem Vulscis oppositum castraque ad finem Tusculanum habentem revocatum inde senatus dictatorem dicere iussit: T. Manlium L. filium dixit. is cum sibi magistrum equitum A. Cornelium Cos-

4. *neglegendam:* P Leid. I.] negligendam. — M m. 1.: neclegemdam. m. 3.: negligemdam. — Harl. I.: utro legiones scribi.

6. *inclinauit deinde pars maior curae in etruscum bellum:* M m. 2. — M m. 1. P: in etruscā bellum. — Oxon. C.: „inclinatur deinde“: sed cf. ex. gr. 3, 61.: si fortuna belli inclinet. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: pars maior curiae.

7. *Tarquini:* M] Tarquinii (P). — PM: Sulpicii coss. — M: prouinciae uenerat. Harl. I. Leid. I.: prouincie uenerat.

9. *praedaeque partem in Caeritum fines auectam:* PM Harl. I. Leid. I. — Multi recc. codd.: *ad*uectam. — M: „ceritum“: et hac littera e illud nomen in M toto hoc capite scriptum est. — M: et haud dubi*ae*. Cf. 2, 36. Leid. I.: et haud dubio.

11. *itaque Valerium cōs.:* PM. — M: uolcis. — P: „c̄ t̄ manlium. l. f. dixit“. M: „dicere iussit manilium t f. | dixit“. Harl. I. Leid. I.: „*c.* manlium l. f. duxit“. Voss. I.: „*cum* t. manlium l. f. dixit“. Lovel. I.: „*tum* t. manlium l. f. dixit“. — Num antiqua manu scriptum fuerit „consul T. Manlium L. f. dixit“? — Illo tempore etiam qui consulatu non essent functi dictatores dici potuisse, cum alia tum 8, 12. docent, ubi haec: „Manlius consul — dictatorem L. Papirium Crassum, qui tum forte erat praetor, dixit“. T. Manlius L. f. consul primum creatus est a. u. c. 407. cf. Liv. 7, 27.

sum dixisset, consulari exercitu; contentus ex auctoritate patrum ac populi iussu Caeritibus bellum indixit.

XX. Tum primum Caerites, tamquam in verbis hostium vis maior ad bellum significandum quam in suis factis — qui per populationem Romanos lacessierant — esset, verus belli terror invasit, et quam non suarum virium ea dimicatio esset cernebant paenitebatque populationis et Tarquinienses execrabantur defectionis auctores: nec arma aut bellum quisquam apparare sed pro se quisque legatos mitti iubebat ad petendam erroris veniam. legati senatum cum adissent, ab senatu reiecti ad populum deos rogaverunt quorum sacra bello Gallico accepta rite procurassent, ut Romanos florentes ea sui misericordia caperet quae se rebus adfectis quondam populi Romani cepisset, conversique ad delubra Vestae hospitium flaminum Vestaliumque ab se caste ac religiose cultum invocabant: eane meritos crederet

2. ceritibus bellum indixit *manilius l. f. dictator creatur bello cerite.* tum primum cerites tamquam cet.: M. Idem *ua cat* scriptum m. 4. est supra *manilius* et *cerite*, quod supra bis vidimus.

6. *uerus belli terror inuasit:* PM. In Voss. II. multisque recc. codd. scriptum est „etiam uerus". — PM: quam non suarum uirium: „wie sie einem solchen Kampfe so ganz und gar nicht gewachsen wären". Cf. 3, 52.: „quam — nequeant".

7. *paenitebatque populationis et Tarquinienses execrabantur defectionis auctores:* PM:, nisi quod in P m. 1. erat „population*es*". Cf. 30, 20.: „in se quoque ac suum ipsius caput execratum": „gegen sich selbst Verwünschungen ausstossend". 8, 12. al. — P: appar*e*re. — PM: „sed *pro se quisque* legatos mitti *iubebat*". — M: ueniam *legati ceritum erroris ueniā | praecantur.* legati senatum cet. Cf. finis huius cap. — Paulo post M: r*ae*iecti.

13. *quae se rebus adfectis quondam pr̄ cepisset:* PM. — PM: „conuersique ad delubra uestae". Multi recc. codd.: ad delubrum uestae. — P: flam*m*inum, cf. 1, 20.: flaminem. — M: uest*i*aliumque. — P: rel*e*giose. M m. 1.: reliose. m. 3.: religiose.

16. *eane meritos crederet quisquam hostes repente sine causa factos:* PM: „wie könnte wol Jemand glauben

quisquam hostes repente sine causa factos, aut, si quid hostiliter fecissent, consilio id magis quam furore lapsos fecisse, ut sua vetera beneficia locata praesertim apud tam gratos novis conrumperent maleficiis florentemque populum Romanum ac felicissimum bello sibi desumerent hostem, cuius adflicti amicitiam petissent? ne appellarent consilium, quae vis ac necessitas appellanda esset: transeuntis agmine infesto per agrum suum Tarquinienses, cum praeter viam nihil petissent, traxisse quosdam agrestium populationis eius quae sibi crimini detur comites: eos seu dedi placeat, dedere se paratos esse, seu supplicio adfici, daturos poenas:

dass Leute, die sich so um sie verdient gemacht, plötzlich ohne Grund zu Feinden geworden seien". Cf. 2, 23.: *haec* se *meritos* dicere. al. — Klockius voluit „*bene* meritos" scribi.

1. *si quid hostiliter fecissent:* PM. In Harl. I. excidit *si.* — M: la*b*sos. Cf. 7, 19.: conscriptum. C. L. Schneider lat. gr. 1. p. 218.

4. *nouis conrumperent maleficiis florentemque p̄r. ac felicissimum bello sibi desumerent hostem:* P: quamquam primo erat „*n*onrumperent". — M: florentem quem p̄r ac felicissimum.

6. *cuius adflicti amicitiam petissent:* M] cuius adflicti amicitiam cepissent (P). — *Cepissent* videtur ab docto quodam librario scriptum esse, quod paulo ante ita scriptum legeretur. verum ibi res a Livio non a Caeretibus relata erat, et quamquam *cuius adflicti amicitiam cepissent* idem fere quod *quos adflictos benigne accepissent* significare potest, tamen h. l. *capere* vix videtur aptum esse potuisse rationibus eorum qui tam humiliter bellum deprecari coacti essent. aptissimum vero videbitur *petere*, quo verbo amicissima populo Romano studia Caeretum apparere necesse fuerit, cum non tam tuiti adfectos quam vel petivisse amicitiam gravissima calamitate afflictorum dicerentur. — M: ne appellerent.

7. *transeuntis:* P Leid. I. al.] transeuntes. — M: transeun*d*is.

10. *quae sibi crimini detur:* PM. — Harl. I.: quae crimini sibi d&̄, h. e. vel *dent* vel *detur.* — Harl. I.: cum praeter uiam petissent.

11. *seu supplicio adfici daturos poenas:* P. — M: seu supplicio | addiffidaturos poenas.

Caere sacrarium populi Romani deversorium sacerdotum ac receptaculum Romanorum sacrorum intactum inviolatumque crimine belli hospitio Vestalium cultisque diis darent. Movit populum non tam causa praesens quam vetus meritum ut maleficii quam beneficii potius inmemores essent: itaque pax populo Caeriti data indutiasque in centum annos factas in senatus consultum referri placuit. in Faliscos eodem noxios crimine vis belli conversa est, sed hostes nusquam inventi: cum populatione peragrati fines essent, ab oppugnatione urbium temperatum legionibusque Romam reductis relicum anni muris turribusque reficiendis consumptum: et aedis Apollinis dedicata est.

XXI. Extremo anno comitia consularia certamen patrum ac plebis diremit, tribunis negantibus passuros comi-

1. *sacrarium pр̄. deuersorium sacerdotum:* PM: nisi quod in P: *pр̄.* — M m. 2.: *diuersorium.* Cf. 1, 51. quo loco M „deuersorium", P „diuersorium". 21, 63. Put. Colb.: in diuersorio. — Cf. 2, 13.: inviolatamque.

5. *ut maleficii quam beneficii potius inmemores essent:* P. — M: ut mal*eficii* potius inmemores ēēnt. Cf. T. Livi l. xxx. p. xl. 6.

— *itaque pax populo caeriti* (M: ceriti) *data indutiasque* (M: induciasq.) *in centum annos factas in sc̄ referri placuit:* PM. — Leid. i. Voss. ii. Pall. 1. 3.: induciasque in centum annos *inf*ectas senatus consultum referri placuit. Cf. T. Livi l. xxx. p. lxvii. viii. seqq. — Multi recc. codd.: in centum annos *datas.* — Portug.: in senatus consult*o*.

10. *temperatum:* PM. — Recc. quid. codd.: temperatum est. — PM: *relicum anni.*

11. *et aedis apollinis dedicata est:* PM Leid. i. al.] et aedes cet. Cf. 4, 25. al. — P: edis. — M: dedicata est *murri tures quae repa|rantur aedis apollinis dedicatur* | extremo anno comitia cet. Hoc quoque loco media verba ex adnotationibus margini primum adscriptis in integram orationem irrepsisse apparet, quod sine dubio eidem librario cautissimo debemus, qui si quam diversam scripturam in vetustis mscriptis videbat, diligentius quam quisquam librariorum cavit ne quid ex vera scriptoris antiqui oratione perderetur. Cf. quae in prolegom. volum. i. p. xi. dicta sunt.

tia haberi ni secundum Liciniam legem haberentur, dictatore obstinato tollere potius totum e re publica consulatum quam promiscum patribus ac plebi facere. prolatandis igitur comitiis cum dictator magistratu abisset, res ad interregnum rediit. infestam inde patribus plebem interreges cum accepissent, ad undecimum interregem seditionibus certatum est. legis Liciniae patrocinium tribuni iactabant: propior dolor

1. *ni secundum liciniam legem haberentur:* PM. — Recc. codd. alii „nisi secundum", alii „legem liciniam": ut paulo post etiam in PM scriptum est. — PM: dictatore obstinato tollere potius totum e rep. consulatum.

3. *promiscum:* PM] promiscuum. Cf. 7, 17.: in promisco esse. — Leid. I.: promissum.

— *prolatandis igitur comitiis cum dictator magistratu abisset:* PM Harl. I. Leid. I. — Et antiqui et recentes librarii in verbo *prolatandis* offenderunt. nam in Pall. 1. 3. Voss. II. scriptum est *protelandis*, quod I. Gebhardus et hoc et aliis locis restitui voluit. nec est negandum illud verbum ea quam huius loci ratio postulat significatione Iconsultorum posterioris aetatis fuisse — nam Terentius aliique antiqui scriptores paulo alia interpretatione eo utuntur: cf. Festus: „*protelare* dicitur *longe propellere* ex Graeco videlicet quod est τῆλε et significat *longe*": — sed in optimis Livianis mscriptis nusquam ita scriptum reperiri verum est. nam 27, 46. non *protelando* cum Gebhardo sed cum Put. Colb. Bamb. „qui prolatando spatium hosti det" scribendum est, et 37, 19. cum Bamb. „si ex hoc impetu rerum nihil prolatando remittitur". cf. 2, 36. 21, 5. al. Aliorum mscriptorum librarii non tam in verbo ipso quam in particip. fut. explicando haeserunt, et vel *prolatatis* vel *prolatis* (cf. 4, 58. al.), quod Klockius recipiendum censuit, scribi voluerunt. verum hoc exprimeret nihil aliud quam id „cum comitia prolata vel prolatata essent, dictatorem magistratu abisse", quod Livius dicere non vult. *prolatandis comitiis* significat, cum comitia ex alio die comitiali in alium prolatarentur nec ad finem res perduci posse videretur, dictatorem verecundia permotum, ne iusto longius imperio suo uteretur, re infecta magistratu abisse.

6. *ad undecimum interregem seditionibus certatum est:* P. — M: interre | ges seditionibus. — P: accipissent.

7. *propior dolor plebi fenoris*

plebi fenoris ingravescentis erat curaeque privatae in certaminibus publicis erumpebant: quarum taedio patres L. Cornelium Scipionem interregem concordiae causa observare legem Liciniam comitiis consularibus iussere. P. Valerio Publicolae datus e plebe collega C. Marcius Rutilus. inclinatis semel in concordiam animis novi consules fenebrem quoque rem, quae distinere unanimos videbatur, levare adgressi solutionem alieni aeris in publicam curam verterunt quinqueviris creatis, quos mensarios ab dispensatione pecuniae appellarunt. meriti aequitate curaque sunt ut per omnium

ingrauescentis erat: PM: nisi quod in P „foenoris" est. — Harl. I.: propior dolor leui foenoris cet.

2. *quarum taedio:* PM Leid. I. al.] quorum taedio. — Drakenborchius evincere vult, *quarum* verum esse non posse, cum h. l. pronomen nisi ad *certamina publica* referri non possit. verum illi antiqui homines, qui ipsi tot in certaminibus publicis versati essent, vix poterant sibi persuadere, umquam fore illam auream aetatem qua certaminibus civilibus supersederi posset. sed cum viderent, in publicis certaminibus iamiam erumpere coepisse privatas curas, quo facto timendum esset, ne vehemens illud et periculosum de creditis pecuniis de agris publicis certamen quod horrebant rursus inciperet, certamina publica finiri et ab interrege legem Liciniam observari iusserunt. nihilo minus novi consules cum viderent, vere restitui non posse concordiam nisi aeris alieni solutio in curam publicam verteretur, rem difficillimam — primo sine dubio reclamantibus patribus — saluberrimis consiliis expedire conati sunt. — M: l. cornelium scrip*t*ionem interregem. Cf. 7, 1. — Leid. I.: causa concordiae.

5. *C. Martius Rutilius:* PM rell. Cf. 7, 28. 38.

6. *noui cos̄. fenebrem quoque rem:* PM. — Leid. I. Voss. II. multique recc. codd.: f*u*nebrem. — PM: quae d*e*stinere unanimos uidebatur. Cf. 4, 59.: ut distinerent. 5, 20. al. — Leid. I. Pall. 1. 3. al.: d*e*stin*a*re. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: unanim*es* uidebatur. — Harl. I.: uidebant. Cf. 7, 20.: d&c. — Harl. I.: appellar*it*. Eodem errore 7, 22. in eodem libro „impetrauer*it*" scriptum est pro „impetrauerunt": qui error facile nasci potuit, si in antiquiore libro „appellart" scriptum erat.

10. *meriti aequitate curaque*

annalium monumenta celebres nominibus essent: fuere autem C. Duellius P. Decius Mus M. Papirius Q. Publilius et T. Aemilius, qui rem difficillimam tractatu et plerumque parti utrique, semper certe alteri gravem cum alia moderatione tum inpendio magis publico quam iactura sustinuerunt. tarda enim nomina et inpeditiora inertia debitorum

sunt ut per cet.: PM. — Harl. I. Leid. I.: meriti aequitate curaque sunt meriti sunt ut per cet. Cf. 2, 7.: fieri.

2. *C. Duellius:* PM Leid. I. Voss. II. al.] C. Duilius. Cf. 7, 16. — P m. 1.: marcus parius. P m. 2. M: papirius. — PM Harl. I. Leid. I. al.: quintus publius. Cf. 6, 19. — Deinde scripsimus ex PM et hoc loco et 8, 2. „T. Aemilius", cum etiam apud Bekk. „Tiberius" legeretur. Cf. 8, 12.

3. *qui rem difficillimam tractatu:* M m. 2. — M m. 1.: tractatum. — P: qui rem dificillimam tractatu. — Harl. I.: qui rem difficillima tractatā. Leid. I.: tractat. Voss. II.: tractant. Leid. II.: tractu.

6. *tarda enim nomina et inpeditiora inertia debitorum quam facultatibus:* PM. — Pall. 1. 3.: „tarda enim nominum": quae scriptura I. Fr. Gronovio haud improbanda videbatur, quod similia apud Livium (7, 29.: extrema periculorum: al.) haud raro legerentur. nec tamen difficile videtur intellectu, illorum locorum prorsus aliam esse rationem, cum quae tarda non essent nomina et quae non viderentur impedita, eorum sane nullam omnino rationem habendam fuisse nemo non videat: quare et h. l. ut saepe alias in fine verborum *a* et *ū* ab imperitis librariis confusa inter se videbuntur, nisi forte aliquis *tardà nominum* scripsit, ut elegantiorem quandam doctrinam vel invitis vetustioribus mscriptis ostentaret, quale studium ab illis Pall. codicum librariis non alienum fuisse cum alia tum illud *protelandis*, de quo modo diximus, persuadere videantur. — PM: *ut populo prius caueretur:* h. e. nomina creditoribus nondum reddita non ante ex aerario soluta sunt, quam in tabulas publicas ea relata essent, ne debitores aerarium fallere possent. „Denn die verzögerten Zahlungen, woran mehr die Schlaffheit der Schuldner als ihre zerrütteten Vermögensumstände Schuld waren, bezahlten sie entweder aus der Staatskasse, nachdem sie dieselben vorher in die öffentlichen Rechnungsbücher eingetragen hatten, damit das Staatsgut nicht gefährdet wür-

quam facultatibus aut aerarium mensis cum aere in foro positis dissolvit ut populo prius caveretur, aut aestimatio aequis rerum pretiis liberavit, ut non modo sine iniuria sed etiam sine querimonis partis utriusque exhausta vis ingens aeris alieni sit. Terror inde vanus belli Etrusci, cum coniurasse duodecim populos fama esset, dictatorem dici coegit: dictus in castris — eo enim ad consules missum senatus consultum est — C. Iulius, cui magister equitum adiectus L. Aemilius. ceterum foris tranquilla omnia fuere.

XXII. Temptatum domi per dictatorem ut ambo patricii consules crearentur rem ad interregnum perduxit. duo interreges C. Sulpicius et M. Fabius interpositi obtinuere — quod dictator frustra tetenderat — mitiore iam plebe ob recens meritum levati aeris alieni ut ambo patricii consules crearentur: creati ipse C. Sulpicius Peticus, qui prior interregno abit, et T. Quinctius Pennus — quidam Caeso-

de, oder sie deckten sie durch die Veräusserung der Güter der Schuldner, die sie nach billigen Grundsätzen veranschlagten: so dass die schwere Last des Schuldenwesens auf diese Weise nicht nur ohne Beeinträchtigung der Rechte der Einzelnen, sondern selbst ohne Beschwerden beider Theile in Ordnung gebracht wurde". — M m. 1.: querimonis. m. 2.: querimoniis. 8, 1.

5. *terror inde uanus:* PM. — Harl. I. Leid. I.: aeris alienis. ita terror. Voss. II. al.: aeris alieni. ita error. Lovel. 2.: ita terror.

7. *eo enim ad coss̄. missum sc̄. est:* P m. 1. M. — P m. 2.: missus. — In Voss. II. al. excidit *est*. hinc Lovel. 3.: misso senatus consulto. — PM: cui māg equitum adiectus.

10. *temptatum:* PM rell. Cf. 1, 53.: quin ea arte aequasset superiores reges, ni *degeneratum* in aliis huic quoque decori offecisset. 7, 8.: diu non *perlitatum* tenuerat dictatorem. al. — PM: ut ambo patricii conss̄. crearentur.

12. *C. Sulpicius et M. Fauius:* PM.

15. *C. Sulpicius Peticus qui prior* cet.: PM. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: qui et prior.

16. *abit:* P al.] abiit. Cf. 7, 17.: redit. et T. Livi l. xxx. p. xc. — M: interregno *h*abitet | t̄. quintius. Cf. 1, 51.: M m. 1.: habiit. m. 2.: abiit. — Harl. I. Leid. I.: habet. — PM: t̄. quintius poenus. Cf. 7, 9. — PM rell.: „quidam caesonem

nem alii Gaium nomen Quinctio adiciunt. ad bellum ambo profecti — Faliscum Quinctius, Sulpicius Tarquiniense — nusquam acie congresso hoste cum agris magis quam cum hominibus urendo populandoque gesserunt bella: cuius lentae velut tabis senio victa utriusque pertinacia populi est, ut primum a consulibus dein permissu eorum ab senatu indutias peterent. in quadraginta annos impetraverunt. ita posita duorum bellorum quae inminebant cura, dum aliqua ab armis quies esset, quia solutio aeris alieni multarum rerum mutaverat dominos, censum agi placuit. ceterum cum censoribus creandis indicta comitia essent, professus censuram se petere C. Marcius Rutilus, qui primus dictator de plebe fuerat, concordiam ordinum turbavit: quod videbatur quidem tempore alieno fecisse, quia ambo tum forte patricii consules erant qui rationem eius se habituros negabant. sed et ipse constantia inceptum obtinuit et tri-

alii *cog*nomen quintio adiciunt". C. Sigonius *Gaium* restituit. Cf. 30, 18.: Quintilius praetor cum filio — cui Marco *praenomen* erat: Put. Colb. Bamb.

3. *nusquam acie congresso hoste:* P. — M: acie*m*. — Paulo post M: cuius lente uelut tabis senio uicta. P: tabes. m. 2.: tabis. — PM: ut primum a coss. (P: cos.) dein permissu eorum ab senatu indutias (M: inducias) peterent. — Harl. I.: impetraue*rit*. Cf. 7, 21.: appellarunt.

9. *dum aliqua ab armis quies esset:* P m. 2. — P m. 1.: ab armis quiesset. M: ab armis qui ēēt q̱a solutio cet. — Voss. II. al.: *im*mutauerat dominos.

11. *censoribus creandis:* P. — M: caesoribus. — PM rell.: C. Marcius Rutil*ius*. Cf. 7, 21. — M: tempore alieno fecisse*t* quia ambo cet. — PM: patricii coš. erant.

16. *sed et ipse constantiā inceptum obtinuit:* PM. — P: „et tribuni omni ui *reciperando ius* consularibus comitiis amissum adiuuerunt". Sic quidem et ipsi scripsimus, cum dativus gerundii etiam cum obiectis haud raro coniunctus legeretur (cf. 3, 18.: „demerendo — tam propinquam civitatem":), quamquam dubium videbatur an haec scriptura non integra esset. in M enim scriptum est „omni ui reciperantur ius consularib. comiciis amissum". cum igitur *ui* et *ut* in antiquis codd. persaepe inter se

buni omni vi reciperando ius consularibus comitiis amissum adiuverunt: et cum ipsius viri maiestas nullius honoris fastigium non aequabat, tum per eundem qui ad dictaturam aperuisset viam, censuram quoque in partem vocari plebes volebat. nec variatum comitiis est quin cum Manlio Gneio censor Marcius crearetur. Dictatorem quoque hic annus habuit M. Fabium nullo terrore belli sed ne Licinia lex comitiis consularibus observaretur. magister equitum dictatori additus Q. Servilius. nec tamen dictatura potentiorem eum consensum patrum consularibus comitiis fecit quam censoris fuerat.

permutata sint, et *n* in *reciperantur* scriptum esse possit pro simili signo syllabae *re* parum perspecto, videndum est num a Livio scriptum sit: „et tribuni omni ui ut reciperaretur ius consularibus comitiis amissum adiuuerunt". — M m. 3.: recuperantur. Cf. 7, 18.: reciperata.

4. *censuram quoque in partem uocari plebes uolebat:* PM rell.: „es wünschten die Plebejer dass durch eben den Mann, der ihnen den Weg zur Dictatur eröffnet hätte, auch das Censoramt ihrem Stande zugänglich gemacht werde". M. A. Muretus et I. Fr. Gron. „censur*ae* quoque in partem vocari" scribendum censuerunt. — Deinde scripsimus „quin cum Manlio *Gneio* censor Marcius crearetur", cum Sigonius restituisset „Manlio Cnaeo". Cf. 2, 43. 7, 1. In codd. mscriptis inventum est „cum manlio naeuio". P: cum manlio neuio censor marcius. M: cum manlione uio censor marcius. M m. 2.: censor*e*.

8. *māg. equitum dictatori additus Q. Seruilius:* P. Idem scriptum est in M, nisi quod ibi *magister* m. 2. in ras. est. — In Harl. I. multisque reco. codd. excidit *Q*.

9. *nec tamen dictatura potentiorem eum consensu patrum consularibus comitiis fecit:* PM Harl. I. Leid. I. al. — *Consensu* verum esse non potest, quod inde sequeretur, etiam censoriis comitiis hunc dictatorem praefuisse. sed L. ipse modo dixerat, iniquo tempore C. Marcium Rutilum censuram petere visum esse, quod ambo tum forte patricii consules essent qui eius rationem se habituros negarent.

11. *quam censoris fuerat:* PM Harl. I. Leid. I. al.] quam censoriis fuerat. — Cf. T. Livi l. xxx. p. xc.

XXIII. M. Popillius Laenas a plebe consul, a patribus L. Cornelius Scipio datus. fortuna quoque inlustriorem plebeium consulem fecit: nam cum ingentem Gallorum exercitum in agro Latino castra posuisse nuntiatum esset, Scipione gravi morbo inplicito Gallicum bellum Popillio extra ordinem datum. is inpigre exercitu scripto cum omnis extra portam Capenam ad Martis aedem convenire armatos iuniores iussisset signaque eodem quaestores ex aerario deferre quattuor expletis legionibus, quod superfuit militum P. Valerio Publicolae praetori tradidit auctori patribus scribendi alterius exercitus, quod ad incertos belli eventus sub-

1. *M. Popilius Laenas a plebe coš.:* PM Harl. I. Leid. I. Cf. 7, 12. — Paulo post in eisdem codd. scriptum est „popil*l*io". — PM: fortuna quoque inlustriorem plebeium conš. fecit. — M m. 1.: gal*l*iorum.

6. *omnis:* PM] omnes. — Leid. I.: iussisset*que* signa eodem cet.

10. *auctori patribus scribendi alterius exercitus:* cod. Port. m. 1.] auctor cet. (PM). — Non video qui h. l. consul dici possit auctor eius consilii fuisse quo ipse iam perfunctus scribatur. alter enim exercitus idem ille erat, qui praetori a consule traditus est: cf. 6, 6. de praetore autem, homine patricio, aptissime ita scribi potuit, quasi ille non melius a M. Popillio rem gestum iri expectasset quam a Genucio consule gesta esset. *Auctor* igitur vix posse probari videtur, nisi hac voce Livium consulis diligentem et providam mentem, qua omnia quae e rep. essent circumspexerit, exprimere voluisse arbitremur: quamquam vel ita oratio frigida videtur. nam Popillium patribus auctorem fuisse ut, cum ipse ad bellum profectus esset, praeter milites praetori traditos etiam novus exercitus scriberetur, contendere non ausim, cum ipse consul eum exercitum scribere debuisset nec ulla re tanta consulis festinatio aut excusari potuisset aut ex iis quae sequuntur probari posset. In Portug. libro m. 2. scriptum est *auctoribus*, idemque in aliis recc. codd. repertum esse dicitur.

11. *quod ad incertos belli euentus subsidium reip̄. esset:* P m. 2. M. — P m. 1.: euentos. — Recc. duo codd.: qui — esset. Cf. 23, 11.: Capuam, quod caput non Campaniae modo sed — Italiae sit, Hannibali se tradidisse. al. sed cf. quoque 3,

sidium rei publicae esset. ipse iam satis omnibus instructis conparatisque ad hostem pergit, cuius ut prius nosceret vires quam periculo ultimo temptaret, in tumulo, quem proximum castris Gallorum capere potuit, vallum ducere coepit. gens ferox et ingenii avidi ad pugnam cum procul visis Romanorum signis ut extemplo proelium initura explicuisset aciem, postquam neque in aequum dimitti agmen vidit et cum loci altitudine tum vallo etiam integi Romanos, perculsos pavore rata simul opportuniores, quod intenti tum maxime operi essent, truci clamore adgreditur. ab Romanis nec opus intermissum — triarii erant qui muniebant — et ab hastatis principibusque, qui pro munitoribus intenti armatique steterunt, proelium initum. praeter

34.: decem tabularum leges perlatae sunt, quae nunc quoque. — fons cet. — Harl. I.: subsidium. p. esset.

3. *in tumulo quem proximum castris Gallorum capere potuit uallum ducere coepit:* P m. 2. M: „auf einer Anhöhe, so nahe als er nur irgend an das gallische Lager heranrücken könnte". Cf. 27, 28. — P m. 1.: in tumul*t*o.

5. *uisis Romanorum signis:* P m. 2. M. — P m. 1.: ui*r*is.

7. *dimitti agmen:* PM rell.] demitti agmen (Sig.). Cf. 4, 17.: digressi sunt. 27, 18.: in hunc inferiorem campum — equites Numidas leviumque armorum Baliaris et Afros dimisit (Put. Colb. Bamb.). al. — PM Harl. I. Leid. I.: „et cum loci altitudine (M: altitudinem) tum uallo etiam integi Romanos". Multi recc. codd.: et tum loci cet. — P: oportuniores. — M m. 2. P: quod intenti tum maxime operi essent. M m. 1.: quod inte*c*ti. — Multi recc. codd.: essent operi.

12. *qui pro munitoribus intenti armatique steterunt:* M m. 1. al.] qui — steterant (P). — *Intenti armatique steterant* nihil aliud quam animorum habitum quo ante proelium fuerint hastati principesque, exprimit: *steterunt* accuratius describit illum animorum ardorem quo hastati principesque pro triariis munientibus stare ab eisque hostes defendere perrexerint. — M m. 3.: pro munitōi†bus intenti cet. — P m. 1.: proelium init*i*um.

13. *praeter uirtutem locus quoque superior adiuuit:* PM. — Leid. I.: quoque locus. — P: non tāquā ex aequo missa. M: non tamquam ex aequo miss*o*. — M: fi*n*gerentur. Cf. 30, 10.: „ex rostratis Poeni

virtutem locus quoque superior adiuvit, ut pila omnia hastaeque non tamquam ex aequo missa vana quod plerumque fit caderent, sed omnia librata ponderibus figerentur, oneratique telis Galli, quibus aut corpora transfixa aut praegravata inhaerentibus gerebant scuta, cum cursu paene in adversum subissent, primo incerti restitere, dein cum ipsa cunctatio et his animos minuisset et auxisset hosti, inpulsi retro ruere alii super alios stragemque inter se caede ipsa foediorem dare, adeo praecipi turba obtriti plures quam ferro necati.

XXIV. Necdum certa Romanis victoria erat, alia in campum degressis supererat moles: namque multitudo Gallorum sensum omnem talis damni exsuperans velut nova rursus exoriente acie integrum militem adversus victorem hostem ciebat: stetitque suppresso impetu Romanos, et quia iterum fessis subeunda dimicatio erat et quod consul, dum

vana pleraque — sic ut pote supino iactu — tela in locum superiorem mittebant: gravior ac pondere ipso libratior superne ex onerariis ictus erat".

5. *cum cursu paene in aduersum subissent:* P. — M: *scuta acutum* cursu paene in aduersum sub*sis*t*ent. — Paulo post M: „dein*cir*cum ipsa cunctatio". Recc. codd.: dein*de* cum ipsa cet.

9. *adeo praecipi turba obtriti:* M] adeo praecipiti turba cet. (P). — Non modo „anceps ancipitis, praeceps praecipitis" sed etiam „ancipes ancipitis, praecipes praecipitis" et „anceps ancipis, praeceps praecipis" ab antiquis formatum esse docet Prisc. 6, 18. 95. sic scriptum est ex. gr. in omnibus melioribus libris 30, 33.: „viam qua inruerent in ancipia tela, beluis darent". Cf. C. L. Struve lat. Decl. u. Conj. p. 21. — P: ob*s*tricti. Cf. 30, 5.: multi praecipiti fuga ruentes alii super alios in angustis portarum obtriti sunt.

11. *necdum certa Romanis uictoria erat:* P. — M: n*ae*cdum certa romanis uictori*e*rat. m. 2.: uictoria erat. — PM Harl. I. al.: alia in campum degressis supererat moles. — Paulo post M m. 1.: exoriente acie*m*.

15. *romanos:* M] Romanus (M m. 3. P.). — P m. 1. M: suppress*u* impetu. P m. 2.: suppresso.

16. *et quod cōs. dum inter pri-*

inter primores incautus agitat, laevo humero matari prope traiecto cesserat parumper ex acie. iamque omissa cunctando victoria erat, cum consul vulnere alligato revectus ad prima signa „quid stas miles?“ inquit: „non cum Latino Sabinoque hoste res est, quem victum armis socium ex hoste facias: in beluas strinximus ferrum: hauriendus aut dandus est sanguis. propepulistis a castris, supina valle

mores incautus agitat: P. — M: incautum agitat. — P: laeuo umero. M: leuo umero.

1. *matari:* PM cod. Gel. Harl. I. Leid. I. Cf. Caes. b. Gall. 1, 26.: mataras ac tragulas subiciebant nostrosque vulnerabant. Strabo 4, 4. (de Gallis): ὁπλισμὸς δὲ σύμμετρος τοῖς τῶν σωμάτων μεγέθεσι· μάχαιρα μακρὰ παρηρτημένη παρὰ τὸν δεξιὸν πλευρὸν καὶ θυρεὸς μακρὸς καὶ λόγχαι κατὰ λόγον καὶ μάταρις πάλτου τὶ εἶδος. — Auct. ad. Herenn. 4, 32.: materis Transalpina. — M m. 1.: tręiecto. m. 2.: traiecto. — P m. 1.: iamque omisa.

3. *uulnere alligato:* PM rell. Cf. R. Klotz ad Cic. Tusc. 2, 17. 39. ubi sic scriptum est „abducet Patrocles credo ut collocet in cubili, ut *uolnus obliget*“ cet. pauloque post „quiesce igitur et *uolnus alliga*“.

4. *quid stas miles inquit:* P m. 2. M. — P m. 1.: milites inquid.

5. *quem uictum armis socium ex hoste facias:* M Harl. I. al. — P: quem uinctum cet. Leid. I. et recc. codd.: quem inuictis armis cet. — PM: in beluas strinximus ferrum. Harl. I.: in bellua (?) strinximus. Leid. I.: in bellua (?) striximus.

6. *hauriendus aut dandus est sanguis:* M m. 3. P. — M m. 1.: dandus et sanguis. m. 3.: dandus ē sanguis.

7. *propepulistis:* M m. 1.] propulistis (M m. 3. P). Cf. 6, 41. „occinerit“: quo loco reduplicationem restituere ausi non sumus, ne certis Prisciani aliorumque grammaticorum, qui de hoc verbo pluribus scripserunt, praeceptis adversari videremur. verum non satis cauti in his rebus esse possumus, quod vix dubium videatur quin vetustissimi codices manu scripti interdum melius nos de veris antiquorum scriptorum virtutibus docere possint quam grammaticorum posteriorum commentationes, quos antiquitatem haud raro levius attigisse appareat. — In multis etiam recc. codd. servatum est *pepulistis a castris.* — M m. 1.: supinualle. M m. 3. P: supina ualle. Leid. I.: ualle supina.

praecipites egistis, stratis corporibus hostium superstatis: conplete eadem strage campos qua montis replestis. nolite expectare dum stantes vos fugiant: inferenda sunt signa et vadendum in hostem“. his adhortationibus iterum coorti pellunt loco primos manipulos Gallorum, cuneis deinde in medium agmen perrumpunt. inde barbari dissupati, quibus nec certa imperia nec duces essent, vertunt impetum in suos, fusique per campos et praeter castra etiam sua fuga praelati, quod editissimum inter aequales tumulos occurre-

2. *qua montis replestis:* M m. 1. P] qua montes replestis (M m. 2.). — Harl. I.: repletis. — In M scriptum erat m. 1.: complet eodem stragem. M m. 2. P: complete eadem strage.

— *nolite expectare:* Frob. 1531. — P m. 1.: nolite *es*pectare. P m. 2. M Harl. I. Leid. I. multique alii codd.: nolite spectare. — In M scriptum m. 3. est *re* in *spectare*, et inter hoc verbum et *dum* aliquid erasum.

4. *his adhortationibus iterum coorti pellunt* cet.: PM. — Multi recc. codd.: co*h*ort*a*ti.

5. *cuneis deinde in medium agmen perrumpunt:* PM rell. — Dukerus non *in medium* sed *medium agmen perrumpunt* scribendum coniecit, eamque coniecturam Drakenborchius veram habuit. sed aliud est *agmen hostium perrumpere* (8, 30.) „die feindlichen Reihen durchbrechen und auseinander sprengen“, aliud *in medium agmen perrumpere* „mitten in die feindlichen Reihen eindringen“: nec aliud quidquam particula *per* in *perrumpere* significat quam magnum illum militum vehementemque impetum, qui nulla hostium virtute sustineri potuerit. cf. 10, 41.: „alii testudine facta in urbem perrumpunt“. al.

6. *inde barbari dissupati:* M m. 1.] inde barbari dissipati (M m. 2. P). Cf. 7, 15.: emanc*u*pandoque. — PM: „uertunt impetum in suos“: h. e. in eos a quibus fuga prohiberi viderentur. Cf. 30, 34.: „apud hostis auxiliaris cedentis secunda acies Afri et Carthaginienses adeo non sustinebant ut contra etiam — pedem referrent. igitur auxiliares terga dant repente et in suos reversi partim refugere in secundam aciem partim non recipientes caedere —. et prope duo iam permixta proelia erant, cum Carthaginienses simul cum hostibus simul cum suis cogerentur manus conserere“.

9. *quod editissimum inter ae-*

bat oculis, arcem Albanam petunt. consul non ultra castra insecutus, quia et vulnus degravabat et subicere exercitum tumulis ab hoste occupatis nolebat, praeda omni castrorum militi data victorem exercitum opulentumque Gallicis spoliis Romam reduxit. moram triumpho vulnus consulis at- 5
tulit, eademque causa dictatoris desiderium senatui fecit ut esset qui aegris consulibus comitia haberet. dictator L. Fu-

quales tumulos occurrebat oculis: P: nisi quod m. 1. scriptum fuerat „edictissimum“. — M: occurrer*e* oculis. — Cf. quoque 6, 29.: et praeter castra etiam sua pavore praelati.

1. *consul non ultra castra insecutus quia et uulnus degrauabat et* cet.: PM. — Leid. I.: non ultra castra secutus. Recc. quid. codd.: quia uulnus.

2. *et subicere exercitum tumulis ab hoste occupatis nolebat:* P al.] et subiicere exercitum pugna fessum tumulis ab hoste cet. — Verba *pugna fessum* multaque praeterea, quae iam a Drakenborchio aliisque ex integra Liv. oratione eiecta sunt, ab eis qui Mediolani Livianos annales edendos curaverunt, excogitata sunt, cum hunc locum in antiquis mscriptis mutilatum viderent sibique persuaderent his duabus causis consulem ut proelio finem faceret permotum esse, quod ipse gravi vulnere affectus et miles pugnando fessus fuisset. verum tamen illi boni homines parum reputarunt, non de illo die, quo Galli fugati essent, Livium cogitare potuisse, quippe quo vix Galli fugientes tutum quoddam receptaculum nacti fuerint, sed de insequentibus diebus, quibus consul milites cibo somnoque recreatos adversus hostes ducere potuisset. quod quo minus faceret, et vulnus adeo grave ut triumpho etiam moram afferret, prohibuit, et ne milites Romani iniquo loco cum hostibus congredi cogerentur. — In M Harl. I. Leid. I. Voss. II. al. scriptum est „et subicere *exercitum*| opulentumque gallicis spoliis romam reduxit“: de quo errore cf. T. Livi l. XXX, p. XL. 7. — Denique, cum I. Fr. Gron. *que* in *opulentumque* delendum censuisset, Drakenborchius similibus etiam locis ex 4, 34. 21, 5. collatis „victorem exercitum opulentumque gallicis spoliis romam reduxit (P)“ verum esse probavit.

6. *ut esset qui aegris coss. comitia haberet:* PM. — Leid. I.: qua aegris.

rius Camillus dictus addito magistro equitum P. Cornelio Scipione reddidit patribus possessionem pristinam consulatus: ipse ob id meritum ingenti patrum studio creatus consul collegam Ap. Claudium Crassum dixit.

XXV. Priusquam inirent novi consules magistratum, triumphus a Popillio de Gallis actus magno favore plebis, mussantesque inter se rogitabant num quem plebei consulis paeniteret: simul dictatorem increpabant, qui legis Liciniae spretae mercedem consulatum privataque cupiditate quam publica iniuria foediorem cepisset, ut se ipse consulem dictator crearet. annus multis variisque motibus fuit insignis. Galli ex Albanis montibus, quia hiemis vim pati

1. *addito mãg. equitum* (M: aequitũ) *P. Cornelio Scipione:* PM. — P: reddidit patribus possessionem pristinam consulatus. M: „reddidit *patratibus* possessionem" cet. deinde radendo factum est ut „patritiis" scriptum videretur. — Recc. quid. codd.: possessionem pristini consulatus.

3. *ipse ob id meritum ingenti patrum studio creatus coš.:* M. — P: inde ob id meritum cet. — *Dixit* a Livio scriptum videtur, non tam quod id eius qui comitiis praeerat esset ut magistratuum populi suffragiis creatorum nomina renuntiaret, quam ut L. Furius sua potissimum auctoritate patricium consulem Ap. Claudium creandum curavisse videretur.

5. *priusquam inirent nouicošš. magistratum:* M. — P: coš. — PM al.: a popilio.

7. *num quem plebei consulis paeniteret:* PM] num quem plebeii cet. — Paulo post scriptum est in PM „qui legis liciniae spretae *mercede*" pro *mercedem* eodem nisi fallimur mendo quo 7, 22. in omnibus mscriptis *consensu* pro *consensum* scriptum fuerat. Cf. 2, 41.: id vero haud secus quam praesentem mercedem regni aspernata plebes.

9. *priuataque cupiditate quam publica iniuria foediorem:* P m. 1.] privata cupiditate cet. (P m. 2. M). Cf. 2, 62.: semel causam dixit quo*que* semper agere omnia solitus erat accusatorio spiritu. al. — M: iniuria foedeore coepisset.

10. *ut se ipse consulem dictator crearet:* P. Haec verba ad *privataque cupiditate* pertinere nemo non videt. — M: ut se ipsum consulem cet.

11. *annus multis uariisque motibus fuit insignis:* P m. 2. — P m. 1. M: mortibus. — M m. 1.: fuit indignis.

nequiverant, per campos maritumaque loca vagi populabantur, mare infestum classibus Graecorum erat oraque litoris Antiatis Laurensque tractus et Tiberis ostia, ut praedones maritimi cum terrestribus congressi ancipiti semel proelio

1. *maritumaque loca:* P m. 2.] maritimaque loca. — P m. 1.: maritu aque. M: maritum aquae. Leid. I.: maritum atque. Harl. I.: maturitumaque. Cf. 6, 31. al.

2. oraque litoris antiatis laurensque tractus et tiberis ostia: P. — M: oraque litoresan *naturae damnum utrum nutriendum patri . . moueri quam ab se ac*tiatis laurensque tractatus et tiberis ostia cet. Cf. 7, 4. „inpromptus": et 7, 14. „neque inde ante movere quam ab se acceperint signum".

4. *ancipiti semel proelio decertarent dubiique discesserint:* PM] ancipiti semel praelio decertarint dubiique discesserint. — *Decertarent* in omnibus mscriptis inventum videtur esse. in quattuor recc. codd. Drakenborchius *dubii discesserint* vidit, in duobus aliis etiam *incerti uictos se an uictores putarent.* — *Decertarint* Vascosano ceterisque qui eum secuti sunt, videbatur scribendum, quod *discesserint* sequeretur nec diversam temporum rationem haec duo verba sequi posse viderentur. verum tamen non minus Livium quam alios diligentes scriptores et in modis et in temporibus verborum diversas interdum rationes sequi cum aliis locis tum 4, 19. „videret" et 4, 13. „quae postquam sunt audita" ostendimus, nec difficile videtur intellectu, ne hoc quidem loco eum sine aliqua causa ab ea qua uti coepisset temporum ratione deflexisse. nam si *decertarint* et *discesserint* scripsisset, eum necesse erat voluisse haec duo verba ex eodem verbo pendere videri, h. igitur l. ex *populabantur* et *infestum erat*, quod probari non potest. neminem enim fugerit verba *dubiique discesserint* non ad *populabantur* sed ad *ancipiti proelio* referenda esse, quasi scriptum sit *decertarunt proelio adeo ancipiti ut dubii discesserint, victos se an victores putarent.* quae igitur et rerum et temporum ratio cum non videretur negligenda esse, aeque diligenter „ancipiti proelio decert*arent* dubiique dis*cesserint*" scriptum videtur ac *putarent*, quod verbum ad *discesserint* pertineret. „Die Gallier durchzogen plündernd von den Albanischen Bergen aus das umherliegende Land und die

decertarent, dubiique discesserint — in castra Galli, Graeci retro ad naves — victos se an victores putarent. inter hos longe maximus extitit terror concilia populorum Latinorum ad lucum Ferentinae habita responsumque haud ambiguum imperantibus milites Romanis datum, absisterent imperare his quorum auxilio egerent, Latinos pro sua libertate potius quam pro alieno imperio laturos arma. inter duo simul bella externa defectione etiam sociorum senatus anxius cum cerneret metu tenendos quos fides non tenuisset, extendere omnes imperii vires consules dilectu habendo iussit: civili quippe standum exercitu esse, quando socialis

Meeresküste, und eben dieser Küstenstrich von dem Gestade von Antium an bis an die Tibermündung wurde durch Griechische Seeräuber unsicher gemacht, so dass es zwischen diesen Seeräubern und jenen zu Lande einmal zu einer förmlichen Schlacht kam, die *aber* so unentschieden ausfiel, dass, als sich die Gallier auf ihre verschanzten Höhen, die Griechen nach ihren Schiffen zurückzogen, keiner von beiden Theilen wusste, ob er sich für besiegt oder für den Sieger anzusehen habe". Cf. 6, 4.: labor*que*.

2. *inter hos longe maximus extitit terror:* PM. Inter hos sive *terrores* sive *motus*. — Cod. Sig. al.: inter haec. — PM: ad lucum Ferentinae. Cf. 1, 50.

5. *absisterent imperare his:* P] absisterent imperare iis. — M: imperare *is* quorum cet. — M: latinos pro *salua* libertate. — Paulo post M: metu tenend*us*. — Harl. I.: *in* duo simul bella.

9. *extendere omnes imperii uires coss. dilectu habendo iussit:* PM. In fragm. Haverc. non *extendere* sed *ostendere* scriptum est, quod Drakenborchio placere non debebat.

11. *ciuili quippe standum exercitu esse quando socialis coetus desereret:* P. — M: ciuili quiprestandum exercitu*m* *ēēt* quando socialis coetus desereret. — In uno Oxon. libro *coetus* excidit et in cod. Klockiano scriptum est „quando socialis *partes* desereret". nec tamen *partes* vel simile quid non desiderari quemquam fugerit, cum nihil frequentius sit, quam ut ita pronomen quoddam, quod facili coniectura suppleri potuerit, praetermissum sit. cf. 5, 4. „quod ad perseverandum stimulet". In voce *coetus* vero plurimi interpretes offenderunt, quamquam eam non modo omnium

coetus desereret. undique non urbana tantum sed etiam agresti iuventute decem legiones scriptae dicuntur quaternum milium et ducenorum peditum equitumque trecenorum, quem nunc novum exercitum, si qua externa vis ingruat, hae vires populi Romani, quas vix terrarum capit orbis, contractae in unum haud facile efficiant: adeo in quae laboramus, sola crevimus — divitias luxuriamque. Inter cetera

bonorum librorum consensus sed etiam res ipsa tuetur. Latini enim populi in luco Ferentinae, quo concilia sua habere solebant, etiam tunc convenerant, ibique maximo omnium consensu defectionem ab imperio Romano moliebantur. id consilium ab omnibus Latinorum populis captum esse, Livius verbis *coetus socialis* exprimere voluit. verum etiam alterum est quod eadem voce *coetus* exprimi poterat, idque potissimum scriptorem spectasse verbum *deserere* docere videtur. cum enim *coetus* a *coeundo* derivatum sit, et *societatem coire* apud optimos quosque scriptores legatur, *socialis coetus* etiam „socios qui foedere facto cum populo Romano coniuncti esse debebant" significare potest. sed si cui hac altera interpretatione non videatur opus esse, per me licet etiam priore stetur. sic 39, 14. „coniurationes coetusque", legimus, 9, 26. „qui usquam coissent coniurassentque adversus rempublicam", multaque similia, quae omnem tollere dubitationem debeant quin *socialis coetus* pro „*sociis coniuratione facta rebellantibus*" latine scribi potuerit.

2. *quaternum milium et ducentorum peditum equitumque. ccc.*: PM. Eodem errore in multis recc. codd. scriptum est „equitumque trecentorum". — Harl. I. Leid I.: quaternum militum et ducentorum peditum equitumque. ccc. — Cf. 21, 17.: ea quaterna milia erant peditum et. ccc. equites cet.

5. *hae uires pīr.*: M. — P: hae uires p̄r. — In Harl. I. excidit *hae*.

6. *adeo in quae laboramus sola creuimus diuitias luxuriamque*: PM rell. h. e. in ea sola quibus laboramus crevimus. cf. 7, 5.: nisi in quae ipse concepisset verba iuraret.

7. *inter cetera tristia eius anni cos̄ alter* cet.: P. — M Harl. I. Leid. I. al.: „inter cetera tristitia eius anni". Sic scriptum est 2, 1. in PM „quae libertas ut laetior esset", in Harl. I. „laeticior". 4, 52. in PM „tristior", in Harl. I. „tristicior". al.

tristia eius anni consul alter Ap. Claudius in ipso belli apparatu moritur, redierantque res ad Camillum, cui unico consuli vel ob aliam dignationem haud subiciendam dictaturae vel ob omen faustum ad Gallicum tumultum cognominis dictatorem adrogari haud satis decorum visum est patribus. consul duabus legionibus urbi praepositis octo cum L. Pinario praetore divisis memor paternae virtutis Gallicum sibi bellum extra sortem sumit, praetorem maritimam oram tutari Graecosque arcere litoribus iussit: et cum in agrum Pomptinum descendisset, quia neque in campis congredi nulla cogente re volebat et prohibendo populationibus quos rapto vivere necessitas cogeret satis domari credebat hostem, locum idoneum stativis delegit.

2. *redierantque res ad Camillum:* PM. — Recc. codd. alii *redierat res* alii *redieratque res.* Cf. 7, 14.: iamque haud procul iusto proelio res erant.

4. *uel ob omen faustum ad gallicum tumultum cognominis:* PM rell. h. e. vel ob cognominis omen faustum ad gall. tumultum: cum nemo Romanorum felicior adversus Gallos videretur fuisse quam Marcus ille Furius *Camillus.* I. Fr. Gron. malebat scribi vel „ob nomen fausti — ominis" vel „ob omen faustum — nominis".

5. *dictatorem adrogari:* P. — M: dictatorem adrogare. — PM: coš. duabus legionibus cet.

7. *gallicum sibi bellum extra sortem sumit:* PM. Non sine causa videtur Dukerus quaerere, qui Livius, cum alter consul mortuus fuerit, scribere potuerit *extra sortem.* sed cum, etiam si nullus dictator diceretur, praetor Pinarius, cui altera belli provincia tradita est, etiam adversus Gallos mitti potuisset, et ipse Camillus paulo post a senatu iuberetur una cum praetore bellum maritimum gerere, ne illa quidem verba sine causa scripta videri possunt.

8. *praetorem maritimam oram tutari Graecosque arcere litoribus iussit:* PM. Bekkerus etiam *littoribus* scripsit, sed haec vox nisi una littera *t* in antiquioribus codd. nusquam scripta legitur.

9. *et cum in agrum Pomptinum descendisset:* P. — M: in agrum pōp pinum.

13. *locum idoneum statiuis delegit:* M m. 2. P. — M m. 1.: locum idoneum statius delegit ubcum stationibus cet.

XXVI. Ubi cum stationibus quieti tempus tererent, Gallus processit magnitudine atque armis insignis, quatiensque scutum hasta cum silentium fecisset, provocat per interpretem unum ex Romanis qui secum ferro decernat. M. erat Valerius tribunus militum adulescens, qui haud indigniorem eo decore se quam T. Manlium ratus prius sciscitatus consulis voluntatem in medium armatus processit. minus insigne certamen humanum numine interposito deorum factum: namque conserenti iam manum Romano corvus repente in galea consedit in hostem versus. quod primo

1. *ubi cum stationibus quieti tempus tererent:* P. — M: stationibus quieti tempus tererent. — Multi recc. codd.: stationibus quietis.

3. *prouocat per interpretem unum ex Romanis:* P. — M: per interpraetem.

5. *M. erat Valerius tr. mil. adulescens:* PM] M. erat — adolescens. — Leid. I. al.: M. erat Valerius tribunus plebis.

— *qui haud indigniorem eo decore se quam T. Manlium ratus:* P. — M: qui haud indigni rem eo*dem de*core se quam t. man*i*lium ra*p*tus.

8. *minus insigne certamen humanum numine interposito deorum factum:* PM rell. Lud. Walchius *auctum* pro *factum* scribi voluit, quod verum esse vix cuiquam persuaderi poterit. nemo enim non videt Livium nihil aliud dicere velle quam hoc: minus insignem hoc certamine virtutem humanam fuisse quam Manliano certamine fuerat, cum Camillum dei ipsi adiuvare voluerint praesenti sua ope. quem ad modum h. l. *numen deorum* scriptum videmus, sic aliis locis per se *numen* scriptum est. sic 2, 62.: vel numine aliquo defensa castra: „von irgend einer Gottheit beschützt". 5, 51.: tam evidens numen hac tempestate rebus adfuit Romanis. sic etiam 1, 55. legimus „movisse numen ad indicandam tanti imperii molem traditur deos": „das waltende Schicksal soll selbst Götter (deos Terminum Iuventatemque) veranlasst haben die Grösse der röm. Herrschaft vorherzuverkünden": quam interpretationem addidimus, quod multos interpretes verus huius loci sensus fugisse videbatur.

10. *quod primo ut in augurium caelo missum laetus accepit tribunus:* P cod. Klock.] quod primo ut augurium cet. (M m. 3.). — M m. 1.: ut auguriam. — „Nachdem der

ut in augurium caelo missum laetus accepit tribunus, precatus deinde, si divus si diva esset qui sibi praepetem misisset, volens propitius adesset. dictu mirabile, tenuit non solum ales captam semel sedem sed, quotienscumque certamen initum est, levans se alis os oculosque hostis rostro et unguibus adpetit, donec territum prodigii talis visu oculisque simul ac mente turbatum Valerius obtruncat. corvus ex conspectu elatus orientem petit. hac tenus quietae utrimque stationes fuere: postquam spoliare corpus caesi hostis tribunus coepit, nec Galli se statione tenuerunt et Romanorum cursus ad victorem etiam ocior fuit. ibi circa iacentis Galli corpus contracto certamine pugna atrox concitatur: iam non manipulis proximarum stationum sed le-

Tribun hierin zuerst ein zur günstigen Vorbedeutung ihm vom Himmel gesandtes Zeichen mit freudiger Seele erkannt hatte, so betete er dann, dass wenn ein Gott, wenn eine Göttin ihm den Vogel gesandt, sie ihm gnädig zur Seite stehen möchten". Cf. 21, 63.: id a plerisque in omen magni terroris acceptum. al. — M: praecatus. — M m. 1.: misisse. M m. 3. P: misisset. — Leid. I.: si diuus *aut* diua esset. — Harl. I.: qui praepetem misisset.

4. *quotienscumque certamen initum est:* P m. 2. M. — P m. 1.: initium.

5. *leuans se alis os oculosque hostis rostro et unguibus adpetit:* M Harl. I.] levans se — appetiit. Cf. 7, 22.: abit. — P m. 1.: leuans se alios oculosque hostis rostro et unguibus adpetit. P m. 2. Leid. I. Pall. 1. 3. Voss. II. multique alii codd.: leuans se ales os oculosque cet. Cf. 1, 34.: aquila suspensis demissa leviter alis.

6. *donec territum prodigii talis uisu:* P. — M: donec territum p | dii talas uisum oculisque. — P m. 1. M m. 1.: simulagmente. P m. 2. M m. 2.: simul ac mente.

8. *ex conspectu elatus:* PM Leid. I. al.] e conspectu cet. I. Fr. Gron. malebat *ablatus* scribi. — P: actenus quiete utrimque stationes fuere. M: actenus quiaete utrimque stationes fuere.

10. *nec Galli se statione tenuerunt:* PM. — Harl. I. Leid. I. multique alii: „*ne* galli" cet. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: et Romanorum cursus ad *uictoriam* etiam ocior fuit. — M: otior.

12. *iam non manipulis proximarum stationum:* P. — M:

gionibus utrimque effusis res geritur: Camillus laetum militem victoria tribuni, laetum tam praesentibus ac secundis diis ire in proelium iubet, ostentansque insignem spoliis tribunum „hunc imitare miles“ aiebat, „et circa iacentem ducem sterne Gallorum catervas“. dii hominesque illi adfuere pugnae depugnatumque haudquaquam certamine ambiguo cum Gallis est: adeo duorum militum eventum, inter quos pugnatum erat, utraque acies animis praeceperat. inter primos, quorum concursus alios exciverat, atrox proelium fuit: alia multitudo, priusquam ad coniectum teli veniret, terga vertit. primo per Vulscos Falernumque agrum dissipati sunt, inde Apuliam ac mare inferum petierunt. consul con-

proximorum. — PM: utrimque.

1. *laetum militem:* PM. — Leid. I. Voss. II. al.: laeta-tum militem. — M: ac secundis diis ir*ae* in cet. — P: *h*ostentansque. — M m. 1. P: sterne gallorum cateruas. M m. 3.: sterne. Leid. I. al.: sternere.

6. *depugnatumque haudquaquam certamine ambiguo cum Gallis est:* P. — M: depugnatumque haudquamquam *certa* | *in* ambiguo cum gallis est. M m. 3.: certamine.

7. *adeo duorum militum euentum inter quos pugnatum erat utraque acies animis praeceperat:* PM Harl. I. Leid. I. al.] adeo — perceperat (recc. quid. codd. prob. I. Fr. Gron.). — Utraque acies illud certamen animis praeceperat altera tamquam faustum altera tamquam infaustum futuri proelii omen. Cf. 10, 26.: tanta laetitia ac gratulatio fuit ut praeciperetur victoria animis. 9, 5: haec frementibus hora fatalis ignominiae advenit, omnia tristiora experiundo factura quam quae praeceperant animis. 42, 61.: ex eo quod acciderat spem futuri praecipientes. 31, 49. 35, 35. al.

10. *priusquam ad coniectum teli ueniret:* P. — M: priusquam ad iectum teli ueniret. m. 3.: ad iactum.

11. *primo per uulscos falernumque agrum dissipati sunt:* PM] primo per Volscos cet.

12. *inde Apuliam ac mare inferum petierunt:* PM rell.] inde Apuliam ac mare superum petierunt (duo recc. codd. probb. Glareano et Sig.). — Cum ad inferum mare Volsci, ad superum Appuli essent, *inferum* loci rationi repugnare contenderunt. sed cur fieri non potuit, ut aut cum primo Apuliam petivissent,

tione advocata laudatum tribunum decem bubus aureaque corona donat. ipse iussus ab senatu bellum maritimum curare cum praetore iunxit castra. ibi quia res trahi segnitia Graecorum non committentium se in aciem videbantur, dictatorem comitiorum causa T. Manlium Torquatum ex auctoritate senatus dixit. dictator magistro equitum A. Cornelio Cosso dicto comitia consularia habuit, aemulumque decoris sui absentem M. Valerium Corvum — id enim illi deinde cognominis fuit — summo favore populi tris et vi-

inde reversi Campaniam peterent: aut ut duobus agminibus, qui mos erat illorum populorum, alii Apuliam, alii Campaniam et inferum mare peterent? quam alteram huius loci interpretationem veriorem esse etiam *dissipati* docere potest.

3. *ibi quia res trahi segnitia Graecorum non committentium se in aciem uidebantur:* PM: praeterquam quod primo in P erat „s*i*gnitia". — PM Leid. I.: t. manilium torquatum.

7. *aemulumque decoris sui:* M. — P: „aemulum*que* decoris*q*. sui". Hinc factum videtur ut in Leid. I. scriberetur: „aemulum *quamquam* decoris sui".

8. *M. Valerium Coruum:* PM rell. Idem *Coruus* in Capit. fragm. repertum est et legitur in melioribus Livianis codd. omnibus eis locis, quibus integrum Valerii nomen scribendum videbatur. in eisdem vero Livianis libris etiam altera illius cognominis forma *Coruinus* reperitur 7, 32. 40., quam cum Drakenb. al. deletam nolim, cum ea sola alii antiqui scriptores et poetae usi sint. Cf. M. Manilii astron. 1, 778.: et commilitio volucris Corvinus adeptus Et spolia et nomen. Iuvenalis sat. 8, 5. seqq. Aul. Gell. 9, 11.: — „sic tribunus spectante utroque exercitu et sua virtute nixus et opera alitis propugnatus ducem hostium ferocissimum vicit interfecitque, atque ob hanc causam cognomen habuit Corvinus. — Statuam Corvino isti divus Augustus in foro suo statuendam curavit" cet. Ammian. Marcell. 24, 4. 5. — Recc. quid codd.: id enim illi deinde loco cognominis fuit.

9. *tris et uiginti natum annos* scripsimus ea quae Valerius de se ipse locutus fertur secuti: 7, 40.: „ea aetate consulatum adeptus eram ut potuerim tris et xx annos natus coš. patribus quoque ferox esse": PM. — P: tres

ginti natum annos consulem renuntiavit: collega Corvo de plebe M. Popillius Laenas quartum consul futurus datus est. cum Graecis a Camillo nulla memorabilis gesta res: nec illi terra nec Romanus mari bellator erat: postremo cum litoribus arcerentur, aqua etiam praeter cetera necessaria usui deficiente Italiam reliquere. cuius populi ea cuiusque

et uiginti natum annos. M: III. &. XX. natum annos.
2. *M. Popilius Lenas* III. *cons.*: PM. Cf. 7, 12. — M: *iuturus* datus est. — Paulo post PM: li*t*oribus. — Leid. I.: Italiam relin*n*quere. Cf. 2, 10.
6. *cuius populi ea cuius gentis classis fuerit nihil certi est:* P. *cuius* populi eam *cuiusque* gentis classis fuerit cet.: M. — In Leid. I. h. l. nihil nisi hoc repertum est: cuius gentis classis fuerit nihil certi est. — Ant. Perizonius scribendum censuit „cuius populi ea cuius*ve* gentis classis fuerit": quae coniectura Liviani loci 45, 22. „principes gentium aut populorum" auctoritate probari videtur: sed cum aliis locis L. eam quam h. l. in M observatam repperimus rationem sequatur, *que* delere ausi non sumus. 45, 31. enim scriptum est „in omnibus Graeciae gentibus populisque", similique modo in aliis locis. Quod vero ad sensus discrimen inter haec duo verba intercedens attinet, res ita videtur se habere. eiusdem gentis omnes hi sunt, qui ex eadem velut stirpe oriundi eadem etiam lingua loquuntur. qui si crescente multitudine latiore quodam terrarum spatio se extendere coguntur, fieri non potest quin paulatim et caeli et terrae propriae vires virtutesque diversitatem quandam et communis omnium linguae et morum institutorumve effecerint, quo facto qui ex eadem gente orti erant in plures partes dividantur necesse est. hae partes nominari possunt populi, qui singuli consanguinitatis quidem iure cum omnibus qui eiusdem gentis sunt coniuncti sed et vitae domesticae rationibus et legibus quibus res publicas administrant ab ceteris plus minusve abhorrere videbuntur. sic legimus 6, 12. „non ex isdem semper populis exercitus scriptos, quamquam eadem semper gens bellum intulerit": 4, 49. „Aequos — accepta clades prohibuit Volanis suae gentis populo praesidium ferre": al. non semper vero L. in his rebus sibi constitisse alii loci docere videntur. haec gradatio a minore ad maius ascendens hoc de quo agitur loco scriptori ante oculos fuisse videtur,

gentis classis fuerit nihil certi est: maxime Siciliae fuisse tyrannos crediderim, nam ulterior Graecia ea tempestate intestino fessa bello iam Macedonum opes horrebat.

XXVII. Exercitibus dimissis cum et foris pax et domi concordia ordinum otium esset, ne nimis laetae res essent, pestilentia civitatem adorta coegit senatum imperare decemviris ut libros Sibyllinos inspicerent, eorumque monitu lectisternium fuit. eodem anno Satricum ab Antiatibus colonia deducta restitutaque urbs quam Latini diruerant. et cum Carthaginiensibus legatis Romae foedus ictum, cum amicitiam ac societatem petentes venissent. Idem otium domi forisque mansit T. Manlio Torquato C. Plautio con-

eademque, nisi quod a maioribus ad minora descenditur, 26, 27. „nullam in terris gentem esse, nullum infestiorem populum nomini Romano". „Welchem Staate und welchem Volke jene Flotte von Seeräubern angehört habe, lässt sich nicht mit Bestimmtheit ermitteln: am wahrscheinlichsten scheint es mir, dass sie von Sicilischen Tyrannen abgeschickt worden, da das jenseitige Griechenland durch innere Kriege erschöpft sich um diese Zeit gegen die immer mehr um sich greifende Macht Macedoniens zu wahren hatte". Cf. Diod. 16, 82. — M m. 1.: maceronum. m. 3.: macedonum. — Leid. I.: ulterior graeciae tempestate.

4. *exercitibus dimissis cum et foris pax et domi concordia ordinum. otium esset:* PM: nisi quod in P primo *dimisis* erat. — In Harl. I. (?) excidit *otium*. Cf. Drakenb. — M: ne nimis laet*a* res essent. — In Harl. I. omissum est *ciuitatem*.

6. *decemuiris:* PM cod. Gel. al. — Harl. I.: duumuiris. Cf. 6, 42. — P: libros sybillinos. M: libros sibillos. Cf. 1, 7.

8. *ab Antiatibus:* M m. 3. P. — M m. 1.: ab antiabus. — M: quam latini diuertant. m. 3.: diuertant. — Deinde M: et cum carthaginiensib. | relatis romae faedus ictum cet. — P: et cum carthaginiensibus legatis romae foedus ictum. Cf. Diod. 16, 69.: Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Μάρκον Οὐαλέριον καὶ Μάρκον Ποπίλλιον· — Ῥωμαίοις μὲν πρὸς Καρχηδονίους πρῶτον συνθῆκαι ἐγένοντο.

12. *T. Manlio Torquato C. Plautio consulibus:* Lovel. II. — PM rell.: t. manlio torquato. II. c. plautio coš.

sulibus. semunciarium tantum ex unciario fenus factum et in pensiones aequas triennii — ita ut quarta praesens esset — solutio aeris alieni dispensata est: et sic quoque parte plebis adfecta fides tamen publica privatis difficultatibus potior ad curam senatui fuit: levatae maxime res, quia tributo ac dilectu supersessum. Tertio anno post Satricum restitutum a Vulscis M. Valerius Corvus iterum consul cum C. Poetelio factus, cum ex Latio nuntiatum esset legatos ab Antio circumire populos Latinorum ad concitandum bellum, priusquam plus hostium fieret, Vulscis arma inferre iussus ad Satricum exercitu infesto pergit. quo cum Antiates aliique Vulsci praeparatis iam ante, si quid ab Roma moveretur, copiis occurrissent, nulla mora inter infensos diutino odio dimicandi facta est. Vulsci — ferocior ad rebellan-

— Cf. 7, 28. 8, 3. Illud *II* nihil aliud videtur fuisse quam particula *et* ab antiquiore quodam librario parum intellecta. sic enim L. similibus locis scribere solebat: ex. gr. 7, 1.: „inde L. Genucio *et* Q. Servilio consulibus et ab seditione et a bello quietis rebus“. 7, 12. al.

1. *semunciarium:* P. Cf. 7, 16.: de unciario fenore. — M: semun*t*iarium. Voss. II. multique alii codd.: semiunciarium. Cf. semustus, semermis al. — PM: foenus factum.

— *et in pensiones aequas triennii:* PM: h. e. ut aequis temporis spatiis per triennium ea solutio persolveretur. — Multi recc. codd.: in triennium. — Cf. 33, 30.: pensionibus decem annorum. — PM: aeris alieni*s*. — M m. 2.: alieni.

5. *quia tributo ac dilectu supersessum:* PM. — Harl. I. Voss. II. al.: ac dilect*ui*.

7. *M. Valerius Coruus iterum:* Lovel. 4.] M. Valerius Corvus secundum (recc. codd.). — Voss. II. al.: secundus. — Cf. 6, 18.: T. Quinctius Cincinnatus iterum. — PM: a uolscis m̄. ualerius coruus. II. coš. cum. c̄. petilio factus. Cf. 7, 11.

8. *cum ex Latio nuntiatum esset:* P. — M: num | tiatum. Leid. I.: cum exultatio nuntiatum esset. — PM: legatos *ab* Antio circumire. Cf. 4, 7.: legati ab Ardeatibus. — P: uolscis. M: uolcis. — M: exercitu*m* festo pergit. — PM: aliique uolsci. — M m. 1.: diutinodio. m. 3.: diutino odio.

14. *uulsci ferocior ad rebellandum quam ab bellandum gens certamine uicti* cet.: PM: nisi quod in P „uolsci“.

dum quam ad bellandum gens — certamine victi fuga effusa Satrici moenia petunt: et ne in muris quidem satis firma spe cum corona militum cincta iam scalis caperetur urbs, ad quattuor milia militum praeter multitudinem inbellem sese dedidere. oppidum dirutum atque incensum, ab aede tantum matris Matutae abstinuere ignem: praeda omnis militi data: extra praedam quattuor milia deditorum habita: eos vinctos consul ante currum triumphans egit, venditis deinde magnam pecuniam in aerarium redegit: sunt qui hanc multitudinem captivam servorum fuisse scribant, idque magis veri simile est quam deditos venisse.

XXVIIII. Hos consules secuti sunt M. Fabius Dorsuo Ser. Sulpicius Camerinus. Auruncum inde bellum ab repentina populatione coeptum, metuque ne id factum populi unius, consilium omnis nominis Latini esset, dictator velut adversum armatum iam Latium L. Furius creatus magistrum

— Pall. 1. 3.: „uulscorum ad rebellandum quam ad bellandum gens certamine uicta fugit". et sic Voss. II. nisi quod hic „uolscorum ferocior ad rebellandum cet. Cf. 7, 21.: tarda enim nomina. 5, 44.: gens est. — P: satis firma spe. M: satis firma spem. Harl. I. Leid. I.: satis firma spē.

4. *ad.* IIII. *militum praeter multitudinem inbellem sese dedidere:* PM. — Harl. I.: ad quatuor millia praeter cet.

5. *ab aede tantum matris matutae abstinuere ignem:* P. — M: matris ma uttae. m. 3.: matris matuttae.

7. *extra praedam.* IIII. *milia deditorum habita:* PM. — M: eos uictos. m. 4.: uīctos. — PM: coš.

11. *deditos uenisse:* PM Harl. I. Voss. II. al.] deditos veniisse. — Leid. I.: ueris simile.

12. *M. Fabius Dorsuo:* PM Harl. I. Leid. I. al.] M. Fabius Dorso (cod. Haverc.). — Voss. II. al.: Dorsus. — Idem *Dorsuo* restitui debebat 5, 46. Alia eiusdem Fabiae gentis cognomina erant Labeo, Buteo. Cf. Valer. Max. 1, 1.

16. *aduersum armatum iam latium:* PM Harl. I. Leid. I. Voss. II.] adversus cet. — P: „l. furius". M: „*uel* furius": hoc inde factum videtur quod *uel* in antiquis libris saepe littera *l* describebatur. — PM: māg. eq̄. cn. manlium capitolinum dixit.

equitum Cn. Manlium Capitolinum dixit: et cum, quod per magnos tumultus fieri solitum erat, iustitio indicto dilectus sine vacationibus habitus esset, legiones quantum maturari potuit in Auruncos ductae. ibi praedonum magis quam hostium animi inventi: prima itaque acie debellatum est. dictator tamen, quia et ultro bellum intulerant et sine detractatione se certamini offerebant, deorum quoque opes adhibendas ratus inter ipsam dimicationem aedem Iunoni Monetae vovit, cuius damnatus voti cum victor Romam revertisset dictatura se abdicavit. senatus duumviros ad eam aedem pro amplitudine populi Romani faciendam creari iussit, locus in arce destinatus quae area aedium M. Manli Capitolini fuerat. consules dictatoris exercitu ad bellum Vulscum usi Soram ex hostibus incautos adorti ceperunt. Anno

2. *dilectus:* PM] delectus. — P Voss. II. al.: „in aruncos ductae". M: „in aurum cos ductae". Paulo ante recte scriptum erat in PM „auruncum inde bellum".

5. *prima itaque acie debellatum est:* PM. — Voss. II. al.: prima utique acie cet.

— *dictator tamen quia et ultro* cet.: M. — P: dictator *autem* quia et ultro cet. Utrumque verum esse potest. — PM: „sine detractione". cf. ex. gr. 6, 28. ubi in P „sine retractatione", in M „sine retractione" scriptum est. — Voss. I. al.: sine detractatione.

8. *aedem iunoni Monetae uouit:* P. — M: „aedaem iunoni monitae". idem paulo post in omnibus bonis codd. scriptum est. — Harl. I. Leid. I.: iunoni monitate. — PM rell.: cuius damnatus uoti. cf. 5, 25. al.

12. *quae area aedium M. Manli Capitolini fuerat:* P. — M: que | area eaedium m̄. manli capitolinis fuerat. m. 2.: capitolini.

13. *coss̄. dictatoris exercitu ad bellum uolscum usi soram ex hostibus incautos adorti ceperunt:* P m. 2. — P m. 1.: „coss̄ dictatoris *infestu* exercitu" cet. *Infesto* autem *exercitu*, quamquam saepe ita apud Livium scriptum legitur, non huius loci videtur esse. — M: coss̄ dictatoris exercitu ad bellum uolscum usus oram ex hostibus cet. — Harl. I.: incautos adorunti. Leid. I.: in cautes adorti.

post quam vota erat aedes Monetae dedicatur C. Marcio Rutilo tertium T. Manlio Torquato iterum consulibus. prodigium extemplo dedicationem secutum simile vetusto montis Albani prodigio: namque et lapidibus pluit et nox interdiu visa intendi: librisque inspectis cum plena religione civitas esset, senatui placuit dictatorem feriarum constituendarum causa dici. dictus P. Valerius Publicola, magister equitum ei Q. Fabius Ambustus datus est. non tribus tantum supplicatum ire placuit sed finitimos etiam populos, ordoque iis quo quisque die supplicarent statutus. iudicia eo anno populi tristia in feneratores facta, quibus ab aedilibus dicta dies esset, traduntur. et res haud ulla insigni

1. *aedes Monetae dedicatur:* P m. 2. — P m. 1. Harl. I. Leid. I.: mon*i*tae. M: monite. — *C. Marcio Rutilo.* III. *T. Manlio Torquato.* II. *cons.:* PM. De *iterum* cf. 6, 18.: T. Quinctius Cincinnatus iterum. — Recc. codd.: T. Manlio Torquato *secundum.*

2. *prodigium extemplo dedicationem secutum:* P. — M Harl. I. Leid. I.: dedicatione. — Cf. 1, 31.

4. *namque et lapidibus pluit:* PM] namque — pluvit (recc. codd.). Cf. 1, 31. 3, 10. 30, 38. — M: et nox interdiu uisa intend*e*. m. 3.: intende.

5. *librisque inspectis cum plena religione* (P: relegione) *ciuitas esset:* PM. — Recc. codd.: libris quoque inspectis. — P m. 1.: constituendam*r*um.

7. *dictus P. Valerius Publicola:* P. — M: „dictus | *prae*ualerius publicola". p̄ enim significare poterat et *publius* et *prae.* — P m. 2.: mag̃ equitum *ei* q̄. fabius ambustus datus est. P m. 1. Leid. I. al.: mag̃. equitum & q̄. fabius cet. M: ma. c̄. equitum equitus fabius cet. m. 3.: ma. g̃. equitum equitus cet. — Paulo post M „*su*plicatum" et „su*p*licarent", quemadmodum in cod. Laurishamensi scriptum reperiri solet. — P: ordoque *is* quo quisque die supplicarent. — Omnia quae ab *supplicatum* usque ad *supplicarent* in melioribus codd. leguntur exciderunt in Harl. I.

11. *in feneratores:* P. — M: in foeneratores. — PM Harl. I. Leid. I.: „tristit*ia*" pro *tristia.* Cf. 7, 25.

12. *dicta dies:* PM cod. Gel. — PM: esse*n*t. P m. 2.: esset. — Drakenb. codd.: dictae dies essent. Cf. 10, 13.: eo anno plerisque dies dicta ab aedilibus.

ad memoriam causa ad interregnum redit: ex interregno — ut id actum videri posset — ambo patricii consules creati sunt M. Valerius Corvus tertium A. Cornelius Cossus.

XXIX. Maiora iam hinc bella et viribus hostium et longinquitate vel regionum vel temporum spatio quibus bellatum est dicentur. namque eo anno adversus Samnites gentem opibus armisque validam mota arma: Samnitium bellum ancipiti Marte gestum Pyrrhus hostis, Pyrrhum Poeni secuti. quanta rerum moles! quotiens in extrema periculorum ventum, ut in hanc magnitudinem quae vix sustinetur erigi imperium posset! Belli autem causa cum Samnitibus Romanis, cum societate amicitiaque iuncti essent, extrinse-

1. *redit:* PM Leid. I. al.] rediit. Cf. 7, 26.: adpetit. al. — M: causā | ad interregnum redit *iuditia popu* | *li tristitia in feneratores et interregnum* ex interregno ut id actum uideri posset cet. Cf. 7, 20.: et aedis Apollinis dedicata est.

2. *ambo patricii coss̄.* (M: coš.) *creati sunt M. Valerius Coruus.* III. *A. Cornelius Cossus:* PM.

4. *maiora iam hinc bella et uiribus hostium et longinquitate uel regionum uel temporum spatio:* PM: nisi quod in P primo erat „*regionom*". — I. Fr. Gronovius et A. Drakenb. *spatio* deletum maluerunt, quod etiam *temporum* ad *longinquitate* referri posset: (5, 6.: taedium longinquae oppugnationis. 7, 16.: agrum — integrum pace longinqua: al.). nec dubium est quin ita a Livio scribi potuerit, quamquam non peius videtur quod in optt. codicibus relatum legimus. ordo tamen verborum est hic: „iam hinc bella dicentur maiora *et* viribus hostium *et* vel. regionum longinquitate vel temporum spatio". — Harl. I. Leid. I. uel re*lig*ionum.

8. *ancipiti marte:* M al. — P m. 1.: accipite marte. P m. 2. Voss. II.: ancipite. — M: samni*ci*um bellum. Recc. quid. codd.: samniticum bellum. — *Pyrrhus hostis Pyrrhum Poeni secuti:* P m. 2. — P m. 1. M: pyrrus hostis pyrrum poeni cet. Cf. 29, 18. Put. Colb. Bamb.: „Pyrr*hi* bello". 1, 3.: Reae Silviae. al.

9. *quotiens in extrema periculorum uentum ut in hanc magnitudinem* cet.: PM. Cf. 7, 25.: hae vires populi Romani quas vix terrarum capit orbis. al.

12. *Romanis cum societate amicitiaque iuncti essent ex-*

cus venit, non orta inter ipsos est. Samnites Sidicinis iniusta arma quia viribus plus poterant cum intulissent, coacti inopes ad opulentiorum auxilium confugere Campanis sese coniungunt. Campani magis nomen ad praesidium sociorum quam vires cum attulissent, fluentes luxu ab duratis usu armorum in Sidicino pulsi agro in se deinde molem omnem belli verterunt: namque Samnites omissis Sidicinis ipsam arcem finitimorum Campanos adorti, unde aeque facilis victoria praedae atque gloriae plus esset, Tifata imminentis Capuae collis cum praesidio firmo occupassent, descendunt inde quadrato agmine in planitiem quae Capuam

trinsecus uenit: PM: „die Veranlassung zu diesem Kriege kam den Römern von aufsen her". Voss. II.: belli autem causa cum Samnitibus Romanis*que.*

2. *quia uiribus plus poterant:* P m. 2. M. — P m. 1.: qua uiribus cet. — P m. 2. M m. 3.: coacti inopes. P m. 1.: coacta inopes. M m. 1.: coactinopes.

4. *Campani magis nomen ad praesidium sociorum quam uires cum attulissent:* PM. Cf. 5, 18.: Si et collegas eosdem reficitis etiam usu meliores factos, me iam non eundem sed umbram nomenque P. Licini relictum videtis: vires corporis adfectae, sensus oculorum atque aurium hebetes, memoria labat, vigor animi obtunsus. 3, 65.: nomina tantum se biennio habuisse.

7. *namque Samnites omissis Sidicinis* cet.: PM: nisi quod primo in P *omisis* erat. — Recc. codd.: nam Samnites. — M m. 1. P: Campanos adorti. M m. 3.: campano℞: h. e.: campanorum.

9. *Tifata inminentis Capuae collis:* P] Tifata imminentes Capuae colles. — M m. 1.: tifata inminentis capuae colles. M m. 3.: tifatā. Recc. multi codd.: Tifatam imminentem Capuae collem. Harl. I. Voss. II. al.: tifacta. — Cf. 26, 5.: in valle occulta post Tifata montem inminentem Capuae consedit. 23, 36.: retro in castra super Tifata se recepit: (Put. Colb.: tifatia). 23, 39. 43. Put.: „in tifatis". C. Sil. Ital. 12, 486.: ipse Tifata insidit, propior qua moenibus instat Collis, et e tumulis subiectam despicit urbem.

11. *quae Capuam Tifataque inter iacet:* M m. 1. P. — Cf. 22, 3.: Etrusci campi qui Faesulas *inter* Arretiumque iacent. 21, 30.: finem sperent campum interiacentem Tiberi

Tifataque inter iacet. ibi rursus acie dimicatum, adversoque proelio Campani intra moenia conpulsi, cum robore iuventutis suae acciso nulla propinqua spes esset, coacti sunt ab Romanis petere auxilium.

XXX. Legati introducti in senatum maxime in hanc sententiam locuti sunt: „populus nos Campanus legatos ad vos patres conscripti misit amicitiam in perpetuum auxilium praesens a vobis petitum. quam si secundis rebus nostris petissemus, sic ut coepta celerius ita infirmiore vinculo contracta esset: tunc enim, ut qui ex aequo nos venisse in amicitiam meminissemus, amici forsitan pariter ac nunc, subiecti atque obnoxii vobis minus essemus: nunc misericordia vestra conciliati auxilioque in dubiis rebus defensi beneficium quoque acceptum colamus oportet, ne ingrati

ac moenibus Romanis. — Harl. I.: Leid. I. Voss. II. al.: tifactaque. M m. 3.: tifatāque. Recc. multi codd.: Tifatamque.

2. *cum robore* (M: robure) *iuuentutis suae acciso nulla propinqua spes esset:* PM. — Cod. Gel. Harl. I. Leid. I.: acciso. Recc. codd. alii „occiso“ alii „absciso“. Cf. 3, 10.: etsi abscisae res sint. 8, 11.: adeo enim accisae res sunt ut consuli — dederent se omnes Latini.

6. *legatos ad uos. p̄c̄. misit:* PM: nisi quod in P primo „legatus“. — PM rell.: „amicitiam in perpetuum, auxilium praesens a uobis petitum“. Minus apte Lovel. 2.: „— auxilium *in* praesens a uobis petitum“. Cf. 7, 37.: milites — duplici frumento in perpetuum, in praesentia singulis bubus — donati. 2, 42.: nec in praesens modo sed in venientem etiam annum. al.

8. *quam si secundis rebus nostris petissemus, sic ut coepta celerius ita infirmiore uinculo contracta esset:* PM: praeterquam quod m. 1. cerius, m. 2. *celerius* in P scriptum. — Mendo typothetarum nisi fallor apud Bekk. scriptum est „petiss*i*mus“ et „meminiss*i*mus“.

12. *subiecti atque obnoxii uobis minus essemus:* P. — M: subiecti atque obnoxii nouis minus essemus. — Haec verba praetermissa sunt in Harl. I. Leid. I. Voss. II. Pall. 1. 3.

— *nunc misericordia uestra conciliati:* PM. — Harl. I.: his nunc misericordia cet. Leid. I.: his misericordia. Voss. II.: nunc his miseric. Recc. quid. codd.: at nunc miseric.

atque omni ope divina humanaque indigni videamur. neque hercule, quod Samnites priores amici sociique vobis facti sunt, ad id valere arbitror, ne nos in amicitiam accipiamur sed ut vetustate et gradu honoris nos praestent: neque enim foedere Samnitium ne qua nova iungeretis foedera cautum est. fuit quidem apud vos semper satis iusta causa amicitiae velle eum vobis amicum esse qui vos appeteret: Campani — etsi fortuna praesens magnifice loqui prohibet —

3. *ad id ualere arbitror:* PM. — Recc. quid. codd.: „arbitramur". sed cf. quae deinceps sequuntur „ut arbitror" — „non loquor" — „certum habeo".

— *ne nos in amicitiam accipiamur:* M. — P: ne nos in amicitiam *suscipiamur.* Recc. quid. codd.: recipiamur. Cf. 8, 25.: foedere ergo in amicitiam accepti. 9, 41. 38, 39. 26, 32.: in fidem clientelamque se urbemque Syracusas acciperet. al.

4. *sed ut uetustate et gradu nos praestent:* M. — P: sed ut uetustate gradu nos praestent. Cod. Klock.: nobis praestent.

— *neque enim foedere Samnitium* (M: samnicium) *ne qua noua iungeretis foedera cautum est:* PM. — Harl. I. Leid. I.: „neque noua iungeretis foedere": h. e. ne quae nova foedera iungeretis. cf. 7, 31.: ne qua vobis vis fiat. — Paulo post multi recc. codd.: uelle uobis eum amicum esse.

8. *Campani etsi fortuna praesens magnifice* (M m. 1.: manifice) *loqui prohibet non urbis amplitudine non agri ubertate ulli populo praeterquam uobis cedentes haud parua ut arbitror accessio bonis rebus uestris in amicitiam uenimus uestram:* PM. Quid Livius h. l. dicere voluerit, parum videntur eorum recc. codd. librarii perspexisse, qui „*si* in amicitiam uestram uenimus" scribi voluerunt, ex qua interpretatione hic locus non cum priore et sequente sed cum sequenti solum coniungendus, nec *venimus* sed *venerimus* scribendum esset. Optimis vero libris testibus ille Campanorum legatus Romanis satis iustam semper fuisse amicitiae causam dicit, si quis eorum amicus fieri vellet: Campanos appetere Romanorum amicitiam: nec id pro nihilo habendum esse: Campanis enim persuasum esse se haud parvam accessionem illorum rebus bonis futuros esse, cum, quandocumque hostes adversus Romanos se moverint, pro eorum imperio dimicare parati

non urbis amplitudine non agri ubertate ulli populo praeterquam vobis cedentes haud parva ut arbitror accessio bonis rebus vestris in amicitiam venimus vestram: Aequis Vulscisque aeternis hostibus huius urbis, quandocumque se moverint, ab tergo erimus, et quod vos pro salute nostra priores feceritis, id nos pro imperio vestro et gloria semper faciemus: subactis his gentibus quae inter nos vosque sunt, quod prope diem futurum spondet et virtus et fortuna vestra, continens imperium usque ad nos habebitis. acerbum ac miserum est quod fateri nos fortuna nostra cogit: eo ventum est patres conscripti, ut aut amicorum aut inimico-

sint. „in amicitiam igitur vestrăm venīmus" (non „venĭmus") fortius dictum est quam „vestram amicitiam petituri venimus", quasi dubium esse non posset quin benigno animo Romani Campanos accipere vellent. — In Harl. I. excidit *uestram.*

3. *aequis uolscisque aeternis hostibus huius urbis:* PM cod. Klock. al. — In Harl. I. Leid. I. Pall. 1. 3. Voss. II. aliisque doctius quam verius scriptum est: „*alternis* hostibus huius urbis". Cf. 3, 16.: aeterni hostes Vulsci et Aequi. — P m. 2. M: quandocumque. P m. 1.: quando quoque. — P m. 2.: id nos pro imperio uro et gloria semper faciemus. P m. 1. M Leid. I.: id nro imperio uestro et gloria semper faciemus. Harl. I.: id nos imperio uestro et gloria cet.

7. *subactis his gentibus:* PM] subactis iis g. — M m. 1.: hauebitis. M m. 2. P: habebitis.

9. *acerbum ac miserum est quod fateri nos fortuna nostra cogit:* PM. — Leid. I. Voss. II. al.: coegit. In Harl. I. septem priora verba exciderunt.

10. *eo uentum est. p̄c̄. ut aut amicorum aut inimicorum Campani simus:* P m. 2. M. — P m. 1.: sumus. — In Leid. I. excidit „aut inimicorum". — Mirum quidem videri potest qui, cum Campani modo amici Romanorum fieri velle dicerentur, legatus ita loqui potuerit. verum id ex tota oratione apparet, speciem quidem quandam pristinae magnitudinis dignitatisque Campanos servare velle, sed eosdem si aliter se tueri non possent, paratos esse Romanis se dedere. huc inprimis spectat quod iam initio orationis dictum erat „subiecti atque obnoxii vobis minus essemus".

rum Campani simus: si defenditis, vestri, si deseritis, Samnitium erimus: Capuam ergo et Campaniam omnem vestris an Samnitium viribus accedere malitis deliberate. omnibus quidem Romani vestram misericordiam vestrumque auxilium aequum est patere, his tamen maxime qui eam inplorantibus aliis, auxilium dum supra vires suas praestant, omnes ipsi in hanc necessitatem venerunt. quamquam pugnavimus verbo pro Sidicinis re pro nobis, cum videremus finitimum populum nefario latrocinio Samnitium peti et, ubi conflagrassent Sidicini, ad nos traiecturum illud incendium

1. *si deseritis:* M m. 3. P. — M m. 1.: si des*i*ritis.
2. *uestris an Samnitium* (M: samnicium) *uiribus accedere malitis deliberate:* P m. 2. M m. 2. — P m. 1.: mal*a*tis. P m. 1. M m. 1.: deliber*t*ate.
4. *uestram misericordiam:* PM: sed in M scriptum est „ūram mīam“.
5. *his tamen maxime:* PM] iis tamen maxime. „Vorzüglich jedoch denen, die wenn Andere ihr Mitleid in Anspruch nahmen und sie denselben über ihre Kräfte Hülfe angedeihen liessen, sich dadurch selbst in die gleiche Nothwendigkeit gebracht haben“. Desiderari quidem potest *veniunt:* sed L. cum *venerunt* scriberet, transire voluit ab eo quod exempli loco dictum videbatur ad id quod re vera iam factum erat.
7. *quamquam pugnauimus uerbo pro Sidicinis re pro nobis:* PM. — H. e.: quamquam quid dico? non sola misericordia ducti sumus ut Sidicinis auxilium ferendum esse censeremus: specie tantum pro Sidicinis, re ipsa pro nobis dimicavimus, cum videremus, si Sidicini Samnitium imperio subiecti essent, fore ut nosmetipsi ab eisdem Samnitibus peteremur. Cf. 7, 13.: quamquam de gloria vix dicere ausim. — In Lovel. 2. scriptum est „ubi conflagrassent Sidicinos, ad nos traiecturi illud incendium essent“, quod librario *traiecturum* non intransitiva significatione ferendum videbatur. sed cf. ex. gr. 31, 48.: „ex duabus coloniis, quae velut claustra ad cohibendos Gallicos tumultus oppositae fuissent, cum una direpta et incensa esset traiecturumque id incendium velut ex continentibus tectis in alteram tam propinquam coloniam esset, quid tandem praetori faciendum fuisse?“ — M: samnicium.

esse. nec enim nunc quia dolent iniuriam acceptam Samnites sed quia gaudent oblatam sibi esse causam, oppugnatum nos veniunt —: an si ultio irae haec et non occasio cupiditatis explendae esset, parum fuit quod semel in Sidicino agro iterum in Campania ipsa legiones nostras cecidere? quae est ista tam infesta ira quam per duas acies fusus sanguis explere non potuerit? adde huc populationem agrorum praedas hominum atque pecudum actas incendia villarum ac ruinas omnia ferro ignique vastata: — hiscine ira expleri non potuit? sed cupiditas explenda est: ea ad oppugnandam Capuam rapit, aut delere urbem pulcherrimam aut ipsi possidere volunt: sed vos potius Romani beneficio vestro occupate eam quam illos habere per maleficium sinatis. non loquor apud recusantem iusta bella po-

1. *nec enim nunc quia dolent:* P. — M: nec enim ñc q̱ dolent.

3. *an si ultio* (M: ulcio) *irae haec et non occasio cupiditatis explendae esset parum fuit* cet.: PM. „Oder aber, wenn sie nur ihren Unwillen über die geleistete Hülfe auslassen und nicht vielmehr die Gelegenheit ihre Raublust zu stillen ergreifen wollten, konnte ihnen da das nicht genügen dafs sie" u. s. w.

6. *quae est ista tam infesta ira quam per duas acies fusus sanguis explere non potuerit:* P. — M: quae est ista tam infesta ira p̱ duas acies fusus | sanguinis explere non potuerit. — In Leid. I.: „explere non *potuerat*" non latine scriptum est, cum *quam potuerit* idem sit quod „*ut* eam explere non *potuerit*".

9. *hiscine ira expleri non potuit:* M. — P: hiscine ira explere non potuit. — Recc. codd. alii *haeccine*, alii *hiccine*.

10. *ea ad oppugnandam Capuam rapit:* M. — P: „ad oppugnand*um* capuam": quod non minus verum esse potest, cum L. multo saepius hoc gerundio usus sit, quam ex recc. editt. videri possit.

11. *aut delere urbem pulcherrimam aut ipsi possidere uolunt:* P. — M: „aut delere urbem pulcherrimam aut ipsam possideri uolunt". si *ipsam* verum est, Livium „aut *ipsi eam* possidere volunt" scripsisse oportet.

12. *sed uos potius romani beneficio uestro occupate eam quam illos habere per maleficium sinatis:* PM. — Haverc.: „sed potius uos". Idem liber aliique recc.: per uiolentiam.

coniuges liberosque nostros esse? stare omnem multitudinem ad portas viam hinc ferentem prospectantes certum habeo, quid illis nos patres conscripti sollicitis ac pendentibus animis renuntiare iubeatis: alterum responsum salutem victoriam lucem ac libertatem, alterum — ominari horreo quae ferat: proinde ut aut de vestris futuris sociis atque amicis aut nusquam ullis futuris nobis consulite".

1. *stare omnem multitudinem ad portas uiam hinc ferentem prospectantes:* PM. — In Leid. I. scriptum est *ferentes*, quasi id verbum ad *portas* pertineret. verum h. l. ne *prospectantes* quidem ad *portas* (Tac. Ann. 14, 9. Hist. 5, 6.) sed ad *multitudinem* referendum esse arbitror. Cf. 6, 19.: simul multitudo — viderint et — facti erunt cet. 24, 21.: multitudo pars procurrit in vias, pars in vestibulis stat, pars ex tectis fenestrisque *prospectat* et quid rei sit rogitant. 22, 14. 29, 26. al. 5, 48.: Capitolinus exercitus — diem de die prospectans, ecquod auxilium ab dictatore appareret. — P m. 2. M m. 3.: certum habeo. M m. 1.: centum. P m. 1.: abeo. — „Ich bin überzeugt, dass das ganze Volk an den Thoren steht sehnsüchtig den Weg, der von hier zu ihnen führt, hinabblickend in der Erwartung, was für eine Antwort ihr den bekümmerten Herzen würdet bringen lassen".

3. *sollicitis ac pendentibus animis:* PM rell.] sollicitis ac pendentibus animi. Cf. 7, 10.: animis spe metuque pendentibus. — Recc. quid. codd.: quid illis *uos* cet.

4. *alterum responsum salutem uictoriam lucem ac libertatem alterum ominari horreo quae ferat:* PM: nisi quod in M „omineri" scriptum est. Ex *ferat* ad prius *alterum* supplendum esse *feret* nemo non videt. cf. de hoc breviore orationis genere quae 4, 2. „quem ad modum plebs" dicta sunt. 7, 40.: in vos — horreo dicere — hostis.

6. *proinde ut aut de uestris futuris sociis atque amicis:* P. — M: proinde ut aut de uestris futuris sociisq. | amicis. — In multis recc. codd. excidit *ut*. Aliorum codd. librarii *ut aut* — *aut ut* sibi videbantur videre: Leid. I. Voss. II. al.: sociis aut amicis ut nusquam cet. — PM: „aut nusquam ullis futuris nobis consulite". Cf. 6, 18.: ipse vindex vester, ubi visum inimicis est, *nullus repente fui* cet.

XXXI. Summotis deinde legatis cum consultus senatus esset, etsi magnae parti urbis maxima opulentissimaque Italiae, uberrimus ager marique propinquus ad varietates annonae horreum populi Romani fore videbatur, tamen tanta utilitate fides antiquior fuit responditque ita ex auctoritate senatus consul: „auxilio vos Campani dignos censet senatus, sed ita vobiscum amicitiam institui par est ne qua vetustior amicitia ac societas violetur: Samnites nobiscum foedere iuncti sunt: itaque arma deos prius quam homines violatura adversus Samnites vobis negamus: legatos, sic ut fas iusque est, ad socios atque amicos precatum mittemus ne qua vobis vis fiat“. ad ea princeps legationis — sic

2. *urbis maxima opulentissimaque Italiae:* M m. 1.] urbs (M m. 2. P). — Haec forma antiquior in vetustis libris interdum conservata est: 4, 3. 7, 19. al. Sic dicebantur plebes plebis plebs, opis ops, nubes nubis nubs, trabes trabs (Varro L. L. 7, 33.), ancipes anceps, praecipes praeceps (7, 23), al. Cf. C. L. Schneid. lat. Gramm. Formenl. p. 469. Abundantia.

3. *uberrimus ager marique propinquus ad uarietates annonae horreum pir̄* (P: p̄r̄) *fore uidebatur:* PM: nisi quod in P scriptum est *uidebat* pro *uidebat2*. — „Ad varietates annonae“ h. e. si quando annona laborarent (3, 31. al.), ab re frumentaria (Caes. b. gall. 7, 10.). — In multis recc. codd. scriptum esse dicitur *poro* h. e. *populo romano:* sed potior nobis erat codicis M auctoritas.

5. *responditque ita ex auctoritate senatus cos̄.:* PM.

9. *arma deos prius quam homines uiolatura:* M: h. e. quae deos foederum testes prius quam homines violatura essent. In P primo scriptum erat „arma deos prius quam homines *uiolat* aduersus samnites“, dein eadem m. 1. additum est *uri*, ut fieret *uiolaturi*, quod minus probandum videtur. — M m. 1.: „aduer sam | nites“. m. 3.: aduersu' sam | nites.

12. *ne qua uobis uis fiat:* M m. 3. P. — M m. 1.: „neq. uob̄ uis fiat“: h. e. „ne quae uobis uis fiat“: quod pro vero habere non ausim, cum in eodem hoc M *neq.* pro *ne qua* et eis locis non numquam scriptum sit, quibus *quae* probari non possit. ex. gr. 9, 36. P: *nequa* inter conloquia insigni nota haesitantes deprendi possent. M:

enim domo mandatum attulerant — „quando quidem“ inquit „nostra tueri adversus vim atque iniuriam iusta vi non vultis, vestra certe defendetis: itaque populum Campanum urbemque Capuam — agros delubra deum divina humanaque omnia — in vestram patres conscripti populique Romani dicionem dédimus, quidquid deinde patiemur dediticii vestri passuri“. sub haec dicta omnes manus ad consules tendentes pleni lacrimarum in vestibulo curiae procubuerunt. commoti patres vice fortunarum humanarum, si ille

neq. inter conl. cet. — M m. 3.: neq. uoƀ uis fiat.

1. *quando quidem inquit:* M. — P: „quando quidem inquid nostra tueri aduersos uim atque iniuriam iusta ui non uultis uestra certe defendetis“. M: uestra certe *do detis* itaq. populum cet. Leid. I.: defend*i*tis.

4. *agros delubra deum diuina humanaque omnia:* PM. Cf. 1, 38. — Deinde P: „in uestra. p̄c. pop̄que. r̄. dicionem dedimus“. M: „humanaque oīa ur̄a | p̄c. pop̄. que. r̄. dicionē dedimus“. Harl. I.: „in uestra patres conscripti populique romani dicione dedimus“. Multi recc. codd.: „in uestra patres conscripti populique romani potestate dedimus“. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: „in uestra potestate populique romani dedimus“. — Quod si *uestrā* pro *uestra* scriptum erit, in uno P vera scriptura huius loci servata videbitur.

6. *quidquid deinde patiemur dediticii uestri passuri:* P. — M: quidquid deinde patiemur dedicii ur̄i passuri. Harl. I.: quicquid inde patiemur dedicii cet. — Idem *dedicii* scriptum est in Leid. I. Voss. II. al.

7. *omnes manus ad coss̄. tendentes:* P. — M: homines manus ad coss̄. tendentes. Cf. 7, 30.: frequentia omnium generum. 3, 54. al.

9. *commoti patres uice fortunarum humanarum si ille* cet.: PM. Dukerus se videre negat, qui haec verba cum sequentibus „tum iam fides agi visa“ cohaerere possint. sed haec nec coniungi possunt nec coniungenda Livio videbantur. ad priora enim supplendum est *sunt*, quem ad modum in recc. quibusdam codd. scriptum est „commoti sunt patres“, quamquam hoc supplemento scripto opus non est, cum permulti loci integri verbum substantivum a Livio modo poni modo praeteriri solitum esse doceant. „Dieser Wechsel menschlicher Schicksale machte auf

praepotens opibus populus luxuria superbiaque clarus, a quo paulo ante auxilium finitimi petissent, adeo infractos gereret animos ut se ipse suaque omnia potestatis alienae faceret. tum iam fides agi visa deditos non prodi, nec facturum aequa Samnitium populum censebant si agrum urbemque per deditionem factam populi Romani oppugnarent. legatos itaque extemplo mitti ad Samnites placuit: data mandata ut preces Campanorum, responsum senatus amicitiae Samnitium memor, deditionem postremo factam Samnitibus exponerent: peterent pro societate amicitiaque ut de-

die Väter einen tiefen Eindruck, wenn selbst jenes reiche und üppige Volk, dessen Beistand noch kurz zuvor die Nachbaren in Anspruch genommen hätten, so ganz gebrochenen Muthes wäre, aus freiem Antriebe sich und alles das Seine einer fremden Macht zu unterwerfen. Da schien es denn nun das auf den Senat gesetzte Vertrauen zu erheischen, dass man die, welche sich ganz dem Röm. Volke hingegeben hätten, nicht dem Feinde Preis gäbe" u. s. w. — De particulae *si* significatione cf. 7, 13.: „si nos et hostes haud secus quam feminas — eludunt". — PM: pau*l*o ante. — M: ut se ipse sua|omnia cet. — In P scriptum m. 1. erat „potestatis alienę facerent", (et in fragm. Haverc. „gererent"), quae integrior scriptura esse potest, cum et alias (ex. gr. 6, 20.) *populus* et *plebs* cum plurali coniuncta legantur.

4. *nec facturum aequa samnitium populum censebant:* PM. — Leid. I.: ne facturum cet. — P: urbemque per deditionem factam p̄r̄. oppugnarent. M: factam pip̄. oppugnarent.

7. *data mandata ut* cet.: PM. — Recc. quid. codd.: data mandata sunt ut cet.

8. *responsum senatus amicitiae Samnitium memor:* PM Harl. I. Leid. I. — I. Fr. Gron. malebat scribi „senatus — memor*is*" cum recc. quibusd. codd.

10. *peterent pro societate amicitiaque ut dediticiis suis parcerent neque in eum agrum qui. p̄r̄. factus esset hostilia arma inferrent:* P. — M: ut dediciis suis parcerent neque in eum agrum qui pir̄. factus esset cet. — Cf. 1, 2.: *ut* animos Aboriginum sibi conciliaret *nec* sub eodem iure solum sed etiam nomine omnes essent cet. 1, 32. al. — Harl. I. Leid. I.: „pet*e*r*e*nt *neque* in eum

diticiis suis parcerent neque in eum agrum qui populi Romani factus esset hostilia arma inferrent. si leniter agendo parum proficerent, denuntiarent Samnitibus populi Romani senatusque verbis ut Capua urbe Campanoque agro abstinerent. haec legatis agentibus in concilio Samnitium adeo est ferociter responsum, ut non solum gesturos se esse dicerent id bellum, sed magistratus eorum e curia egressi stantibus legatis praefectos cohortium vocarent iisque clara voce imperarent ut praedatum in agrum Campanum extemplo proficiscerentur.

XXXII. Hac legatione Romam relata positis omnium aliarum rerum curis patres fetialibus ad res repetendas missis belloque, quia non redderentur, sollemni more indicto decreverunt ut primo quoque tempore de ea re ad populum ferretur: iussuque populi consules ambo cum duobus exercitibus ab urbe profecti Valerius in Campaniam Cornelius in Samnium, ille ad montem Gaurum hic ad Saticulam

agrum" ceteris omissis. Hinc Voss. II. al.: „peterentque ne in eum agrum cet.

3. *pif. senatusque uerbis:* M. — P: pr̄. senatusque uerbis: „im Namen des Römischen Volks und Senates". sic scriptum est ut maior uis in *populo rom.*, quippe a quo bellum et iubendum et gerendum esset, posita videretur. — Paulo post M: samnicium.

7. *sed magistratus eorum e curia egressi:* P. — M: „id bellum magistratus eor̄ e curie gressus". — „Curie gressus" idem est quod „curiaegressus", quem ad modum in PM sexcenties scriptum est. utrum vero numerum, singularem an pluralem, veriorem h. l. habeam dubito, cum „egressus" scriptum esse possit quod littera *s* sequeretur, nec raro in fine verborum *is* et *us* permutata sint. Cf. Cic. Verr. 2, 67. 162.: evocat ad se Centuripinorum magistratus. Or. 63, 213.

8. *iisque clara uoce imperarent:* M. — P: hisque cet. Ab *iisque* usque ad *proficiscerentur* omissa sunt in Harl. I.

12. *fetialibus ad res repetendas missis:* P m. 2. — P m. 1.: misis. M: fecialibus. — PM: sollemni more indicto.

15. *coss. ambo cum duobus exercitibus ab urbe profecti:* M] coss. ambo cum duobus ab urbe exercitibus profecti (P).

17. *ille ad montem Gaurum:* Voss. II. aliique recc. codd.

castra ponunt. priori Valerio Samnitium legiones — eo namque omnem belli molem inclinaturam censebant — occurrunt: simul in Campanos stimulabat ira tam promptos nunc ad ferenda nunc ad accersenda adversus se auxilia. ut vero castra Romana viderunt, ferociter pro se quisque signum duces poscere, adfirmare eadem fortuna Romanum Campano laturum opem qua Campanus Sidicino tulerit. Valerius levibus certaminibus temptandi hostis causa haud ita multos moratus dies signum pugnae proposuit, paucis suos adhortatus ne novum bellum eos novusque hostis terreret: quidquid ab urbe longius proferrent arma, magis magisque in inbelles gentes eos prodire. ne Sidicinorum Cam-

— Harl. I. al.: ille ad montem *caurum*. P: caulrum. M: c. aurū. Cf. Cic. Agr. 2, 14. 36.: accedet eo mons Gaurus. Plin. hist. nat. 3, 5. 60. — Tum scriptum est in PM Harl. I. Leid. I. Voss. II. multisque aliis: *hic ad satriculam*. sed 7, 34. in P verum nomen repperimus „*Saticula*", 9, 22. in PM, 27, 10. in Put. Colb.

1. *eo namque omnem belli molem inclinaturam censebant:* PM. Haec verba cum sequentibus „simul stimulabat ira" cohaerere, neminem fugerit.

4. *ad accersenda aduersus se auxilia:* PM] ad arcessenda cet. Cf. 3, 45.: arcessiri. 24, 34.: Put. Colb. Bamb.: accersiti. al.

5. *pro se quisque signum poscere:* PM. — Recc. codd.: „pro se quisque signum petere coepit, duces poscere" cet.: quasi non duo accusativi cum *poscere* coniungi possent.

8. *haut ita multos moratus dies:* M. — P: haud ita cet.

9. *paucis suos adhortatus ne nouum bellum eos nouusque hostis terreret* cet.: P. — M: paucis suos adortatus nouum bellum eos nouusque hostis trere quidqd ab urbe longius proferent arma. — PM: „magis magisque *in*belles gentes eos prodire". simili mendo in optimis quibusque libris 3, 5. scriptum est „incautum hostem — erupit" pro „in incautum hostem". al. Ad accusativum *quidquid longius proferrent* „um wie viel sie weiter vorrückten" cf. 8, 39.: quidquid progrediebantur, magis magisque turbatos hostes cernebant. 21, 54.: quidquid aurae fluminis adpropinquabant, adflabat acrior frigoris vis.

12. *ne Sidicinorum* cet.: PM. —

diticiis suis parcerent neque in eum agrum qui populi Romani factus esset hostilia arma inferrent. si leniter agendo parum proficerent, denuntiarent Samnitibus populi Romani senatusque verbis ut Capua urbe Campanoque agro abstinerent. haec legatis agentibus in concilio Samnitium adeo est ferociter responsum, ut non solum gesturos se esse dicerent id bellum, sed magistratus eorum e curia egressi stantibus legatis praefectos cohortium vocarent iisque clara voce imperarent ut praedatum in agrum Campanum extemplo proficiscerentur.

XXXII. Hac legatione Romam relata positis omnium aliarum rerum curis patres fetialibus ad res repetendas missis belloque, quia non redderentur, sollemni more indicto decreverunt ut primo quoque tempore de ea re ad populum ferretur: iussuque populi consules ambo cum duobus exercitibus ab urbe profecti Valerius in Campaniam Cornelius in Samnium, ille ad montem Gaurum hic ad Saticulam

agrum“ ceteris omissis. Hinc Voss. II. al.: „peterentque ne in eum agrum cet.

3. *pīr. senatusque uerbis:* M. — P: p̄r. senatusque uerbis: „im Namen des Römischen Volks und Senates“. sic scriptum est ut maior uis in *populo rom.*, quippe a quo bellum et iubendum et gerendum esset, posita videretur. — Paulo post M: samnicium.

7. *sed magistratus eorum e curia egressi:* P. — M: „id bellum magistratus eor̄ e curie gressus“. — „Curi*e* gressus“ idem est quod „curiaegressus“, quem ad modum in PM sexcenties scriptum est. utrum vero numerum, singularem an pluralem, veriorem h. l. habeam dubito, cum „egress*us*“ scriptum esse possit quod littera *s* sequeretur, nec raro in fine verborum *is* et *us* permutata sint. Cf. Cic. Verr. 2, 67. 162.: evocat ad se Centuripinorum magistratus. Or. 63, 213.

8. *iisque clara uoce imperarent:* M. — P: hisque cet. Ab *iisque* usque ad *proficiscerentur* omissa sunt in Harl. I.

12. *fetialibus ad res repetendas missis:* P m. 2. — P m. 1.: misis. M: fecialibus. — PM: sollemni more indicto.

15. *coss̄. ambo cum duobus exercitibus ab urbe profecti:* M] coss̄. ambo cum duobus ab urbe exercitibus profecti (P).

17. *ille ad montem Gaurum:* Voss. II. aliique recc. codd.

castra ponunt. priori Valerio Samnitium legiones — eo namque omnem belli molem inclinaturam censebant — occurrunt: simul in Campanos stimulabat ira tam promptos nunc ad ferenda nunc ad accersenda adversus se auxilia. ut vero castra Romana viderunt, ferociter pro se quisque signum duces poscere, adfirmare eadem fortuna Romanum Campano laturum opem qua Campanus Sidicino tulerit. Valerius levibus certaminibus temptandi hostis causa haud ita multos moratus dies signum pugnae proposuit, paucis suos adhortatus ne novum bellum eos novusque hostis terreret: quidquid ab urbe longius proferrent arma, magis magisque in inbelles gentes eos prodire. ne Sidicinorum Cam-

— Harl. I. al.: ille ad montem *caurum*. P: caulrum. M: c. aurū. Cf. Cic. Agr. 2, 14. 36.: accedet eo mons Gaurus. Plin. hist. nat. 3, 5. 60. — Tum scriptum est in PM Harl. I. Leid. I. Voss. II. multisque aliis: *hic ad satriculam*. sed 7, 34. in P verum nomen repperimus „*Saticula*“, 9, 22. in PM, 27, 10. in Put. Colb.

1. *eo namque omnem belli molem inclinaturam censebant:* PM. Haec verba cum sequentibus „simul stimulabat ira“ cohaerere, neminem fugerit.

4. *ad accersenda aduersus se auxilia:* PM] ad arcessenda cet. Cf. 3, 45.: arcessiri. 24, 34.: Put. Colb. Bamb.: accersiti. al.

5. *pro se quisque signum poscere:* PM. — Recc. codd.: „pro se quisque signum petere coepit, duces poscere“ cet.: quasi non duo accusativi cum *poscere* coniungi possent.

8. *haut ita multos moratus dies:* M. — P: haud ita cet.

9. *paucis suos adhortatus ne nouum bellum eos nouusque hostis terreret* cet.: P. — M: paucis suos adortatus nouum bellum eos nouusque hostis trere quidqd ab urbe longius proferent arma. — PM: „magis magisque *in*belles gentes eos prodire“. simili mendo in optimis quibusque libris 3, 5. scriptum est „incautum hostem — erupit“ pro „in incautum hostem“. al. Ad accusativum *quidquid longius proferrent* „um wie viel sie weiter vorrückten“ cf. 8, 39.: quidquid progrediebantur, magis magisque turbatos hostes cernebant. 21, 54.: quidquid aurae fluminis adpropinquabant, adflabat acrior frigoris vis.

12. *ne Sidicinorum* cet.: PM. —

diticiis suis parcerent neque in eum agrum qui populi Romani factus esset hostilia arma inferrent. si leniter agendo parum proficerent, denuntiarent Samnitibus populi Romani senatusque verbis ut Capua urbe Campanoque agro abstinerent. haec legatis agentibus in concilio Samnitium adeo est ferociter responsum, ut non solum gesturos se esse dicerent id bellum, sed magistratus eorum e curia egressi stantibus legatis praefectos cohortium vocarent iisque clara voce imperarent ut praedatum in agrum Campanum extemplo proficiscerentur.

XXXII. Hac legatione Romam relata positis omnium aliarum rerum curis patres fetialibus ad res repetendas missis belloque, quia non redderentur, sollemni more indicto decreverunt ut primo quoque tempore de ea re ad populum ferretur: iussuque populi consules ambo cum duobus exercitibus ab urbe profecti Valerius in Campaniam Cornelius in Samnium, ille ad montem Gaurum hic ad Saticulam

agrum" ceteris omissis. Hinc Voss. II. al.: „peterentque ne in eum agrum cet.

3. *pir̄. senatusque uerbis:* M. — P: pr̄. senatusque uerbis: „im Namen des Römischen Volks und Senates". sic scriptum est ut maior uis in *populo rom.*, quippe a quo bellum et iubendum et gerendum esset, posita videretur. — Paulo post M: samnicium.

7. *sed magistratus eorum e curia egressi:* P. — M: „id bellum magistratus eor̄ e curie gressus". — „Curie gressus" idem est quod „curiaegressus", quem ad modum in PM sexcenties scriptum est. utrum vero numerum, singularem an pluralem, veriorem h. l. habeam dubito, cum „egress*us*" scriptum esse possit quod littera *s* sequeretur, nec raro in fine verborum *is* et *us* permutata sint. Cf. Cic. Verr. 2, 67. 162.: evocat ad se Centuripinorum magistratus. Or. 63, 213.

8. *iisque clara uoce imperarent:* M. — P: hisque cet. Ab *iisque* usque ad *proficiscerentur* omissa sunt in Harl. I.

12. *fetialibus ad res repetendas missis:* P m. 2. — P m. 1.: misis. M: fecialibus. — PM: sollemni more indicto.

15. *coss̄. ambo cum duobus exercitibus ab urbe profecti:* M] coss̄. ambo cum duobus ab urbe exercitibus profecti (P).

17. *ille ad montem Gaurum:* Voss. II. aliique recc. codd.

castra ponunt. priori Valerio Samnitium legiones — eo namque omnem belli molem inclinaturam censebant — occurrunt: simul in Campanos stimulabat ira tam promptos nunc ad ferenda nunc ad accersenda adversus se auxilia. ut vero castra Romana viderunt, ferociter pro se quisque signum duces poscere, adfirmare eadem fortuna Romanum Campano laturum opem qua Campanus Sidicino tulerit. Valerius levibus certaminibus temptandi hostis causa haud ita multos moratus dies signum pugnae proposuit, paucis suos adhortatus ne novum bellum eos novusque hostis terreret: quidquid ab urbe longius proferrent arma, magis magisque in inbelles gentes eos prodire. ne Sidicinorum Cam-

— Harl. I. al.: ille ad montem *caurum*. P: caulrum. M: c. aurū. Cf. Cic. Agr. 2, 14. 36.: accedet eo mons Gaurus. Plin. hist. nat. 3, 5. 60. — Tum scriptum est in PM Harl. I. Leid. I. Voss. II. multisque aliis: *hic ad satriculam*. sed 7, 34. in P verum nomen repperimus „*Saticula*“, 9, 22. in PM, 27, 10. in Put. Colb.

1. *eo namque omnem belli molem inclinaturam censebant:* PM. Haec verba cum sequentibus „simul stimulabat ira“ cohaerere, neminem fugerit.

4. *ad accersenda aduersus se auxilia:* PM] ad arcessenda cet. Cf. 3, 45.: arcessiri. 24, 34.: Put. Colb. Bamb.: accersiti. al.

5. *pro se quisque signum poscere:* PM. — Recc. codd.: „pro se quisque signum petere coepit, duces poscere“ cet.: quasi non duo accusativi cum *poscere* coniungi possent.

8. *haut ita multos moratus dies:* M. — P: haud ita cet.

9. *paucis suos adhortatus ne nouum bellum eos nouusque hostis terreret* cet.: P. — M: paucis suos adortatus nouum bellum eos nouusque hostis trere quidqd ab urbe longius proferent arma. — PM: „magis magisque *in*belles gentes eos prodire“. simili mendo in optimis quibusque libris 3, 5. scriptum est „incautum hostem — erupit“ pro „in incautum hostem“. al. Ad accusativum *quidquid longius proferrent* „um wie viel sie weiter vorrückten“ cf. 8, 39.: quidquid progrediebantur, magis magisque turbatos hostes cernebant. 21, 54.: quidquid aurae fluminis adpropinquabant, adflabat acrior frigoris vis.

12. *ne Sidicinorum* cet.: PM. —

panorumque cladibus Samnitium aestimarent virtutem: qualescumque inter se certaverint, necesse fuisse alteram partem vinci: Campanos quidem haud dubie magis nimio luxu fluentibus rebus mollitiaque sua quam vi hostium victos esse. quid autem esse duo prospera in tot saeculis bella Samnitium adversus tot decora populi Romani, qui triumphos paene plures quam annos ab urbe condita numerent,

Recc. quid. codd.: *nec* Sidicinorum cet.

1. *qualescumque inter se certauerint:* PM. — Levi mendo, quo nihil frequentius in antiq. codd. invenitur, in Leid. I. al. scriptum est „certauerunt". cf. 7, 33.: quos gesserint animos. — „Von welcher Beschaffenheit auch immer ihre gegenseitigen Streitkräfte gewesen sein möchten, einer von beiden habe doch natürlich den Sieg nur davontragen können: nun seien aber die Campaner wenigstens ohne Zweifel mehr dadurch dass ihre Kraft durch den übertriebenen Luxus bereits gebrochen war und durch ihre eigene Weichlichkeit als durch die Stärke der Feinde besiegt worden". — PM Harl. I. al.: „nimio *fluxu fluentibus* rebus": sed cf. 7, 29.: fluentes luxu. — P m. 1.: quam uis hostium. m. 2.: ui.

6. *aduersus tot decora pr̄.:* M. — P: p̄r. — M: samnicium.

7. *numerent — habeant — conpulerint*] numeret — habeat — compulerit. — Pluralem numerum horum verborum restituimus, quod *numerent* in PM Harl. I. Leid. I. al., *habeant* in PM Leid. I. al., *conpulerint* si non in optimis at in multis recc. codd. servatum est. nam quamquam *conpulerit* etiam in PM scriptum est, et Livius eisdem locis modo singularem modo pluralem collectiva nomina sequi voluit, tamen diversus eius generis numerus tum demum satis probari posse videtur, cum plurali excipiatur singularis, nisi re ipsa illud alterum (cf. ex. gr. 34, 47.) quodam modo postulari videatur. saepissime vero in tertia verborum persona singularem pluralis loco ab errantibus librariis scriptum esse neminem praeterierit: qua re, cum interdum etiam contrario erratum sit (7, 35.), subtili sane iudicio in his rebus utendum sit. Cf. 1, 41.: clamor inde concursusque *populi mirantium* quid rei esset. 24, 21.: multitudo — pars in vestibulis stat, pars ex tectis fenestrisque prospectant et quid rei sit rogitant. 24, 22.: senatus inde haberi coeptus est, quod sicut

qui omnia circa se — Sabinos Etruriam Latinos Hernicos Aequos Vulscos Auruncos — domita armis habeant, qui Gallos tot proeliis caesos postremo in mare ac naves fuga conpulerint. cum gloria belli ac virtute sua quemque fretos ire in aciem debere, tum etiam intueri cuius ductu auspicioque ineunda pugna sit, utrum, qui audiendus dumtaxat

regnante Hierone manserat publicum consilium, ita post mortem eius — neque convocati neque consulti fuerant. 26, 2.: brevi effecisse disciplina atque imperio ut nemo eorum generis ac sanguinis sui memor in acie esset, praesidio sociis hostibus terrori essent. 3, 19.: perculsa erat plebes consulem habitura iratum, potentem — tribus liberis, quorum nemo Caesoni cedebat magnitudine animi, consilium et modum adhibendo — priores erant. al.

1. *Sabinos Etruriam Latinos Hernicos Aequos Volscos Auruncos:* PM al. — Voss. II. al.: „sabinos *et* etruriam“: sed omissa coniunctione orationem non modo strictiorem sed etiam fortiorem fieri manifestum est. diversa dicendi ratione 27, 10. sedecies coniunctionem positam videmus, quo loco ampliorem orationem res ipsa desiderasse videtur. utrumque dicendi genus 22, 61. al. coniunctum est.

4. *cum gloria belli ac uirtute sua quemque fretos ire in aciem debere:* PM. — Leid. I.: ire in *em* aciem debere. Haverc.: ire in eam aciem debere.

6. *utrum qui audiendus dumtaxat magnificus adhortator sit:* PM rell. — Nec I. Freinshemius nec I. Fr. Gron. huius loci rationem perspexerunt, cum „qui *audendi* dumtaxat magnificus adhortator sit“ scribi vellent. in verbo *audiendus* etiam maior orationis vis posita est quam in *magnificus adhortator*, id quod vel locus horum verborum ostendat. magna deinde orationis elegantia L. ita pergit, ut huic interrogationi, qua de Valerio usus erat, Valerium ipsum respondentem faciat. „Mit Vertrauen auf seinen im Kriege erworbenen Ruhm müsse jeder von ihnen in die Schlacht gehen, dann aber auch darauf achten, unter wessen Führung er kämpfen werde: ob der welcher dem Anscheine nach sich in begeisternden Worten vernehmen lasse, nur in der Rede muthig erscheine, aber von kriegerischer Thätigkeit nichts wisse, oder ob es ein Mann sei, der selbst die Waffen zu führen verstehe und im wildesten Getümmel der Schlacht sich zu bewegen pflege: — Meinen

magnificus adhortator sit, verbis tantum ferox operum militarium expers, an qui et ipse tela tractare, procedere ante signa, versari media in mole pugnae sciat: — „facta mea non dicta vos milites“ inquit „sequi volo, nec disciplinam modo sed exemplum etiam a me petere: non factionibus modo nec per coitiones usitatas nobilibus sed hac dextra mihi tres consulatus summamque laudem peperi. fuit cum

Thaten, nicht meinen Worten sollt ihr, Soldaten, folgen“ u. s. w. — P m. 1.: expres. P m. 2. M: expers. — Harl. I.: uersari media mole pugnae. M: uersaremedia in molle pugnae. — Harl. I.: ne disciplinam modo cet.

5. *non factionibus modo nec per coitiones usitatas nobilibus:* cod. Klock. — PM Harl. I. al.: per contiones. Cf. 3, 35.: deiectisque honore per coitionem duobus Quinctiis cet. 9, 46.: in duas partes discessit civitas: aliud integer populus, fautor et cultor bonorum, aliud forensis factio tenebat. — In P m. 1. etiam „usitat*is*“ scriptum erat. — Drakenborchius aliique *non modo* pro *non modo non* scriptum esse censuerunt, minus etiam recte Sigonius *modo* pro *nuper* „nur so eben erst“ dictum voluit. in particulis *non modo* non eum h. l. qui soleat inesse posse sensum facile est intellectu, nec *modo* aliud quidquam quam quod paulo ante *tantum* in „verbis tantum ferox“ significare. nam quem ad modum „multos *factionibus modo* magistratus adeptos esse“ „*nur* durch ihren Anhang“ scribi potuit, sic idem etiam particula *non* praeposita Valerius de se potuit negare: „nicht durch gewonnene Partheien nur (vel „etwa“), noch durch geheime Verbindungen wie sie unter dem Adel zu bestehen pflegen, sondern mit dieser meiner Rechten habe ich mir drei Consulate und den höchsten Ruhm erworben“. — In Harl. I. excidit *tres*.

7. *fuit cum hoc dici poterat:* PM. In duobus recc. codd. scriptum est „fuit *tempus* cum hoc dici poterat“, quo supplemento opus non est: „die Zeit ist vorüber wo sich das sagen liess, *ja dir konnte das wohl glücken*, denn du warst ein Patricier und von den Befreiern des Vaterlandes herstammend, und in demselben Jahre wo unsere Stadt einen Consul, erlangte deine Familie das Consulat“. Non sine causa Livius Valerium ita loquentem facit, ne quem militum fugere posset, quid illi uni genti populus

hoc dici poterat, patricius enim eras et a liberatoribus patriae ortus et eodem anno familia ista consulatum quo urbs haec consulem habuit —: nunc iam nobis patribus vobisque plebei promiscuus consulatus patet nec generis ut ante sed virtutis est praemium: proinde summum quodque spectate milites decus. non si mihi novum hoc Corvini cognomen diis auctoribus homines dedistis, Publicolarum vetustum familiae nostrae cognomen memoria excessit: semper

rom. deberet. sed cum ita nihil aliud Valerius quam quod ad suam familiaeque suae gloriam spectaret, dicere videretur, grata quadam sententias connectendi ratione ad id transire pergit, quo magnopere militum animos ad pugnandi cupiditatem inflammari necesse esset, cum se sua quemque virtute summis honoribus dignos reddere posse se viderent. — Cf. 4, 4.: at *enim* vero nemo post reges exactos de plebe consul fuit". 23, 45.: „*enim* minor res est". 22, 59.: „*nam* si conferam nos cum illis, iniuriam nomini rom. faciam". 21, 40. al. In his similibusque locis videtur ellipsis quaedam inesse. — Leid. I.: patricius enim erat et a liberatoribus ortus patriae.

3. *uobisque plebei:* PM Harl. I. Leid. I. al.] vobisque plebeiis (recc. quid. codd.). „Und euch, dem Volke": non minus enim hoc loco quam 3, 64. „pariter patribus plebeique acceptus" al. *plebei* dativus quintae declin. est. — Plerique recc. codd.: nec *gentis* ut ante sed uirtutis.

5. *proinde summum quodque spectate milites decus:* PM. — Recc. codd. alii *exspectate*, alii *exspectare*. Cf. 2, 49.: „ire fortes ire felices iubent, inceptis eventus pares reddere: consulatus inde ac triumphos, omnia praemia ab se omnes honores spectare". — Leid. I.: milite decus. Voss. II. al.: militiae decus.

6. *nouum hoc Coruini cognomen:* PM Harl. I. Leid. I. al.] novum hoc Corvi cognomen (recc. duo codd.). Cf. 7, 26.: M. Valerium Corvum. — P: uetus *tū* familiae nostrae cognomen.

8. *semper ego plebem romanam — colo atque colui:* PM rell. In his postremis verbis illud ὕστερον πρότερον inesse videtur, non quod *semper colo* dici non possit, sed propter ea quae medio loco leguntur, ad quae non *colo* sed *colui* pertineat. cf. 26, 44.: „in vulnera ac tela ruunt". sed fieri potuit ut

ego plebem Romanam militiae domique privatus in magistratibus parvis magnisque aeque tribunus ac consul eodem tenore per omnes deinceps consulatus colo atque colui. nunc quod instat, diis bene iuvantibus novum atque integrum de Samnitibus triumphum mecum petite".

XXXIII. Non alias militi familiarior dux fuit omnia inter infimos militum haud gravate munia obeundo: in ludo praeter ea militari, cum velocitatis viriumque inter se aequales certamina ineunt, comiter facilis, vincere ac vinci vultu eodem nec quemquam aspernari parem qui se offerret: factis benignus pro re, dictis haud minus libertatis alienae quam suae dignitatis memor: et — quo nihil popularius est — quibus artibus petierat magistratus, hisdem ge-

L. in illis verbis etiam aliud quid spectaret. cum enim in *semper* etiam *aeque perinde* insit, illa verba significare possunt „ohne Unterlass beweise ich dem Volke meine Achtung wie ich sie ihm in Krieg und Frieden als Privatmann und in Staatsämtern.. bewiesen habe". quae interpretatio si vera est, L. non aliter atque scripsit scribere potuit. — P: aeque tribunus ac coss̄. — M paulo post: „nouum atq. † integrum": medio loco aliquid erasum est.

6. *non alias militi familiarior dux fuit:* PM. — Simili modo L. *raro alias* scribere solet: cf. 3, 69. 26, 39. 45, 20. al.

7. *munia obeundo:* PM. — Voss. I. al.: munera. Voss. II. Pall. 1. 3. al.: minima obeundo. Cf. 1, 34.: obeundo officia. 1, 54.: obeundo pericula. al.

7. *in ludo praeterea:* P. — M: in *dulo* p̄terea. — P: militaris.

9. *comiter facilis:* M. — P cod. Klock.: comi facilis. — Haec verba coniungi non possunt cum sequentibus infinitivis: „beim Kampfspiel zeigte er sich auf eine freundliche Weise gefällig: er mochte den Sieg davontragen oder verlieren, so behielt er dieselbe ruhige Miene; und nie verschmähte er einen der sich ihm zum Wettkampfe anbot: im Handeln zeigte er sich wohlwollend mit Rücksicht auf die Verhältnisse, in seiner Rede verlor er eben so wenig die persönlichen Rechte des Anderen als seine eigene Würde aus den Augen".

13. *hisdem gerebat:* PM] iisdem gerebat. Cf. 5, 36.: coram hisdem Romanis. — Leid. I.: regebat.

rebat. itaque universus exercitus incredibili alacritate adhortationem prosecutus ducis castris egreditur: proelium — ut quod maxime umquam pari spe utrimque aequis viribus — cum fiducia sui sine contemptu hostium commissum est: Samnitibus ferociam augebant novae res gestae et paucos ante dies geminata victoria, Romanis contra quadringentorum annorum decora et conditae urbi aequalis victoria: utrisque tamen novus hostis curam addebat. pugna indicio fuit quos gesserint animos, namque ita conflixerunt ut aliquamdiu in neutram partem inclinarent acies: tum consul trepidationem iniciendam ratus, quando vi pelli non poterant, equitibus inmissis turbare prima signa hostium conatur: quos ubi nequiquam tumultuantes in spatio exiguo volvere turmas vidit nec posse aperire in hostes viam, re-

2. *proelium ut quod maxime umquam pari spe utrimque aequis uiribus cum fiducia sui sine contemptu hostium commissum est:* P: nisi quod m. 1. „commisum ÷“ scriptum erat. — M: *praelium* ut qd̄ maximū p̄liū *quā* pari | spem utrimque aequis uiribus cum fiducia sui sine c̄tēpta hostium commissum est. m. 2.: spe. — Harl. I. Leid. I. al.: pari spe *proelium* utrimque. Leid. I.: cum sui fiducia. — Denique multi recc. codd.: proeliumque quod maxime umquam cet. — Cf. 5, 25.: grata ea res ut quae maxime senatui umquam fuit. 32, 5.: bellum — si quando umquam ante alias — cum magna cura apparavit. al. — „Wenn je zwei Feinde mit gleicher Erwartung des Sieges, mit gleichen Kräften sich einander massen, so war es in dieser Schlacht der Fall, die von beiden Theilen mit Vertrauen auf die eigene Kraft und ohne Verachtung des Gegners geliefert wurde“. — P: quadr*i*gentorum. — Harl. I. Leid. I.: utri*us*que tamen nouus hostis curam addebat. Voss. I. al.: utrique tamen cet.

8. *pugna indicio fuit quos gesserint animos:* P m. 2. M m. 3. — P m. 1.: gesserunt. M m. 1.: qu*o* gesserint. — PM Harl. I. Leid. I. Voss. II.: „namque ita conflixerunt ut aliquamdiu in neutram partem *inclinarent* acies“. Non peius Lovel. 4.: „inclinauerint“. cf. 7, 14.: acceper*i*nt. 7, 25.: discesserint.

11. *iniciendam ratus:* P. — M: initiendā ratus. — P m. 1.: inmi*s*is. — M: nequiquam tumultuantes. — P m. 1.: in ostes. m. 2.: in hostes.

vectus ad antesignanos legionum cum desiluisset ex equo, „nostrum“ inquit „peditum illud milites est opus: agite dum, ut me videritis quacumque incessero in aciem hostium ferro viam facientem, sic pro se quisque obvios sternite: illa omnia, qua nunc erectae micant hastae, patefacta strage vasta cernetis“. haec dicta dederat, cum equites consulis iussu discurrunt in cornua legionibusque in mediam aciem aperiunt viam. primus omnium consul invadit hostem, et cum quo forte contulit gradum, obtruncat: hoc spectaculo accensi, dextra laevaque ante se quisque memo-

3. *quacumque incessero* nec in PM nec in Harl. I. Leid. I. scriptum est. proximum vero est id quod in M invenimus „quacū; incessero“: nam quamquam et in hoc libro *q* excidit, tamen ; ostendit in antiquiore libro veram scripturam *q;* fuisse. In P est: „qua cum incessero“. idem *qua cum* habet Leid. I.: quod cum non videretur probandum, librarius cod. Harl. I. scripsit „quā cum“, perinde atque 5, 47.: *qua* fefellerat.

5. *illa omnia qua nunc erectae micant hastae:* P. — M: illa omnia qua nunc recte di | cant haste. Lovel. 4.: qua nunc rectae micant hastae. — De *qua* cf. 30, 33.: viam, qua inruerent in ancipia tela, beluis darent. 26, 5.: legio ibi sexta loco cessit, qua pulsa cohors Hispanorum — usque ad vallum pervasit. 10, 5.: reliquerat intervalla —, qua — equi permitti possent. 21, 55.: (elephantos) aversos sub caudis, qua maxume molli cute vulnera accipiunt, fodiebant. 32, 5.: qua abscisae rupes erant, statio paucorum armatorum tenebat: qua minus tuta erant, alia fossa alia turribus muniebat. 1, 27.: consilium erat, qua fortuna rem daret, ea inclinare vires. al.

6. *haec dicta dederat:* PM. Cf. 22, 50.: haec ubi dicta dedit, stringit gladium cet. — PM: „cōs. iussu“, pauloque post „cōs. inuadit.“

7. *legionibusque in mediam aciem aperiunt uiam:* PM] legionibus in mediam cet. (codd. Drakenb.). — P: legionibusq. in mediam cet. M: legionib.que.

10. *dextra laeuaque ante se quisque memorandum proelium ciet:* PM Harl. I. Leid. I. al.] dextra laevaque — cient (recc. quid. codd.). Quibus *cient* verum esse videbatur, *accensi* cum hoc verbo coniungendum putarant: quamquam ne id quidem dici potest, cum saepissime verba ad

randum proelium ciet. stant obnixi Samnites, quamquam plura accipiunt quam inferunt vulnera: aliquamdiu iam pugnatum erat, atrox caedes circa signa Samnitium, fuga ab nulla dum parte erat, adeo morte sola vinci destinaverant animis. itaque Romani cum et fluere iam lassitudine vires sentirent et diei haud multum superesse, accensi ira concitant se in hostem. tum primum referri pedem atque inclinari rem in fugam apparuit, tum capi occidi Samnis, nec superfuissent multi ni nox victoriam magis quam proelium diremisset. et Romani fatebantur numquam cum pertina-

nomina proxime antecedentia apud Livium relata videamus.

1. *stant obnixi Samnites:* P m. 2. — P m. 1.: obnoxi. Harl. I. Leid. I.: obnoxii. — M: *a*stant obnixi. Lovel. 4. Neap. Lat.: instant. — PM: quāquā — aliquādiu. — Recc. quid. codd.: „atrox caedes *orta* circa signa" cet. sed *erat* pertinet ad utrumque locum.

5. *cum et fluere iam lassitudine uires sentirent et diei haud multum superesse:* P Harl. I Leid. I. al.] cum et fluere — superesset (Voss. II. aliique recc. codd.). — M m. 1.: „cum et fluere iam lascitudine uires sentire et diei haud multum superesse". m. 3.: „sentirēt" — „superesset". Recc. duo codd.: cum effluere. — Qui *superesset* scribi voluerunt, loci rationem non perspexerunt. his duabus enim causis milites Romani impulsi sunt, ut maiore etiam quam antea impetu hostium aciem aggrederentur: altera, quod Samnites iam vires videbantur deficere magisque animis quam viribus eorum res sustentari; altera, quod haud multum diei superesse videbant, ut aut, nisi magno aliquo conatu victoriam adipisci contenderent, non debellatum videri posset novumque proelium committendum esset, aut ut, quamvis ipsi iam pugnando fessi essent, dummodo omni sua vi in hostium aciem inrumpere conarentur, brevissimi temporis extremum illud certamen fore sperare possent.

8. *tum capi occidi Samnis:* P m. 2. M. — P m. 1.: occidit. — Recc. codd.: Samnites. cf. 8, 38. 39. al. — Cf. 6, 8.: imber certam magis victoriam quam proelium diremit.

10. *et Romani fatebantur numquam cum pertinaciore hoste conflictum:* P. — M: et romani *fer*ebantur numquam

ciore hoste conflictum, et Samnites, cum quaereretur quaenam prima causa tam obstinatos movisset in fugam, oculos sibi Romanorum ardere visos aiebant vesanosque vultus et furentia ora: inde plus quam ex alia ulla re terroris ortum: quem terrorem non pugnae solum eventu sed nocturna profectione confessi sunt. postero die vacuis hostium castris Romanus potitur, quo se omnis Campanorum multitudo gratulabunda effudit.

XXXIV. Ceterum hoc gaudium magna prope clade in Samnio foedatum est. nam ab Saticula profectus Cornelius consul exercitum incaute in saltum cava valle pervium circaque insessum ab hoste induxit, nec prius quam recipi tuto signa non poterant, inminentem capiti hostem vidit. dum id morae Samnitibus est quoad totum in vallem infimam demitteret agmen, P. Decius tribunus militum conspicit unum editum in saltu collem imminentem hostium castris, aditu arduum inpedito agmini, expeditis haud difficilem. itaque consuli territo animi „videsne tu“ inquit

cum pertinatiore cet. — P m. 1.: cum quaereretur nequā prima causa cet. P m. 2. M: cum quaereretur quaenam prima causa cet. — P m. 1.: aiebat. — M: uesanosque uultus et furentiora inde cet. — Rece. codd.: ulla alia re.

6. *confessi sunt:* PM al. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: testati sunt. — M: uacuis ostium castris.

10. *in Samnio*: P. — M: in sanio. — P: nam ab saticula profectus cornelius cōs. exercitu incaute in saltum caua uelle (m. 2.: ualle) peruium circaque insessum ab hoste induxit. — M: nam ab satricula (cf. 7, 32.) profectus cornelius cōs. exercitū cauti in saltū caua ualle peruium cet.

14. *dum id morae Samnitibus est quoad totum in uallem infimam demitteret agmen:* P. — M: dum id morae samnitib. quo ad totum in uallem infimam demitteret agmen. Leid. I. al.: dimitteret. I. Fr. Gron. *demitterent* (sive Samnites sive Romani) scribi malebat, sed in *demitteret* inest Cornelius cons.

15. *P. Decius tr. mil. conspicit unum editum in saltum collem imminentem hostium castris:* PM: eodemque mendo M: aditū arduum inpediti agmini. P: aditu. — Leid. I. Voss. II. al.: P. Decius tr. pl.

18. *itaque consuli territo animi*.

„A. Corneli cacumen illud supra hostem? arx illa est spei salutisque nostrae, si eam, quoniam caeci reliquere Samnites, inpigre capimus. ne tu mihi plus quam unius legionis principes hastatosque dederis: cum quibus ubi evasero in summum, perge hinc omni liber metu teque et exercitum serva: neque enim moveri hostis subiectus nobis ad omnes ictus sine sua pernicie poterit. nos deinde aut fortuna populi Romani aut nostra virtus expediet". conlaudatus ab consule accepto praesidio vadit occultus per saltum, nec prius ab hoste est visus quam loco quem petebat adpropinquavit: inde admiratione paventibus cunctis cum omnium

uidesne tu inquit: PM. — Multi recc. codd.: deterrito. — Harl. I.: animis. Recc. quid. codd.: animo. Cf. 8. 13.: suspensos animi. 7, 10.: animis — pendentibus. — Cf. 1, 39.: viden' tu puerum hunc.

1. *arx illa est spei salutisque nostrae:* P. — M: armilla est spei cet. In Harl. I. Leid. I. multisque aliis codd. excidit *arx*. Cf. 7, 24.: fusique — quod editissimum inter aequales tumulos occurrebat oculis *arcem Albanam* petunt.

2. *quoniam caeci reliquere Samnites:* Lovel. 3.] quam caeci cet. — In Harl. I. scriptum est *quō*, in PM *qm̄*, quod nihil aliud quam *quoniam* esse omnes similes loci codicum PM docent. raro enim iustis litteris in antiquioribus libris haec vox scripta legitur, id quod etiam 2, 40. „et quoniam armis viri defendere urbem non possent" vidimus. sic 7, 10. in P *qm̄*, in M *quoniam*, 29, 1. in Put. *quoniam*, in Colb. *qm̄*, al. reperimus. — „Da ist der Fels unserer Hoffnung und unserer Rettung, wenn wir uns schleunigst seiner bemächtigen, da ihn ja die Samniten in ihrer Blindheit unbeachtet gelassen haben". — P: si eā qm̄ ceci relinquere samnites. M: si eam qm̄ | ceci reliquere samnites. — M: ne tu mihi plus quam unus (m. 3. unius) legionis principes hastatos quo | dederis.

6. *neque enim moueri hostis* cet.: PM rell. Non potest *neque enim* pro *non enim* scriptum videri, cum h. l. in illa particula *ne quidem* insit: „nam ne moveri quidem hostis poterit". cf. 5, 33.: nec eum incorruptum. — M m. 1. P: perniciem. M m. 2.: pernicie. — PM: fortuna p̄r.

11. *cum omnium in se uertisset oculos:* M. — P: uertissent. — Voss. II. al.: ad seducendum agmen. — Multi

in se vertisset oculos, et spatium consuli dedit ad subducendum agmen in aequiorem locum et ipse in summo constitit vertice. Samnites dum huc illuc signa vertunt, utriusque rei amissa occasione neque insequi consulem nisi per eandem vallem, in qua paulo ante subiectum eum telis suis habuerant, possunt nec erigere agmen in captum super se ab Decio tumulum. sed cum ira in hos magis qui fortunam gerendae rei eripuerant, tum propinquitas loci atque ipsa paucitas incitat, et nunc circumdare undique collem armatis volunt ut a consule Decium intercludant, nunc viam patefacere ut degressos in vallem adoriantur: incertos quid agerent nox oppressit. Decium primum spes tenuit cum subeuntibus in adversum collem ex superiore loco se pugnaturum, deinde admiratio incessit quod nec pugnam inirent nec, si ab eo consilio iniquitate loci deterrerentur, opere se valloque circumdarent: tum centurionibus ad se vocatis „quaenam illa inscitia belli ac pigritia est, aut quonam modo isti ex Sidicinis Campanisque victoriam pepererunt! huc atque illuc signa moveri ac modo in unum conferri modo educi videtis: opus quidem incipit nemo, cum

recc. codd.: et in summo ipse constitit uertice.

3. *dum huc illuc signa uertunt:* PM cod. Gel. Harl. I. Lov. 4. — Leid. I. Pall. 1. 3. Voss. II. et omnes prope recc. codd.: „huc illucque“. Tres recc. codd.: „huc atque illuc“: quod paulo post in omnibus melioribus libris legitur. — M m. 1.: *in* samnites dum cet. sed m. 4. delevit *in*. — P: occassione. — PM: neque insequi cōs. — P: nec erigere agmen in campum sup̄ se. — M: super se ab dicio. m. 3.: ab decio.

7. *sed cum ira in hos magis:* M m. 1. P. — M m. 2. Voss. II. multique alii: sed tum ira.

11. *ut degressos in uallem adoriantur:* PM Harl. I. al. — Multi recc. codd.: digressos. — M: nox pressit.

13. *se pugnaturum:* P. — M Harl. I.: se pugnaturam.

17. *quaenam illa inscitia belli ac pigritia est:* P. — M: ac pi | gritiae aut qñ modo isti ex sidicinis campanis qui uictoriā pepererunt.

19. *ac modo in unum conferri modo educi uidetis:* PM. — Leid. I. Voss. II. al.: ac *modo* educi uidetis.

iam circumdati vallo potuerimus esse: tum vero nos similes istorum simus, si diutius hic moremur quam commodum sit. agite dum ite mecum et, dum lucis aliquid superest, quibus locis praesidia ponant, qua pateat hinc exitus, exploremus". haec omnia sagulo gregali amictus centurionibus item manipularium militum habitu ductis, ne ducem circumire hostes notarent, perlustravit.

XXXV. Vigiliis deinde dispositis ceteris omnibus tesseram dari iubet, ubi secundae vigiliae bucina datum signum esset, armati cum silentio ad se convenirent. quo ubi sic ut edictum erat taciti convenerunt, „hoc silentium milites" inquit „omisso militari adsensu in me audiendo servandum est: ubi sententiam meam vobis peregero, tum quibus eadem placebunt in dextram partem taciti transibitis: quae

3. *et dum lucis aliqd superest:* M Lovel. 4.] ut dum lucis aliquid superest (P). Particulas *et ut* a librariis persaepe inter se confusas esse notum est: quare non dubitavimus *et* recipere, qua voce oratio multo fortior fiat, praesertim cum apud Livium nihil frequentius reperiatur quam duo imperativi coniunctione *et* connexi, cuius simile dicendi genus ne hoc quidem loco praetermittendum videbatur. — P: qua pateat *hic* exitus. M: quia pateat hic exercitus.

8. *tesseram dari iubet:* PM rell. Cf. 7, 36.: et tessera data incolumes reverti qui sua corpora — periculo obiecissent. 9, 32.: extemplo tesseram dari iubet ut prandeat miles firmatisque cibo viribus arma capiat. 27, 46.: tessera per castra ab Livio consule data erat ut tribunus tribunum centurio centurionem eques equitem pedes peditem acciperet. 28, 14.: tesseram vesperi per castra dedit ut ante lucem viri equique curati et pransi essent, armatus eques frenatos instratosque teneret equos. al.

9. *bucina:* M m. 2. P al.] buccina. Haec vox in antiquioribus codd. una littera *c* scripta legitur. cf. ex. gr. 26, 15.: ad tertiam bucinam (Put. Colb. Bamb.). — M m. 1.: bucinā.

10. *quo ubi sic ut edictum erat taciti conuenerunt:* PM. — Leid. I. tacite conuenere. — Leid. I. Pall. 1. 3. al.: *miles* inquit.

14. *quae pars maior erit eo stabitur consilio:* PM. — Cod. Sigoni al.: eius stabitur

pars maior erit, eo stabitur consilio. nunc quae mente agitem audite. non fuga delatos nec inertia relictos hic vos circumvenit hostis: virtute cepistis locum, virtute hinc oportet evadatis. veniendo huc exercitum egregium populo Romano servastis: erumpendo hinc vosmet ipsos servate: digni estis qui pauci pluribus opem tuleritis, ipsi nullius auxilio egueritis. cum eo hoste res est qui hesterno die delendi omnis exercitus fortuna per socordiam usus non sit, hunc tam opportunum collem inminentem capiti suo non ante viderit quam captum a nobis, nos tam paucos tot ipsi milibus hominum nec ascensu arcuerit nec tenentes locum, cum diei tantum superesset, vallo circumdederit: quem videntem ac vigilantem sic eluseritis, sopitum oportet fallatis, immo necesse est. in eo enim loco res sunt no-

consilio. Lovel. 4.: eorum stabitur consilio. — Harl. I.: nuncque mente agite audite. — P m. 1.: caepistis locum.

4. *ueniendo huc exercitum egregium por̄. seruastis:* M] veniendo huc exercitum egregium populi romani servastis. — P: egregium pr̄. seruastis. Cf. prolegom. ad vol. I. p. XI. — I. Fr. Gron. scribi malebat „erumpendo hinc vosmet *ipsi* servate“. cf. ex. gr. 2, 19.: suismet ipsis corporibus.

6. *ipsi nullius auxilio egueritis:* PM. Haec verba exciderunt in Leid. I. Voss. II. al.

7. *hesterno die:* P. — M: qui hesterno *de*lendi cet. — PM: oportunum.

10. *nos tam paucos tot ipsi milibus hominum nec ascensu arguerit nec tenentes locum — uallo circumdederit:* P c. Klock.: nisi quod in P m. 1. „tot ipsi mili*ti*bus“ scriptum est. In M repperimus „nec ascensu arguerint“ — „circumdederint“. *Ipsi* non nominativus est sed dativus: „obgleich ihm so viele Tausende zu Gebote standen“. 38, 54. — M: sic eluseritis opitum. m. 3.: sopitum. — PM: *oportet* fallatis immo *necesse est.* Laudarunt iam interpretes similes locos apud Cic. Verr. 4, 39. 84.: tamquam ita fieri non solum oporteret sed etiam necesse esset. 5, 14. 37.: non quia necesse fuerit — sed quia sic oportuerit.

14. *in eo enim loco res sunt nostrae:* PM. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: „in eo res sunt nostrae“: quod I. Fr. Gronovio haud displicuit: (cf. 30, 19.: non in eo esse Carthaginiensium res ut Galliam atque Italiam armis obtineant. al.).

strae, ut vobis ego magis necessitatis vestrae index quam consilii auctor sim: neque enim, maneatis an abeatis hinc, deliberari potest, cum praeter arma et animos armorum memores nihil vobis fortuna reliqui fecerit fameque et siti moriendum sit, si plus quam viros ac Romanos decet ferrum timeamus. ergo una est salus erumpere hinc atque abire: id aut interdiu aut nocte faciamus oportet: ecce autem aliud minus dubium: quippe si lux expectetur, quae spes est non vallo perpetuo fossaque nos saepturum hostem, qui nunc corporibus suis subiectis undique cinxerit ut videtis collem. atqui si nox opportuna est eruptioni sic ut est, haec profecto noctis aptissima hora est: signo secundae vigiliae convenistis, quod tempus mortales somno altissimo premit: per corpora sopita vadetis vel silentio incautos fallentes vel sentientibus clamore subito pavorem iniecturi: me modo sequimini, quem secuti estis: ego eandem quae duxit huc sequar fortunam. quibus haec salutaria videntur, agite dum in dextram partem pedibus transite".

XXXVI. Omnes transierunt vadentemque per intermissa custodiis loca Decium secuti sunt. iam evaserant media castra, cum superscandens vigilium strata somno cor-

2. *neque enim maneatis an abeatis hinc deliberari potest:* M m. 3. P. — M m. 1.: maneatis *an*beatis cet. — In Harl. I. excidit *enim.* — P m. 1.: nihil uobis fortuna relique fecerit fame*n*que cet. m. 2.: reliqui.

7. *ecce autem aliud minus dubium:* PM. Ellipsis quaedam in his verbis inest, cum dicendum fuerit „alterum difficile est, alterum minus dubium": nisi forte L. scripsit „ecce autem aliud alio minus dubium". — De voce *aliud* pro *altero* cf. 1, 25.: duo Romani super alium alius — expirantes corruerunt. Caes. b. gall. 1, 1. et 1, 2. al. — Harl. I.: sept*um* hostem. — Paulo post Leid. I. Voss. II. al.: atqu*e* si nox. — PM: oportuna. — P m. 1.: ora est. — P m. 1.: somnio altissimo. m. 2.: somno. — Harl. I. Leid. I.: incautos pallentes.

21. *uigilium strata somno corpora:* P m. 1.] vigilum cet. P m. 2.: uigilium castra somno cet. M: uigilum stratas omnino corpora. m. 2.: strata. Cf. 37, 20. — M: miles of-

pora miles offenso scuto praebuit sonitum, quo excitatus vigil cum proximum movisset erectique alios concitarent ignari — cives an hostes essent, praesidium erumperet an consul castra cepisset —, Decius, quoniam non fallerent, clamorem tollere iussis militibus torpidos somno insuper pavore exanimat, quo praepediti nec arma inpigre capere nec obsistere nec insequi poterant. inter trepidationem tumultumque Samnitium praesidium Romanum obviis custodibus caesis ad castra consulis pervadit. Aliquantum supererat noctis iamque in tuto videbantur esse, cum Decius „macte virtute“ inquit „milites Romani este: vestrum iter ac reditum omnia saecula laudibus ferent. sed ad conspiciendam tantam virtutem luce ac die opus est, nec vos digni estis quos cum tanta gloria in castra reduces silentium ac nox tegat: hic lucem quieti opperiemur“. dictis obtemperatum,

fensus | scuto. — M: mouissent. — PM: cōs.

4. *Decius qm̄ non fallerent:* PM. — Cod. Sig.: quando non fallerent. Lov. 4.: Decius clamorem qm̄ non fallerent tollere.

5. *torpidos somno insuper pauore exanimat:* P m. 2. M. — P m. 1.: exa*m*in*at.

7. *inter trepidationem tumultumque:* M m. 2. P. — M m. 1.: *p*repidationem. — Lovel. 4.: inter tumultum trepidationemque. — PM: ad castra coss̄. peruadit.

10. *macte uirtute inquit milites romani* (M: r̄.) *este:* PM Leid. I. cod. Klock. al.] macti virtute cet. Et *macte* et *macti* recte se habet, cum teste Prisciano (5, 12. 66.) al. et *mactus* ab antiquis dictum sit. nobis videbatur h. l. adverbium optimorum codd. auctoritate restituendum esse. — M m. 1.: cum dicius. m. 4.: decius. — In Leid. I. al. praetermissa sunt verba „inquit milites romani“. — Harl. I.: milites re*c*te uestrum iter. Leid. I.: recte uestrum iter. — Plerique recc. codd.: milites románi *e*c*c*e uestrum iter. — P: uestrum iter ac reditum omnia scla laudibus ferent. M: uestrum iter ac reditum omnia scla laudibus refert. Lovel. 4. Neapol. Lat.: efferent.

15. *hic lucem quieti opperiemur:* M Lovel. 4. Neap. Lat.] hic lucem quieti opperiamur. — P: operiamur. Cf. 5, 55.: signifer statue signum, hic manebimus optime.

atque ubi primum inluxit, praemisso nuntio ad consulem in castra ingenti gaudio concitantur, et tessera data incolumes reverti qui sua corpora pro salute omnium haud dubio periculo obiecissent, pro se quisque obviam effusi laudant gratulantur, singulos universos servatores suos vocant, diis laudes gratesque agunt, Decium in caelum ferunt. hic Decii castrensis triumphus fuit incedentis per media castra cum armato praesidio coniectis in eum omnium oculis et omni honore tribunum consuli aequantibus. ubi ad praetorium ventum est, consul classico ad contionem convocat orsusque meritas Decii laudes interfante ipso Decio distulit contionem, qui auctor omnia posthabendi dum occasio in manibus esset perpulit consulem ut hostes et nocturno pavore

1. *atque ubi inluxit praemisso nuntio ad cōs. in castra ingenti gaudio concitantur:* PM et optt. quique codd., praeterquam quod in P *concitatur* est. *Ingenti gaudio concitantur* et consul et milites qui in castris erant. subiectum eius generis, quod neminem fugere posset, saepissime non esse scriptum notissimum est. nihilo minus tamen valde placet quod I. Fr. Gron. scribendum coniecit „praemisso nuntio ad consulem castra ingenti gaudio concitantur“, praesertim cum idem in Lovel. 4. repertum sit, cuius librarium perantiquo et pereleganti codice usum esse persuasum habemus, ut ille Lovelianus quartus in optimos libros referri posset, nisi is qui eum scripsit nimis saepe ingenio suo indulgere voluisset.

5. *singulos uniuersos seruatores suos uocant:* M Lovel. 4.] singulos universosque cet. (P). Coniunctione omissa orationem fortiorem fieri idque dicendi genus cum cetera tum *laudant gratulantur* postulare facile est intellectu, praesertim apud eum scriptorem, quo nemo his asyndetis saepius usus sit. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: seruatores suos laudant. — M: castremsis triumphus. — Leid. I. Harl. I.: et omni honore tribunum consilia aequantibus.

11. *interfante ipso Decio distulit contionem:* PM. Cf. 3, 47.: priusquam aut ille postulatum perageret aut —, Appius interfatur. 36, 27.: quos (oratores) dicere exorsos consul interfatus. al.

12. *auctor omnia posthabendi:* P. — M: auctor omnia posthabendū occasio in manibus esset. — Lovel. 4. al.: omnia posthabenda. — P m. 1.: oc-

attonitos et circa collem castellatim dissupatos adgrederetur: credere etiam aliquos ad se sequendum emissos per saltum vagari. iussae legiones arma capere egressaeque castris, cum per exploratores notior iam saltus esset, via patentiore ad hostem ducuntur, quem incautum inproviso adortae, cum palati passim Samnitium milites plerique inermes nec coire in unum nec arma capere nec recipere intra vallum se possent, paventem primum in castra conpellunt, deinde castra ipsa turbatis stationibus capiunt. perfertur circa collem clamor fugatque ex suis quemque praesidiis: ita magna pars absenti hosti cessit: quos intra vallum egerat pavor — fuere autem ad triginta milia — omnes caesi, castra direpta.

XXXVII. Ita rebus gestis consul advocata contione

cassio. — In Lovel. 4. est: „*ac* nocturno pauore“: ut dubium sit an librarius scribere voluerit „*ab* nocturno pavore“. — M m. 1.: dissu*pa*tos adgrederetur. — P m. 1.: emi*s*os.

6. *palati passim:* P. — M: passi. — M: nec co*le*re in unū nec arma capere. — M: pauentem primum *in* castra c̄pellunt. Harl. I.: inter castra conpellunt. P Leid. I. omnesque recc. codd.: intra castra conpellunt. — Leid. I. etiam „nec recipere *in* uallum se possent“.

11. *ita magna pars absenti hosti cessit:* PM rell. h. e. antequam milites Romani adessent, multi fuga salutem petiverunt. — M: qđ intra uallum egerat pauor. — PM: fuere autem ad xxx mil. — Lovel. 4.: ad viginti millia. — M: castra dire*c*ta.

14. *ita rebus gestis cōs. aduocata contione P. Decii non coeptas solum ante sed cumulatas* (P: cumulata) *noua uirtute laudes peragit:* PM: h. e. non eas modo laudes, quibus eum paulo ante ornare coeperat, peregit, quod summo suo periculo exercitum romanum servasset, sed etiam id laudibus effert, quod non ita gloriae suae indulgere voluisset ut maioris rei occasio amitteretur. — Recc. quid. codd.: non coeptas modo ante sed cumulatas etiam nova virtute. — PM: et centum bubus eximioque uno albo opimo donat. — P m. 1.: milites qui in praesidio simul ferant. m. 2.: fuerant. — PM: duplici frumento. cf. 2, 59.: dupliciariosque.

P. Decii non coeptas solum ante sed cumulatas nova virtute laudes peragit, et praeter militaria alia dona aurea corona eum et centum bubus eximioque uno albo opimo auratis cornibus donat: milites qui in praesidio simul fuerant, duplici frumento in perpetuum, in praesentia singulis bubus

5. *in praesentia singulis bubus priuisque tunicis* („und jeder mit einer Tunica") *donati sunt*] in praesentia singulis bubus binisque privis tunicis donati. Cf. 30, 43. — *Priuisque tunicis* in margine codicis P servatum est, cum in PM omnibusque Drakenb. recentibus codd. sit *binisque tunicis*. vix tamen dubium videtur, quin h. l. duae scripturae fuerint, quamquam ab Med. codicis librario, quem alias harum rerum diligentissimum fuisse persaepe vidimus, nihil scriptum est nisi *binisque*, cum etiam in Harl. I. Leid. I. Pal. 3. Voss. II. *priuisque binisque* inventum sit. quod cum ferendum non videretur, in cod. Gelen. scriptum esse dicitur *binisque priuis tunicis*. verum qui potest a Livio scriptum esse, consulem donasse illis militibus binas tunicas privas! nam quod Drakenborchius persuadere vult, binas privas tunicas esse binas tunicas quas quisque privatim singulatim acceperit, hoc nihil sane est, cum id ipsum in *binis* insit. nihil igitur dubito quin, cum vox *priuum* antiquioris aetatis fuerit, posteriores librarii hanc vocem vel usitatiore aliqua recentioris aetatis vel simili quadam permutatam voluerint: persuasumque habeo et 21, 13. Lipsium recte vidisse, *cum binis vestimentis* eidem pravo librariorum emendandi studio deberi, integramque eius loci scripturam fuisse *cum priuis uestimentis*. cum igitur et alias in margine codicis P veram scripturam servatam videamus, nec fieri potuerit, ut si *binisque tunicis* antiqua manu scriptum fuerit, pro eo ex coniectura quis *priuisque* scribere maluerit, contrarium autem veri simillimum videatur, cumque in melioribus libris aliis nihil nisi *binisque*, in aliis *priuisque binisque* reperiatur, et Livius similes res (singulis bubus — privis tunicis) aliis atque aliis verbis exprimere solitus sit, *priuisque tunicis* verissimam huius loci scripturam esse contendere non dubitamus. Cf. L. Döderlinus Synon. 4. p. 343. — Deinde scripsimus cum Lovel. 4. *donati sunt*, cum etiam in M reppererimus *donatis*, quod sine dubio eodem mendo pro *donati s̄*

privisque tunicis donati sunt: secundum consulis donationem legiones gramineam coronam obsidialem clamore donum adprobantes Decio inponunt: altera corona eiusdem honoris index a praesidio suo inposita est. his decoratus insignibus bovem eximium Marti immolavit, centum boves militibus dono dedit qui secum in expeditione fuerant: hisdem militibus legiones libras farris et sextarios vini contulerant, omniaque ea ingenti alacritate per clamorem militarem indicem omnium adsensus gerebantur. Tertia pugna ad Suessulam commissa est, qua fugatus a M. Valerio Samnitium exercitus omni robore iuventutis domo accito certamine ultimo fortunam experiri statuit. ab Suessula nuntii trepidi Capuam, inde equites citati ad Valerium consulem opem oratum veniunt: confestim signa mota relictisque

quo 7, 34. in eodem libro *pigritiāe* pro *pigritia ē* scriptum est. sic et alias antiquam scripturam corruptam esse, cum aliis locis tum 2, 7. „ubi audire iussi sunt“ vidimus. hac demum ratione totius huius loci partes recte sibi respondere „donat — donati sunt: inponunt — inposita est“ neminem harum rerum peritum fugerit. — P: donati secundum coš. donationem. M: scdm coš. donationem.

2. *obsidialem:* P m. 2. M cod. Gel. Harl. I. Leid. I. al. — P m. 1.: obsidionē. Recc. quid. codd.: obsidionalem. cf. Aul. Gell. 5, 6. al. — M m. 1.: di*c*io inponunt.

6. *hisdem militibus* („eben *diesen* Soldaten“): PM] iisdem militibus. — Cf. 5, 47.: selibras farris et quartarios vini. al.

7. *contulerant:* M] contulerunt (P). *Contulerant* vel propter *gerebantur* verius videbitur. — M m. 1.: in*d*ecem. M m. 2. P: indicem.

9. *tertia pugna ad Suessulam commissa est:* P m. 2. M. — P m. 1.: commisa. — M: samni*c*ium. — M m. 1.: expe*ri* statuit. M m. 3. P: experiri.

13. *inde equites citati ad ualerium coš. opem oratum ueniunt:* PM.

14. *relictisque inpedimentis castrorum ualido praesidio:* PM rell. In editionibus Mediolanensibus Ascens. Mogunt. scriptum est „relictisque impedimentis castrorum *cum* valido praesidio“. verum licet particula *cum* ab antiquis librariis facile illo loco praetermitti potuerit, tamen non video cur ablativus minus probandus sit: „nachdem das

inpedimentis castrorum valido praesidio raptim agitur agmen, nec procul ab hoste locum perexiguum, ut quibus praeter equos ceterorum iumentorum calonumque turba abesset, castris cepit. Samnitium exercitus, velut haud ulla mora pugnae futura esset, aciem instruit: deinde postquam nemo obvius ibat, infestis signis ad castra hostium succedit. ibi ut militem in vallo vidit missique ab omni parte exploratum postquam, quam in exiguum orbem contracta castra essent

Gepäck unter einer starken Besatzung im Lager zurückgelassen worden".

2. *ut quibus praeter equos ceterorum iumentorum calonumque turba abesset:* P: „da mit Ausnahme der Pferde der ganze übrige Tross von Maulthieren und Knechten fehlte". — M: ut quibus p̄t quos ceterorū iumentorum cet. Harl. I. Leid. I. al.: abesse.

4. *uelut haud ulla mora pugnae futura esset:* PM. — Leid. I. Pall. Voss. II. multique alii: uelut haud ulla mora pugnae futurae esset.

7. *missique ab omni parte exploratum postquam — rettulerunt:* ex coni. m.] missique ab omni parte exploratum — rettulerunt. — In omnibus libris maioris auctoritatis PM Harl. I. Leid. I. Pall. 1. 3. Voss. II. scriptum est „missique ab omni parte exploratum *quam quam* in exiguum orbem" cet. quod cum ferendum non videretur, recentes alii librarii scripserunt „quod quam in exiguum orbem", alii „quam in exiguum orbem", alii „quia in exiguum orbem", alii „cum in exiguum orbem". sed sicut et alias ab antiquis librariis litteras syllabasque et voces integras incuria quadam omissas videmus, ita quoque hoc loco *post*, cuius loco interdum in PM *p̄'* scriptum deprehendimus, praetermissum videtur. multo enim saepius in antiquioribus libris ex iis quae integra haberi debent, omissa quaedam videmus quam quae manu antiqua scripta non erant, orationi integrae adiecta. Livium vero eis locis, in quibus maior aliqua vis ponenda videbatur, duabus etiam coniunctionibus, quamvis una satis esset, in protasi uti solitum esse et saepissime *postquam* altero loco legi, loci 4, 13. „quae postquam sunt audita" a nobis collati docuerint. Cf. 22, 14.: ut vero *post*quam cet. al. — Recc. quidam codd.: contracta essent castra paucitatem inde hostium colligentes retulere. — P: rettuller̄.

— paucitatem inde hostium colligentes — rettulerunt, fremere omnis acies conplendas esse fossas scindendumque vallum et in castra inrumpendum: transactumque ea temeritate bellum foret, ni duces continuissent impetum militum. ceterum quia multitudo sua commeatibus gravis et prius sedendo ad Suessulam et tum certaminis mora haud procul ab rerum omnium inopia esset, placuit, dum inclusus paveret hostis, frumentatum per agros militem duci: interim

1. *fremere omnis acies:* P. — M: „fremere om̄s acies". hinc multi recc. codd.: omnes acies. — Pall. 1. 3. aliique: ni dux continuisset.

5. *multitudo sua commeatibus grauis:* PM rell. „Commeatibus gravis" hoc loco non ita ut eis locis quibus „milites armis praeda spoliis graves" legimus, scriptum esse posse neminem fugerit. interpreter haec verba „cui haud facile esset commeatum parare, praebere", nisi forte ut *gravem fieri esse alicui aliqua re* dicebant, sic etiam hoc loco scriptum est, multitudinem ducibus commeatu („durch die Forderung nach Lebensmitteln") iam gravem fieri coepisse. — PM Harl. I. Voss. II. al.: et tum certaminis mora. Leid. I. al.: et cum certaminis mora. — Lovel. 4. Neapol. Lat.: dum inclusus maneret hostis. — Leid. I.: „frumentatu*m* agros". hinc Pall. 1. 3.: frumentatum in agros.

8. *interim quieto romano — defutura omnia:* Lovel. 4.] interim et Romano — defutura omnia. — M: interim *q̄a* | romano qui expeditos quantum umeris inter arma geri *pos*sed frumenti cet. *pos* m. 3. in loco raso est. — Cum in melioribus libris (P Harl. I. Leid. I. Voss. II. al.) scriptum esset „interim *quia et* romano — defutura omnia", nec id probandum videretur, alii librarii „inter*imque et* romano" scripserunt, alii *quia* omittendum putaverunt. verissime tamen Loveliani quarti librarius, sive integrioris libri auxilio adiutus sive coniectura ductus, quid huius loci esset perspexit. nam quem ad modum alias quoque *e* et *ae* confundi solebant, sic et hoc loco *quiaeto* scriptum fuisse videtur, cuius vocis cum littera postrema neglegenter praetermissa esset, *quia et* pro vera scriptura haberi potuit. coniunctionem *quia* autem non huius loci esse, non est difficile intellectu. non enim, quia et Romano omnia defutura essent, Samnites consilium ceperunt milites per agros frumentatum mittendi,

quieto Romano, qui expeditus quantum humeris inter arma geri posset frumenti secum attulisset, defutura omnia. consul palatos per agros cum vidisset hostes stationes infrequentes relictas, paucis milites adhortatus ad castra oppugnanda ducit: quae cum primo clamore atque impetu cepisset pluribus hostium in tentoriis suis quam in portis valloque caesis, signa captiva in unum locum conferri iussit, relictisque duabus legionibus custodiae et praesidii causa

sed quod ipsi ab re frumentaria laborarunt persuasumque habuerunt, Romanum exercitum pavore captum intra vallum quietum mansurum: eoque maiore incuria futuram pugnam exspectarunt, quo minus virium Romano, qui praeter timorem etiam omni commeatu destitutus videretur, futurum esse putarunt. „Da aber ihre grosse Truppenmasse, für die den nöthigen Unterhalt herbeizuschaffen überhaupt nicht leicht war, fast an Allem schon Mangel litt, so beschlossen die Anführer, so lange der Feind furchtsam innerhalb seines Walles sässe, die Soldaten in die benachbarten Felder zu führen um Lebensmittel aufzutreiben: während dess werde der Römer, wenn er so ruhig sitzen bleibe, sich in die äusserste Verlegenheit gebracht sehen“. Cf. 44, 27.: „quae manus, quieto sedente rege ad Enipeum, adversus Romanos — in Thessaliam traducta non agros tantum nudare populando potuit ne quos inde Romani commeatus expectarent sed“ cet.

4. *paucis milites adhortatus ad castra oppugnanda ducit:* PM: nisi quod primo in P „*a*ppugnanda“ fuit. — Harl. I.: stationes infrequentes relictis paucis milites adhortatus.

8. *relictisque duabus legionibus custodiae et praesidii causa:* PM rell. praeterquam quod in P levi mendo „custodi*a et* praesidii causa“ scriptum est. — Iac. Gronovius vel *duabus cohortibus* vel *duobus milibus* scribendum esse censuit, cum omnis Romanorum exercitus non amplius duorum milium fuisse videretur. nec tamen dubitandum est quin Romani, cum viderent quot et quales hostes Samnites essent, longe maiorem exercitum miserint, cum vel in Praenestinos Camillum cum quattuor legionibus quaternum milium militum profectum esse 6, 22. legamus. nec sine causa Valerius videtur tam validum praesidium in Samnitium castris reliquisse, cum nihil minus veri simile esset, quam ut Samnites castris omissis fuga

gravi edicto monitis ut donec ipse revertisset praeda abstinerent, profectus agmine instructo, cum praemissus eques velut indagine dissipatos Samnites ageret, caedem ingentem fecit. nam neque quo signo coirent inter se neque utrum castra peterent an longiorem intenderent fugam, territis constare poterat: tantumque fugae ac formidinis fuit ut ad quadraginta milia scutorum — nequaquam tot caesis — et signa militaria cum his quae in castris capta erant ad centum septuaginta ad consulem deferrentur. tum in castra hostium reditum ibique omnis praeda militi data.

XXXVIII. Huius certaminis fortuna et Faliscos, cum in indutiis essent, foedus petere ab senatu coegit, et Lati-

salutem petere vellent. — P m. 1.: abstineret.

2. *cum praemissus eques uelut indagine dissipatos Samnites ageret:* PM. „Valerius, der in geschlossenen Gliedern vorrückte, richtete ein ungeheures Blutbad an, indem die vorausgeschickten Reiter die zerstreuten Samniten gleichwie bei einer Jagd das Wild zusammentrieben“. nam ut silvas ferasque indagine claudere solebant, sic etiam tum praemissi equites Samnites dissipatos ad Valerium egerunt et prohibuerunt, ne quis effugeret. Cf. Taciti Agric. c. 37.

4. *quo signo coirent inter se:* recc. codd. — PM Harl. I. Leid. I. al.: „quo signo coir*e* *int*er se“. Quem ad modum hoc loco litterae *nt* propter sequentium litterarum similitudinem ab antiquis librariis praetermissae sunt, sic contrario mendo 22, 32. in Put. „aequom censuisse*nt* neapolitanos“ pro *censuisse* scriptum videmus. — P: constare potera*n*t.

6. *ad quadraginta mil scutorum:* P. — M: ad XL mil scutorum.

7. *et signa militaria cum his quae in castris capta erant ad centum septuaginta ad consulem deferrentur* (P: deferentur): PM: nisi quod in M „cum†is q̄. in castris“ media una littera erasa scriptum est. — Harl. I. Leid. I. Voss. II. al.: et signa militaria *cunctis* quae in castris cet.

11. *huius certaminis fortuna et Faliscos cum in indutiis essent foedus petere* cet.: P. — M: ibique omnis praeda militi dat a*d*hui' certaminis fortuna et faciliscos cum in induciis essent cet. M m. 3.: fortunā. — In Harl. I. Pall. 1. 3. Voss. II. multisque aliis scriptum est „cum *in*dutiis essent“. Illarum indutiarum

nos iam exercitibus conparatis ab Romano in Pelignum vertit bellum: neque ita rei gestae fama Italiae se finibus tenuit sed Carthaginienses quoque legatos gratulatum Romam misere cum coronae aureae dono, quae in Capitolio in Iovis cella poneretur: fuit pondo viginti quinque. consules ambo de Samnitibus triumpharunt sequente Decio insigni cum laude donisque, cum incondito militari ioco haud minus tribuni celebre nomen quam consulum esset. Campanorum deinde Suessanorumque auditae legationes, precanti-

in quadraginta annos impetratarum (cf. 7, 22.) octo demum anni peracti erant. — PM: ab romano in *paeli*gnum.

4. *quae in Capitolio in Iouis cella poneretur:* PM. — In recc. quibusdam codd. non ineleganter scriptum est „in Capitolio *Iunonis* cella", cum librariis in mentem venisset illud Virgilianum (Aen. 1, 15.) „Urbs antiqua fuit — Tyrii tenuere coloni — Carthago — Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam Posthabita coluisse Samo. — M: fuit p̄ xxv. cons̄. ambo de samnitibus triumpharunt. P: fuit p̄ xxv. cons̄. ambo cet. Harl. I.: fuit proinde uiginti quinque. Leid. I.: fuit pro vigiuti cet. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: triumphare. — Paulo post M m. 1.: milita | loco. m. 2.: militari | loco. P: militari ioco.

9. *Suessanorumque:* PM rell.] Suessulanorumque (ex coni. Sigon.) — C. Sigonius *Suessulanorumque* scribi voluit, quod non minus in Suessulanos quam in Campanos Samnitium animi irritati fuissent. sed quamquam tertiam illam cum Romanis pugnam Samnitibus ad Suessulam fuisse 7, 37. legimus, tamen ibi non quod Suessulanis Samnites offensi essent pugnatum est, sed quod ibi in loco Capuae propinquo Samnites ultimo certamine fortunam experiri statuerant. Samnitibus autem victis cum Campani Romanorum dediticii facti essent, ne Suessulanis quidem cum Campanis coniunctis ab Samnitibus magnopere metuendum videbatur. longe alia vero Suessanorum fore condicio videri potuit. cum enim Suessa, quae postea Aurunca appellata est (8, 15.), haud procul ab Teano Sidicino abesset, nec Samnites quidquam magis quam Sidicinorum interitum videre velle viderentur, utpote qui (8, 1.) ab Romanis foedere amicitiae renovato belli ius adversus Sidicinos peterent, timendum erat ne Samnites Sidicinis victis victricia arma in propinquos Suessanos inferre

busque datum ut praesidium eo in hiberna mitteretur, quo Samnitium excursiones arcerentur. iam tum minime salubris militari disciplinae Capua instrumento omnium voluptatium delenitos militum animos avertit a memoria patriae, inibanturque consilia in hibernis eodem scelere adimendae Campanis Capuae, per quod illi eam antiquis cultoribus ademissent: neque inmerito suum ipsorum exemplum in eos versurum: cur autem potius Campani agrum Italiae uberrimum dignam agro urbem, qui nec se nec sua tutari possent, quam victor exercitus haberet, qui suo sudore ac sanguine inde Samnites depulisset? an aequum esse dediticios suos illa fertilitate atque amoenitate perfrui, se militando fessos in pestilenti atque arido circa urbem solo luctari aut

vellent. cum igitur in omnibus Livianis codd. et ab Capua et ab Suessa legatos ad praesidium petendum Romam missos esse legamus, nec ab his libris rerum ratio abhorrere videatur, optimorum codicum auctoritas potior quam Sigoniana coniectura videri debet. Cf. Cic. Phil. 13, 8.: lautissimum oppidum, nunc municipium, honestissimorum quondam colonorum (Liv. 9, 28.), Suessam fortissimorum militum sanguine inplevit (scil. Antonius). Sil. Ital. 8, 397.: detritaque bellis Suessa. al. — Leid. I. al.: in hibernia mitteretur — arcerent.

3. *instrumento omnium uoluptatium delenitos militum animos auertit:* PM. — Leid. I.: delenitum milites animos. — M: consilia inibernis. — PM: neque inmerito suum ipsorum exemplum in eos uersurum. Cf. 2, 62.: omnis ira belli ad populationem agri vertit.

9. *qui nec se nec sua tutari possent:* M Harl. I. Voss. II. al. — Non video qui Drakenborchius *possint*, quamvis etiam in P ita scriptum sit, pro integra scriptura habere potuerit. — Leid. I.: possunt. — Paulo ante M: uberrimā dignū. — Deinde PM: depulisset. M m. 4.: depulissēt.

11. *an aequum esse:* P. — M: „ania | equum ēē“: h. e. „ani aequum esse“: ut dubium sit an librarius *anne* scribi voluerit. — P m. 1.: deditios suos. m. 2.: dedicios.

13. *in pestilenti*] in pestilente. — P Harl. I. Leid. I. multique alii: in pestilenti*a atque* arido. — M m. 1.: „in pestilentie atque arido“: quod eodem mendo scriptum est quo 7, 39. in P „fecissetruriacagere“ pro „fecisset ruri

in urbe insedentem labem crescentis in dies fenoris pati? haec agitata occultis coniurationibus necdum vulgata in omnes consilia invenit novus consul C. Marcius Rutilus, cui Campania sorte provincia evenerat, Q. Servilio collega ad urbem relicto. itaque cum omnia ea sic ut gesta erant per tribunos conperta et aetate haberet et usu doctus, quippe qui iam quartum consul esset dictatorque et censor fuisset, optumum ratus differendo spem quandocumque vellent consilii exsequendi militarem impetum frustrare, rumorem dis-

agere" al. — M m. 2.: in pestilente atque cet.

1. *insedentem labem:* PM Harl. I. Voss. II. al.] insidentem tabem (recc. codd.). — Cum *labes* id malum sit quod ruinam interitumque cuique minetur, *tabem* scribere non ausim, licet ita h. l. in margine codicis P, similibusque locis (2, 23.) etiam in optimis libris scriptum reperiatur: „und dass sie, nachdem sie sich im Kriegsdienste abgemüht, nun angestrengt arbeiten sollten um dem ungesunden und unfruchtbaren Boden um Rom her eine Frucht abzugewinnen, oder in der Stadt das eingenistete Unheil der immer mehr um sich greifenden Schuldenlast ertragen müssten". Cf. 2, 44.: id unum venenum eam labem civitatibus opulentis repertam, ut magna imperia mortalia essent. 9, 24.: silvestribus locis cohortibus insedere iussis. al. — P m. 2. M: foenoris pati. P m. 1.: pato.

3. *nouus coš. C. Marcius* (M: martius) *Rutilus:* PM. cf. 7, 17. — Harl. I.: rutulius. Voss. II. multique recc. codd.: rutilius.

6. *conperta et aetate haberet et usu doctus:* PM Leid. I. Lovel. 4. al.] comperta haberet et aetate et usu doctus (recc. codd.). Cum apud Livium audacior quidam poetarumque ingenio accommodatior verborum ordo haud raro reperiatur, optimorum librorum auctoritatem negligere nolim. nec quemquam fugerit, cum totius loci subiectum voce *usus* expressum sit, in hac ipsa concinniore constructione haud ingratam elegantiam inesse. — M m. 4.: conp̄ta et aetatē haberet et usu doctus. In Voss. II. aliisque verba *et aetate* praetermissa sunt. — PM: quippe qui iam quartum coš. esset.

8. *optumum ratus:* Harl. I.] optimum ratus (PM). Cf. ex. gr. 22, 27.: se optumum ducere (Put.).

9. *frustrare:* PM Harl. I. Leid. I.

sipat in hisdem oppidis et anno post praesidia hibernatura. divisa enim erant per Campaniae urbes manaverantque a Capua consilia in exercitum omnem. eo laxamento cogitationibus dato quievit in praesentia seditio.

XXXIX. Consul educto in aestiva milite, dum quietos Samnites habebat, exercitum purgare missionibus turbulentorum hominum instituit, aliis emerita dicendo stipendia esse, alios graves iam aetate aut viribus parum validos: quidam in commeatus mittebantur, singuli primo deinde et cohortes quaedam, quia procul ab domo ac rebus suis hibernassent: per speciem etiam militarium usuum, cum alii alio mitterentur, magna pars ablegati: quam multitudinem consul alter Romae praetorque alias ex aliis fingendo moras retinebat. et primo quidem ignari ludificationis minime inviti domos revisebant: postquam neque reverti ad signa primos nec ferme alium quam qui in Campania hibernassent

al.] frustrari. Cf. Prisc. 8, 4. 15. 20. — M: militar*i* | *impetum* frustra rerumorem dissipati*m* hisdem oppidi sed anno. M m. 2.: rerūmorem.

1. *in hisdem* („in eben diesen Städten") *oppidis et anno post praesidia hibernatura:* P] in iisdem cet. Idem *hisdem* in M esse iam supra dictum est. — In Harl. I. Leid. I. multisque aliis excidit *et*.

3. *eo laxamento cogitationibus dato quievit in praesentia seditio:* PM: „nachdem den aufgeregten Gemüthern dieser Aufschub zum ruhigen Nachdenken über ihr Vorhaben gelassen war, so stellte sich für den Augenblick die Ruhe wieder her". — In Harl. I. omnia ea quae inter *consilia in exercitum* et *exercitum purgare* leguntur, omissa sunt.

6. *exercitum purgare missionibus:* M et P in margine. — P: exercitum pugnare misionibus.

9. *deinde et cohortes quaedam quia procul ab domo ac rebus suis hibernassent:* PM. — Lovel. 4.: deinde cohortes quaedam quia ab domo ac rebus suis hibernassent.

11. *per speciem etiam militarium usuum cum alii alio mitterentur magna pars ablegati:* P m. 2. M. — P m. 1.: usum cum alio alio mitterentur. — P m. 1.: figendo moras. P m. 2. M: fingendo.

14. *et primo quidem:* M m. 2. P. — M m. 1.: et primo quem.

praecipueque ex his seditionis auctores mitti viderunt, primum admiratio deinde haud dubius timor incessit animos, consilia sua emanasse, iam quaestiones iam indicia iam occulta singulorum supplicia inpotensque et crudele consulum ac patrum in se regnum passuros. haec qui in castris erant occultis sermonibus serunt nervos coniurationis eiectos arte

1. *ex his:* PM] ex iis. — Pall. 1. 3.: ab iis. — M: deinde aut dubius.

3. *iam quaestiones iam indicia iam occulta singulorum supplicia inpotensq. et crudele consulum ac patrum in se regnum passuros:* PM. — Multi recc. codd.: iam iudicia. — Leid. I.: iam culta singulorum supplicia. Voss. II. al.: iam cuncta singulorum supplicia. — Lovel. 4.: impudens ac crudele.

5. *haec qui in castris erant occultis sermonibus serunt:* M m. 3. P. — M m. 1.: occultis sermonib. | neruos cet. m. 3.: sermonib. | sert. neruos cet. — Cf. 3, 43.: L. Siccium — tribunorum creandorum secessionisque mentiones ad vulgus militum sermonibus occultis serentem — mittunt. 34, 61.: Aristonem quendam — venisse: certos homines cotidie cum eo secreta conloquia serere. al.

6. *neruos coniurationis eiectos:* PM rell. — Claud. Puteanus non *eiectos* sed *exsectos* scribendum coniecit: quem ad modum apud Cic. in altera orat. de lege agrar. 33, 91. scriptum legitur de illa Campana arroganti atque intoleranda ferocia: „nervis omnibus urbis exsectis urbem ipsam solutam ac debilitatam reliquerunt“: similique modo apud eundem Cic. Tusc. 2, 11.: „poetae nervos omnis virtutis elidunt“: Phil. 12, 3.: „legionum nostrarum nervos nonne his consiliis incidimus“. verum quae exsecta exstirpatave sunt, eadem exstincta nec ullius usus fore necesse est, quod de eis qui a consule Romam missi erant dici non potest. quamquam igitur vox *nervos* Livium figura uti coepisse ostendit, tamen ille in ea sibi non perstat, ne quid quod non esset aptum dixisse videretur. cf. Cic. Phil. 12, 3.: „quem ad modum hoc consilium Capua probabit, quae temporibus his Roma altera est? illa impios cives iudicavit, eiecit, exclusit“. de divin. 2, 72. 149.: „ut religio propaganda est —, sic superstitionis stirpes omnes eiciendae“. — In P primo scriptum erat *cernentis*, sed eadem m. 1. *cernentes* restitutum est.

consulis cernentes. cohors una cum haud procul Anxyre esset, ad Lautulas saltu angusto inter mare ac montis consedit ad excipiendos quos consul aliis atque aliis ut ante dictum est causis mittebat. iam valida admodum numero manus erat nec quicquam ad iusti exercitus formam praeter ducem deerat: inconpositi itaque praedantes in agrum Albanum perveniunt et sub iugo Albae longae castra vallo cingunt. perfecto inde opere reliquum diei de imperatore sumendo sententiis decertant nulli ex praesentibus satis fidentes: quem autem ab Roma posse exciri, quem patrum aut plebis esse qui aut se tanto periculo sciens offerat aut cui ex iniuria insanientis exercitus causa recte committatur?

1. *cum haud procul Anxyre esset:* Harl. I. — P: cum haud procul anxyr esset. M m. 1.: cum haud procul anx † esset. m. 3.: anxir esset. Recc. codd.: anxur esset.

2. *montis:* M m. 1. P] montes (M m. 2.). — Leid. I. Voss. II.: ad Lautulos.

4. *iam ualida admodum numero manus erat:* PM. — Pal. 1.: iam ualido admodum numero romanus erat.

8. *reliquum diei:* P. — M: reliqum diei. — M: „nulli ex presentiis | fidentes". dein „presentib. | fidentes".

11. *qui aut se tanto periculo sciens offerat aut cui ex iniuria insanientis exercitus causa recte committatur:* PM. Duae erant res quarum neutram sibi prospere eventuram sperare posse milites videbantur: neminem enim fore qui se ipse sciens tanto periculo offerre vellet nec cui ipsi cum fide fiduciaque suam causam committere possent. cum igitur h. l. de se ipsi milites suaque condicione iudicent, recte dici potest „exercitus ex iniuria insanientis causa". magna enim iniuria sibi videbantur affecti nec sine graviore causa a republica secessisse, qui alii ex aliis causis tamquam impii cives ab exercitu exclusi quaestiones suppliciaque passuri Romam mitterentur. quo igitur iudicio ille Sannio apud Terent. in ad. 2, 1. 43. „Minime miror, qui insanire occipiunt ex iniuria: Domo me eripuit, verberavit" cet., eodem h. l. milites apud L. se ex iniuria insanire dicunt. „Wo werde sich unter den Patriciern oder Plebejern einer finden, der sich wissentlich einer solchen Gefahr aussetzen möchte, oder dem sie das Wohl des in Folge der ihm zugefügten Unbillen von Zorn entbrannten Heeres anvertrauen könnten".

postero die cum eadem deliberatio teneret, ex praedatoribus vagis quidam conpertum attulerunt T. Quinctium in Tusculano agrum colere urbis honorumque inmemorem. patriciae hic vir gentis erat, cui cum militiae magna cum gloria actae finem pes alter ex vulnere claudus fecisset, ruri agere vitam procul ambitione ac foro constituit. nomine audito extemplo agnovere virum et quod bene verteret acciri iusserunt. sed parum spei erat voluntate quicquam facturum: vim adhiberi ac metum placuit. itaque silentio noctis cum tectum villae qui ad id missi erant intrassent, somno gravem Quinctium oppressum — nihil me-

2. *T. Quintium in Tusculano agrum colere:* PM. — Lov. 4.: in Tusculano colere. Cf. 3, 26.: spes unica imperii populi romani L. Quinctius trans Tiberim — colebat agrum cet. — Harl. 1.: coleret. Leid. 1.: coleretur.

5. *pes alter ex uulnere claudus:* PM: quamquam primo in P *pas* fuerat. — P m. 1.: fecissetruri*ae*agere. — PM: procul ambitione ac foro. Cf. 6, 16. Lov. 4.: procul ab ambitione et foro.

8. *sed parum spei erat uoluntate quicquam facturum:* PM. Cf. 3, 69.: „paucis cohortibus veterum militum *voluntate* sequentibus": et sic persaepe. — PM: uim a*th*iberi. P m. 2.: adhiberi.

10. *intrassent:* P m. 2. M. — P m. 1.: intrasset. — Recc. quid. codd.: somno graui. Cf. 4, 38.: gravis somno epulisque incolas veteres novi coloni nocturna caede adorti.

11. *nihil medium aut imperium atque honorem aut ubi restitaret mortem ni sequeretur denuntiantes:* PM. — Cf. 2, 49.: sequebatur turba — cognatorum sodaliumque nihil medium nec spem nec curam sed inmensa omnia volventium animo. — I. Fr. Gronovius scribi voluit: „nihil medium, aut imperium atque honorem *si sequeretur*, aut *ubi restitaret* mortem denuntiantes": nec potest dubium esse quin ea ratione simplicitati orationis consultum fuerit. sed quamquam *ni sequeretur* idem prope quod *ubi restitaret* significat, tamen haec maior verborum copia maiore illa vi, quae in hac altera parte ponenda visa est, quodam modo excusatur, cum „ubi restitaret" quasi eorum qui mandata dederant, „ni sequeretur" ipsorum Quinctio minitantium militum sint. ac si cum Gronovio *si sequeretur* scripserimus, parum fortiter id dictum erit, quod militibus

dium, aut imperium atque honorem, aut, ubi restitaret, mortem ni sequeretur denuntiantes — in castra pertraxerunt. imperator extemplo adveniens appellatus, insigniaque honoris exterrito subitae rei miraculo deferunt et ad urbem ducere iubent. suo magis inde impetu quam consilio ducis convulsis signis infesto agmine ad lapidem octavum viae quae nunc Appia est perveniunt, issentque confestim ad urbem, ni venire contra exercitum dictatoremque adversus se M. Valerium Corvum dictum audissent et magistrum equitum L. Aemilium Mamercum.

XL. Ubi primum in conspectum ventum est, arma signaque agnovere, extemplo omnibus memoria patriae iras permulsit. nondum erant tam fortes ad sanguinem civilem nec praeter externa noverant bella ultimaque rabies secessio ab suis habebatur. itaque iam duces iam milites utrim-

persuasum fuit fieri omnino non posse, ut nollet sequi. „— Die Ehre des Oberbefehles ihm übertragend, oder, wenn er sich weigern sollte, den Tod falls er nicht folgte androhend". — Recc. codd.: ubi resisteret. cf. 10, 19.

6. *ad lapidem octauum uiae quae nunc Appia est perueniunt:* PM Harl. I. Leid. I. — I. Fr. Gron. ex recc. codd. *via* scribendum censuit, quod probandum videretur, si *via Appia* scriptum esset. cf. 2, 11. 3, 6.: Gabina via. 7, 9.: Salaria via. al. — Leid. I. Voss. II. al.: issent confestim ad urbem. — PM: et mag̃. equitum L. Aemilium Mamercum. cf. 7, 1.

11. *ubi primum in conspectum uentum est, arma signaque agnouere:* PM Harl. I. „So wie man einander ansichtig geworden, sie die Waffen und ihre Feldzeichen wiedererkannten, da tilgte die Erinnerung an das Vaterland sogleich jede leidenschaftliche Regung". — I. Fr. Gron. alii „ventum *et* arma", Dukerus „ventum est *et* arma" scribi voluerunt.

14. *ultimaque rabies secessio ab suis habebatur:* M m. 4. P. — M m. 1.: rabie†cessio.

15. *itaque iam duces iam milites utrimque congressus quaerere ad conloquia:* PM. — Harl. I. Leid. I.: itaque iam duces *tam* milites cet. Recc. quid. codd.: tam duces quam milites. — Leid. I.: congressus quaerere *ac* conloquia. Cf. Cic. Phil. 12, 11. — Aliquantum haereo in hoc loco explicando: non tam

que congressus quaerere ad conloquia: Quinctius, quem armorum etiam pro patria satietas teneret nedum adversus patriam, Corvinus omnes caritate cives praecipue milites et ante alios suum exercitum conplexus ad conloquium processit. cognito ei extemplo haud minore ab adversariis verecundia quam ab suis silentium datum: „deos“ inquit „inmortales, milites, vestros publicos meosque ab urbe proficiscens ita adoravi veniamque supplex poposci, ut mihi de

quod non *processerunt* sed *processit* scriptum est, nam id, etsi non placet, eo consilio scriptum videri potest, quod unus Valerius loqueretur: quam quod Quinctius ne processisse quidem videtur sed, ut Valerius ipse dicit, inter primos substitisse. non enim sicut Scipio et Hannibal (30, 30.), Valerius et Quinctius ut de suorum fortuna colloquerentur prodierunt, sed omnis prope Valerii oratio ad ipsos milites spectat. deinde etiam altera causa est quae mihi locum suspectum faciat: vix enim dubium videatur quin verba „Quinctius quem armorum etiam pro patria satietas teneret nedum adversus patriam“ melius ad priorem locum referantur, nec quae sequuntur ab hac constructione abhorreant. duae igitur huius difficultatis tollendae rationes iniri possunt, ut aut ante *Quinctius* („inprimis“) aut post *patriam* aliquid excidisse arbitremur punctumque post *patriam* ponendum: aut ut puncto post *conplexus* posito scribamus: „itaque iam duces iam milites utrimque congressus quaerere ad conloquia, Quinctius, quem armorum pro patria satietas teneret nedum adversus patriam, Corvinus, omnes caritate cives, praecipue milites et ante alios suum exercitum conplexus. *qui cum* ad conlo*quium* processisset (vel processit: 29, 37.), cognito ei extemplo“ cet.

5. *cognito ei extemplo:* P m. 2. M. — P m. 1. Harl. I. Leid. I.: cognito et extemplo. Pal. 3. Voss. II. al.: quo cognito et extemplo. Pal. 1.: quo cognito extemplo. Cod. Klock.: cognito extemplo.

— *haud minore ab aduersariis uerecundia quam ab suis:* ex verissima Iac. Perizonii coniectura. — P Harl. I. al.: haud minor ab aduersariis cet. M m. 1.: aut minor aduersariis. m. 3.: aut minor ab aduersariis. Leid. I.: haud minor *e*ius ab aduersariis. — P m. 1.: abaube proficiscens. m. 2.: urbe. — Harl. I.: ueniamque supplex posci.

vobis concordiae partae gloriam non victoriam darent: satis fuit eritque unde belli decus pariatur, hinc pax petenda est. quod deos inmortales inter nuncupanda vota expoposci, eius me conpotem voti vos facere potestis, si meminisse vultis non vos in Samnio nec in Vulscis sed in Romano solo castra habere, si illos colles quos cernitis patriae vestrae esse, si hunc exercitum civium vestrorum, si me consulem vestrum, cuius ductu auspicioque priore anno bis legiones Samnitium fudistis, bis castra vi cepistis. ego sum M. Valerius Corvus milites, cuius vos nobilitatem beneficiis erga vos non iniuriis sensistis, nullius superbae in vos legis nullius crudelis senati consulti auctor, in omnibus meis imperiis in me severior quam in vos. ac si cui genus si cui sua virtus si cui etiam maiestas si cui honores subdere spiritus potuerunt, is eram natus, id specimen mei dederam, ea aetate consulatum adeptus eram, ut potuerim tris et vi-

5. *non vos in samnio nec in uulscis:* P. — M: nec in uulsscis. — P: si me coss̄. nr̄m cuus ductu. m. 2.: cuius. M: si me coss̄. uestrum. — P m. 1.: fudisti.

12. *nullius crudelis sc̄. auctor:* M] nullius crudelis senatus consulti auctor. — P: sc̄. auctor. Voss. II. al.: senatus consultus. Cf. 5, 51.: mille senati consultis.

13. *ac si cui genus:* PM. Minus apte scriptum est in recc. quibusdam codd. „*at si cui*“*:* hoc enim et sequenti loco pluribus ea quae paulo ante dicta erant exponuntur, ut coniunctione vel copulativa vel causali non adversativa opus sit. — P m. 1.: si cui honores subderes sp̄s | potuerunt. m. 2.: subdere.

15. *is eram natus:* PM Harl. I. Leid. I. rell.] iis eram natus (scil. parentibus). Unus cod. Haverc.: „his eram natus“: sed multo praestat nominativus, nec h. l. *is* pro *iis* scriptum arbitrer. — Cf. 1, 24.: eam alitem ea regione caeli et eius dei nuntiam venisse. 3, 69. 9, 5. 32, 21.

16. *tris et XX annos natus coss̄. patribus quoque ferox esse non solum plebi:* PM: h. e. iam adolescens tantam amplitudinem adeptus sum, ut vel patres timere potuerint, ne nimia fortuna me superbum redderet. at quando tale quid de me audistis? aeque consul plebem colui atque adolescens. Harleiani I. librarius, quem huius loci sensus prorsus fugeret, scripsit

ginti annos natus consul patribus quoque ferox esse non solum plebi: — quod meum factum dictumve consulis gravius quam tribuni audistis? eodem tenore duo insequentes consulatus gessi, eodem haec imperiosa dictatura geretur, ut neque in hos meos et patriae meae milites mitior quam in vos — horreo dicere — hostis. ergo vos prius in me strinxeritis ferrum quam in vos ego: istinc signa canent, istinc clamor prius incipiet atque impetus, si dimicandum est. inducite in animum quod non induxerunt patres avi-

„patribus quoque felix esse". — De *non solum* cf. 7, 18.: fidei iam suae non solum virtutis ducebant esse. 3, 7.: pudore etiam non misericordia solum moti. 5, 48.: spe quoque iam non solum cibo deficiente. 45, 39.: deis quoque enim non solum hominibus debetur triumphus. 28, 40.: „non senatorem modo" eodem dicendi genere scriptum est, quamquam interpretes quidam *modo* deletum voluerunt.

2. *quod meum factum dictumue cōs. grauius quam tribuni audistis:* PM. — In Harl. I. Leid. I. omnibusque prope recc. codd. *meum* omissum est. Cf. 7, 9.: quem nunc Roma virum fortissimum habet, procedat — ad pugnam, ut noster duorum eventus ostendat utra gens bello sit melior. 8, 7. Cic. pro Planc. 10, 26.: cui nomen meum absentis honori fuisset, ei meas praesentis preces non putas profuisse. al. — Harl. I.: auditis. — Recc. codd.: duos insequentes consulatus. — P m. 1.: haec imperiora dictatura. m. 2.: imperiosa. — P: gereretur.

5. *ut neque in hos meos et patriae meae milites mitior quam in uos horreo dicere hostis:* PM: h. e. ne in hos meos quidem cet. cf. 7, 34.: neque enim moveri hostis — poterit. — Loveliani quarti librario „mitior *sim* quam in uos" scribendum videbatur: sed cf. 7, 30. „alterum — ominari horreo quae ferat".

7. *istinc signa canent istinc clamor prius incipiet:* M. — P: quam in uos ego. *istinc* clamor prius incipiet cet.

9. *inducite in animum quod non induxerunt patres auique uestri:* PM: scil. „inferre bellum patriae", quod Valerius eloqui horret. Cf. 2, 5.: illos eo potissimum anno patriam liberatam — induxisse in animum ut superbo quondam regi tum infesto exuli proderent. — P: non hii qui postea cet.

que vestri, non illi qui in Sacrum montem secesserunt, non hi qui postea Aventinum insederunt: expectate dum vobis singulis ut olim Coriolano matres coniugesque crinibus passis obviae ab urbe veniant: — tum Vulscorum legiones, quia Romanum habebant ducem, quieverunt: vos — Roma-

3. *crinibus passis:* P m. 2. M m. 2. — P m. 1.: passim. M m. 1.: criminibus. — Pall. Voss. II. multique recc. codd.: crinibus sparsis. Cf. 1, 13, ubi invitis melioribus libris idem in recentibus quibusdam codd. scriptum est. — Leid. I.: ueniunt.

4. *tum uulscorum legiones quia romanum habebant ducem quieuerunt:* PM. — Leid. I.: quiuerunt.

5. *uos romanos exercitus ne destiteritis inpio bello:* P m. 1. M m. 1.] vos Romanus exercitus cet. — P m. 2.: romanus. M m. 2.: romani. — In Leid. I. et in recc. quibusdam codd. scriptum est *non destiteritis* „und ihr, ein Römisches Heer, werdet nicht abstehen wollen von diesem verruchten Kriege?“ sed quamquam etiam in PM interdum *n̄* pro *non* (8, 4. al.) scriptum legitur, nec raro vel in optimis libris *non* et *ne* inter se confusa sunt (21, 44. al.), ut etiam hoc loco alterum pro altero scriptum esse possit, tamen mihi persuadere non possum, *ne destiteritis*, quod in PM Harl. I. multisque aliis codd. invenitur, errantibus librariis deberi, quamvis haec scriptura paulo difficilior sit. nam si *ne destiteritis* integrum est, hoc eodem sensu scriptum oportet, quo 21, 44. „ne transieris Hiberum, ne quid rei tibi sit cum Saguntinis“, quod vehementiore vi dictum videri possit quam quae ingenium Valerii, qui lenibus consiliis milites ab improbis studiis abducere voluerit, deceat. verum licet id non sine causa dici posse videatur, tamen fortius iam Valerium dicere coepisse ea quae paulo ante hunc locum leguntur docuerint: non enim Valerius dixerat „ergo vos prius in me strinxeritis ferrum quam in vos ego — si dimicandum est, *si inducitis* in animum quod non induxerunt patres avique vestri“, aut „*ne* inducite in animum“, cum utrumque aptissime dici potuisset, sed „inducite in animum“ „expectate“: eisdem igitur his gravioribus verbis iam pergit „ne destiteritis“, ut si leniter agendo nihil videretur effecisse, hac certe oratione militum animos commoveret. — PM: t. quinti quocumque istic loco cet. — Leid. I. al.: tergumque cui dederis.

nos exercitus — ne destiteritis inpio bello! T. Quincti — quocumque istic loco seu volens seu invitus constitisti — si dimicandum erit, tum tu in novissimos te recipito, fugeris etiam honestius tergumque civi dederis quam pugnaveris contra patriam: nunc ad pacificandum bene atque honeste inter primos stabis et conloquii huius salutaris interpres fueris. postulate aequa et ferte, quamquam vel iniquis standum est potius quam inpias inter nos conseramus manus". T. Quinctius plenus lacrimarum ad suos versus „me quoque" inquit „milites, si quis usus mei est, meliorem pacis quam belli habetis ducem. non enim illa modo Vulscus aut Samnis sed Romanus verba fecit, vester consul vester imperator milites, cuius auspicia pro vobis experti nolite adversus vos velle experiri. qui pugnarent vobiscum infestius, et alios duces senatus habuit: qui maxime

7. *postulate aequa et ferte:* PM: h. e. postulate aequa et feretis. non enim potest *ferte* h. l. idem quod *postulate* significare. cf. 2, 12.: ut beneficio a me tuleris quod minis nequisti. 3, 34.: cum promptum hoc ius velut ex oraculo incorruptum pariter ab iis summi infimique ferrent. al. „Fordert Billiges und es wird euch gewährt werden, wiewohl wir uns selbst Unbilliges noch wollen lieber gefallen lassen als dass es zwischen uns zum Kampfe kommen müsse".

10. *me quoque inquit milites si quis usus mei est meliorem pacis quam belli habetis ducem:* PM. — Leid. I.: „si quis meiussus". hinc Voss. II. al.: si quis mei usus est. — Recc. quidam codd.: habebitis. — Paulo ante P: ad suos uersos.

11. *non enim illa modo uulscus aut samnis sed romanus uerba fecit uester cons. uester imperator milites:* M. — P: uolscus — uester cons. uester cet. — P m. 1.: cuius auspicia pro *n*obis experti. — PM: *nolite* aduersus uos *uelle* experiri. Cf. Cic. Phil. 7, 8. 25.: „nolite igitur id velle, quod fieri non potest". pro Balbo 28, 64.: „nolite — iudices, hunc illi acerbum nuntium velle perferri ut" cet. Corn. Nep. Attic. 4.: „noli, oro te — aduersum eos me velle ducere, cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui". cf. Markland. ad or. pro domo 57, 146.

15. *qui maxime uobis suis mi-*

vobis — suis militibus — parceret, cui plurimum vos imperatori vestro crederetis, eum elegit. pacem etiam qui vincere possunt volunt: — quid nos velle oportet? quin omissis ira et spe fallacibus auctoribus nos ipsos nostraque omnia cognitae permittimus fidei?"

XLI. Adprobantibus clamore cunctis T. Quinctius ante signa progressus in potestate dictatoris milites fore dixit: oravit ut causam miserorum civium susciperet susceptamque eadem fide qua rem publicam administrare solitus esset tueretur. sibi se privatim nihil cavere, nolle alibi quam in innocentia spem habere: militibus cavendum, quod apud patres semel plebi iterum legionibus cautum sit, ne fraudi

litibus parceret cui plurimum uos imperatori uestro crederetis: M. sed quod deinde in M sequitur *elegit eū* |, facere non possum quin ab librario scriptum arbitrer, qui cum iusto loco *eum* praeterisset, id potius post *elegit* additum quam deletum voluerit. — P: „qui maxima uobis suis militibus parceret cui plurimum uos imperatori uestro crederitis eum elegit". Hinc recc. quid. codd.: credideritis.

3. *quin omissis ira et spe fallacibus auctoribus nos ipsos nostraque omnia cognitae permittimus fidei:* PM. — Recc. quid. codd.: *permittamus:* sed cf. 1, 45.: quin tu ante vivo perfunderis flumine. 1, 57.: quin — conscendimus equos invisimusque praesentes nostrarum ingenia. al. — Cf. Cic. Phil. 12, 2. 7.: quod si est erratum — spe falsa atque fallaci, redeamus in viam: optimus est portus paenitenti mutatio consilii. Liv. 2, 45.: eunt in pugnam irarum speique pleni. 24, 25.

6. *adprobantibus clamore cunctis T. Quinctius ante signa progressus:* P. — M: quintius. — PM: orauit ut causam miserorum ciuium susciperet susceptamque eadem fide qua remp̄. cet. Harl. I. Leid. I. al.: curauit ut causam cet. Cod. Sig.: orauitque ut cet. I. Fr. Gron. scribi maluit „*orare* ut causam miserorum civium susciperet".

10. *nolle alibi quam in innocentia spem habere:* P. — M: quam in innocentiam. — Harl. I. Leid. I. al.: quod apud patres semel pleb*is* iterum legionibus cautum sit. — Cf. 7, 40.: non illi qui in Sacrum montem secesserunt, non hi qui postea Aventinum insederunt.

secessio esset. Quinctio conlaudato ceteris bonum animum habere iussis dictator equo citato ad urbem revectus auctoribus patribus tulit ad populum in luco Petelino, ne cui militum fraudi secessio esset: oravit etiam bona venia Quirites, ne quis eam rem ioco seriove cuiquam exprobraret. lex quoque sacrata militaris lata est, ne cuius militis scripti nomen nisi ipso volente deleretur: additumque legi ne quis, ubi tribunus militum fuisset, post ea ordinum ductor esset. id propter P. Salonium postulatum est ab coniuratis, qui alternis prope annis et tribunus militum et primus centurio erat, quem nunc primi pili appellant: huic infensi milites erant, quod semper adversatus novis consiliis fuisset

1. *Quintio conlaudato:* PM; quamquam primo in P *conlaudati* fuerat. — M: ceteris bonum animum habere iussi*t* dictatore*m* quo citato ad urbem reuectus.

3. *in luco Petelino*, quem ad modum 6, 20. scriptum legitur, in nullo antiquiore codice h. l. repertum est. — Harl. I.: petellini. PM Leid. I. al.: petillini. Lov. 4. al.: petilini. Harl. II.: petelini. Portug.: petilino. Quod in huius nominis fine *i* pro *o* scriptum est, non magnopere curo, cum eodem mendo saepissime a librariis erratum sit; sed an *petilino* integrum habeam dubito. — Harl. I. Leid. I.: fraud*is*. — Paulo post M: ne quis eam rem io*cc*o serioue cet.

7. *additumque legi ne quis ubi tr. militū fuisset:* M. — P: „additumque legis". Num *legi'st* scriptum fuerit? sic 8, 1. in M *adlatum*, in P *adlatum est:* al. an *legibus?* cf. 3, 36.: fascibus. 3, 72.: iudicibus esse. — P: ubi tr. militum fuisset poster*o* ordinum ductor esset. P m. 2. M: postea.

9. *id propter P. Salonium postulatum est:* PM. — Leid. I. Voss. II. al.: sed id propter cet. — PM: et tr. mil. et primus centurio erat. — Harl. I: quem nunc primumpili appellant. Multi recc. codd. primi pilum. PM: „quem nunc primi pili appellant" scil. centurionem. cf. 2, 27.: M. Laetorio primi pili centurioni.

12. *quod semper aduersatus nouis consiliis fuisset atque particeps eorum esset qui ab Lautulis fugissent:* ex coni. m.] quod semper adversatus novis consiliis fuisset et ne particeps eorum esset ab Lautulis fugisset (ex coni. I. Fr. Gron.). — Cum in melioribus libris omnibus scriptum inveniretur „et ne

atque particeps eorum esset qui ab Lautulis fugissent. itaque cum hoc unum propter Salonium ab senatu non impetraretur, tum Salonius obtestatus patres conscriptos, ne suum honorem pluris quam concordiam civitatis aestimarent, perpulit ut id quoque ferretur. aeque inpotens postulatum fuit ut de stipendio equitum — merebant autem tri-

particeps eorum esset qui ab lautulis fugissent", nec id probandum videretur, quod si Salonius noluisset eorum qui ab Lautulis fugerant particeps fieri, ab coniuratis eum stetisse oporteret: interpretes alii aliis emendationibus integram scripturam restituere conati sunt. plurimis placuit Gronoviana coniectura, quamquam praeter alia ne *eorum* quidem ex ea satis probari potuerit. multo melius videtur veram huius loci rationem perspexisse librarius Loveliani II. recentissimi codicis, qui particula *ne* deleta scripserit „et particeps eorum esset qui ab lautulis fugissent". nam quod L. non scripsit „quod cum semper aduersatus nouis consiliis fuisset tum ab Lautulis fugisset", hoc inde factum videtur ut eodem hoc loco ostenderet, non unum Salonium fidem suam patriae servasse sed multos etiam alios milites. sed cum ex hac Lovel. codicis emendatione parum veri simile fieret, qui *et ne* pro *et* scribi potuisset, ne illa quidem coniectura ex omni parte probanda videbatur. nec difficile erat verum reperire. cum enim coniunctiones *que ue ne* sexcenties ab librariis inter se permutatae sint, nec raro particulam *que* aut totam excidisse aut unam alteramve eius litteram viderimus (cf. 7, 33.: quacumque. 8, 7. al.), hoc quoque loco eodem mendo antiquam scripturam corruptam eiusque in reliquiis nihil aliud quam *atque* latere persuasum habemus. Cf. quoque 22, 13. quo loco simili mendo „etiam *etq.* etiam" in Put. scriptum est.

3. *obtestatus pc. ne suum honorem* cet.: PM. — Voss II. al.: patribus conscriptis.

5. *aeque inpotens postulatum fuit:* P m. 2. M. — P m. 1.: aeque inpotest cet. „Eben so unverschämt war die Forderung". — PM: merebant autem triplex ea tempestate. Cf. 5, 12.: — tribunus militum priore anno fuerat triplexque stipendium equitibus dederat. — Leid. I.: merebant *ut* autem. Voss. II. multique recc. codd.: merebant autem ut triplex. Lov. 4.: merebat~ autem cet. h. e. merebatur.

plex ea tempestate — aera demerentur, quod adversati coniurationi fuissent.

XLII. Praeter haec invenio apud quosdam L. Genucium tribunum plebis tulisse ad plebem ne fenerare liceret: item aliis plebi scitis cautum ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet neu duos magistratus uno anno gereret utique liceret consules ambos plebeios creari: quae si omnia concessa sunt plebi, apparet haud parvas vires defectionem habuisse. aliis annalibus proditum est neque dictatorem Valerium dictum sed per consules omnem rem actam, neque ante quam Romam veniretur sed Romae eam multitudinem coniuratorum ad arma consternatam esse, nec in T. Quincti villam sed in aedis C. Manli nocte impetum factum eumque a coniuratis conprehensum ut dux fieret: inde ad quartum lapidem profectos loco mu-

4. *tulisse ad plebem ne fenerare liceret:* PM Leid. I. Voss. II. al.] tulisse ad populum cet. — In PM scriptum est ut plerumque „L. Genucium tr̄. p̄l. tulisse ad p̄l ne fenerare“ cet. — Cf. 3, 55.: M. Duellius deinde trib. pl. plebem rogavit plebesque scivit, qui plebem sine tribunis reliquisset quique magistratum sine provocatione creasset, tergo ac capite puniretur. 34, 53.: Q. Aelius Tubero trib. pl. — tulit ad plebem plebesque scivit, ut Latinae duae coloniae — deducerentur. al. — Recc. quid. codd.: foenerari.

5. *item aliis plebi scitis cautum:* PM. Cf. 25, 7.: Put. Colb. m. 1.: „de senatus sententia plebique scitu“. Colb. m. 2.: „plebisque scitu“. — PM: ne quis eundē māg intra decem annos caperet neu duos magistratus uno anno gereret utique liceret coss̄. ambos plebeios creari. — Voss. I. aliique recc. codd.: nec duos magistratus cet. — P m. 1.: concess*e* sunt.

10. *per coss̄. omnem rem actam:* PM. — Leid. I. Lov. 4.: antequam roma uenirent. — PM: nec in t̄. quinti uillam. Harl. I.: nec initi quintii uillam.

13. *in aedis:* PM Harl. I. Leid. I. al.] in aedes. — PM Harl. I. Leid. I.: c. manili. — P: conp̄hensum. M: c̄ | prehensum. — Paulo post P: milites caepisse. M: milites cepisse. — PM: coactosque coss̄. — M: rettulisse. P: retulisse. Leid. I.: ad patres retulisse.

nito consedisse nec ab ducibus mentionem concordiae ortam sed repente, cum in aciem armati exercitus processissent, salutationem factam et permixtos dextras iungere ac conplecti inter se lacrimantes milites coepisse, coactosque consules, cum viderent aversos a dimicatione militum animos, rettulisse ad patres de concordia reconcilianda. adeo nihil praeter quam seditionem fuisse eamque conpositam inter antiquos rerum auctores constat. Et huius fama seditionis et susceptum cum Samnitibus grave bellum aliquot populos ab Romana societate avertit, et praeter Latinorum infidum iam diu foedus Privernates etiam Norbam atque Setiam finitumas colonias Romanas incursione subita depopulati sunt.

11. *Norbam atque Setiam:* P m. 2. — P m. 1.: sediam. — M: norbę atque sediam finitumas colonias. Harl. I. norbe atque setiam. Cf. 1, 35.: causae. — Post *depopulati sunt* haec subscripta leguntur in M: emendaui nicomachus lauiañ | titi liui ter praēf. urb. apud | hennam ab urbe conditor | uictoriañ uic̄ emendabam | domnis symmachus. lĭb. VII. | explicit. | incipit liber. VIII. feliciter.

TITI LIVI
AB URBE CONDITA
LIBER VIII.

I. Iam consules erant C. Plautius iterum L. Aemilius Mamercus, cum Setini Norbanique Romam nuntii defectionis Privernatium cum querimonis acceptae cladis venerunt. Vulscorum item exercitum duce Antiati populo consedisse

1. *Iam consules erant C. Plautius iterum L. Aemilius Mamercus*] Iam consules erant C. Plautius secundum L. Aemilius Mamercinus. — PM: iam coss̄. erant c. plutatius. II. titus aemilius mamercus (M: memarcus). Cf. 7, 27.: T. Manlio Torquato C. Plautio cons. — De *iterum*, quod pro *secundum* scripsimus, cf. 6, 18.: T. Quinctius Cincinnatus iterum. — Leid. I. al.: *L.* Aemilius Mamercus: 7, 39. cf. 7, 1. quo loco in P „*L.* Aemilius Mamercus", in M „*t.* aemilius mamercus" scriptum est. Eodem loco ostendimus, non *Mamercinus* modo sed etiam *Mamercus* apud Livium Dionysium Diodorum scriptum inveniri. — In Harl. I. hic primus versus excidit. — Cf. Diod. 16, 84.: Λεύκιος Αἰμίλιος καὶ Γάιος Πλώτιος.

2. *cum Setini Norbanique:* P. — M: cum se*d*ini norbanique. Cf. 7, 42.: Norbam atque Setiam.

3. *cum querimonis acceptae cladis:* P] cum querimoniis. — M: cum quaerimonis acceptae cladis. Cf. 7, 21.: sine querimonis. — Lov. 3.: cumque querimoniis. — Leid. I.: accepta cladis.

4. *Volscorum item exercitum duce Antiati populo consedisse ad Satricum adlatum est:* P. — M: uolscorum item exercitum duce anciati populo consedisse ad satricum adlatum utrumque. m. 4.: ducē. Idem *est* excidit in Lovel. 4.

ad Satricum adlatum est. utrumque bellum Plautio sorte venit. prius ad Privernum profectus extemplo acie conflixit: haud magno certamine devicti hostes, oppidum captum redditumque Privernatibus praesidio valido inposito, agri partes duae ademptae. inde victor exercitus Satricum contra Antiatis ductus: ibi magna utrimque caede atrox proelium fuit, et cum tempestas eos neutro inclinata spe dimicantes diremisset, Romani nihil eo certamine tam ambiguo fessi in posterum diem proelium parant. Vulscis recensentibus quos viros in acie amisissent, haudquaquam idem animus ad iterandum periculum fuit: nocte pro victis Antium agmine trepido sauciis ac parte inpedimentorum relicta abierunt. armorum magna vis cum inter caesa hostium corpora tum in castris inventa est: ea Luae matri dare se consul dixit, finesque hostium usque ad oram maritumam est depopulatus. Alteri consuli Aemilio ingresso Sabellum

1. *utrumque bellum Plautio sorte uenit:* PM Harl. I. Leid. I. al. — Recc. codd.: euenit. Cf. 44, 17.

6. *contra Antiatis:* P] contra Antiates (M). — M: ibi magna utrimque caedae atrox praelium fuit et cum tempestas | eos numen neutro inclinata spe dimicantes deremis sed romani cet. m. 2.: diremis.

9. *Volscis recensentibus quos uiros in acie amisissent:* P m. 2. M. — P m. 1.: amisessent. — Cod. Sig. aliique recc.: quot uiros. — Lovel. 4.: quos in acie uiros amisissent.

11. *pro uictis:* PM. cf. 2, 7. 4, 39. al. — Recc. quid. codd.: profecti. — P Harl. I. Leid. I.: agmine trepido*s* sauciis cet. — P m. 1.: *h*abierunt. — M: nocte pro uictis antio (vel „antiu") m*agne* trepido sauciis ac parte ĩpedimentorum relicta abierunt. ĩ m. 3. in loco raso est.

13. *cum inter caesa hostium corpora:* PM Lov. 4.] tum inter caesa corpora hostium. — Harl. I. al.: tum inter caesa hostium corpora. — In Leid. I. exciderunt quae inter *inpedimentorum* et *corpora tum* sunt.

14. *Luae matri:* M m. 1. P. — M m. 2.: mari. Cf. 45, 33. 8, 6. Aul. Gellius 13, 22.: Luam Saturni. — M: finēquae hostium usque ad horam cet. — *Maritumam* recepimus pro *maritimam* (PM) ex Paris. cod. num. 5726. Cf. 7, 30.: escendit.

agrum non castra Samnitium non legiones usquam oppositae: ferro ignique vastantem agros legati Samnitium pacem orantes adeunt, a quo reiecti ad senatum potestate facta dicendi positis ferocibus animis pacem sibi ab Romanis bellique ius adversus Sidicinos petierunt, quae se eo iustius petere, quod et in amicitiam populi Romani secundis suis rebus non adversis ut Campani venissent, et adversus Sidicinos sumerent arma suos semper hostes populi Romani numquam amicos, qui nec ut Samnites in pace amicitiam nec ut Campani auxilium in bello petissent, nec in fide populi Romani nec in dicione essent.

II. Cum de postulatis Samnitium T. Aemilius praetor senatum consuluisset reddendumque iis foedus patres censuissent, praetor Samnitibus respondit, nec quo minus perpetua cum eis amicitia esset per populum Romanum stetisse, nec contradici quin, quoniam ipsos belli culpa sua contracti taedium ceperit, amicitia de integro reconcilietur. quod ad Sidicinos attineat, nihil intercedi quo minus Samniti populo pacis bellique liberum arbitrium sit. foedere icto cum domum revertissent, extemplo inde exercitus Romanus

5. *quae se eo iustius petere:* P. — M: que eo iustius petere. m. 2.: que. — PM: quod et in amicitiam pīr. (P: p̄r.) secundis suis rebus non aduersis (P m. 1.: aduersus) ut campani uenissent.

8. *suos semper hostes pīr. numquam amicos:* M. — P: p̄r. numquam amicos. — Cf. 5, 3.: tribuni pl. — seditionum semper auctores. al.

10. *nec in fide populi. r̄. nec in dicione essent:* PM. — *Petissent*, cum in oratione integra in P deesset, adscriptum est margini.

12. *cum de postulatis Samnitium T. Aemilius. p̄r.:* PM rell. — C. Sigonius scripsit *Tiberius Aemilius.* cf. 7, 21. — M: senatum consuluis sed redden | dumque *iis* fedus patres censuissent. P: reddendumque *his* foedus cet. — Dein PM: ptr. samnitibus respondit.

15. *p̄. p̄. romanum stetisse nec contradici quin qm̄ ipsos belli culpa sua contracti* cet.: PM. — P: tedium coeperit. M m. 1.: aedium ceperit. m. 2.: taedium. — M m. 1.: amicitia*m* de integro reconcilietur.

deductus annuo stipendio et trium mensum frumento accepto, quod pepigerat consul ut tempus indutiis daret quoad legati redissent. Samnites copiis isdem, quibus usi adversus Romanum bellum fuerant, contra Sidicinos profecti haud in dubia spe erant mature urbis hostium potiundae. tum ab Sidicinis deditio prius ad Romanos coepta fieri est, dein, postquam patres ut seram eam ultimaque tandem necessitate expressam aspernabantur, ad Latinos iam sua sponte in arma motos facta est. ne Campani quidem — adeo iniuriae Samnitium quam beneficii Romanorum memoria praesentior erat — his se armis abstinuere. ex his tot populis unus ingens exercitus duce Latino fines Samnitium ingressus plus populationibus quam proeliis cladium fecit: et quamquam superiores certaminibus Latini erant, haud inviti ne saepius dimicandum foret agro hostium excessere. id spatium Samnitibus datum est Romam legatos mittendi: qui cum adissent senatum, conquesti eadem se foederatos pati quae hostes essent passi, precibus infimis petiere ut satis

1. *trium mensum:* M m. 1. P Leid. I. — M m. 2.: mensium. Cf. 3, 24. 9, 43. 29, 3. al. — M m. 1.: quoat legati redissent. — P m. 1.: redisset.

3. *copiis isdem:* PM] copiis iisdem. — Dukerus „usi aduersus Romanum fuerant" scribi voluit. — PM: haud in dubia spe erant mature urbis hostium potiundae. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: haud in dubio erant. Cod. Klock.: haud dubia spe erant.

6. *dein postquam:* PM Harl. I.] deinde postquam (Leid. I. Voss. II. al.) Cf. 6, 13. 29. al. — Paulo ante Harl. I.: coepta feri est.

9. *ne Campani quidem:* PM Harl. I. Leid. I. — Recc. codd.: nec campani quidem.

11. *ex his tot populis unus ingens exercitus duce latino fines Samnitium ingressus:* M m. 2. P. — M m. 1.: fine samnitium ingressus. — P m. 1.: gladium fecit.

16. *qui cum adissent senatum:* PM al. — Leid. I. al.: audissent. — M: praecibus infimis. — PM: petiere ut satis ducerent romani uictoriam. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: ut sufficeret romanis uictoria. Dukerus scribendum censet: ut satis ducerent Romani, victoriam Samnitibus ex Campano Sidicinoque hoste eripuisse cet.

ducerent Romani victoriam, quam Samnitibus ex Campano Sidicinoque hoste eripuissent, ne vinci etiam se ab ignavissimis populis sinerent: Latinos Campanosque, si sub dicione populi Romani essent, pro imperio arcerent Samniti agro, sin imperium abnuerent, armis coercerent. adversus haec responsum anceps datum, quia fateri pigebat in potestate sua Latinos iam non esse, timebantque ne arguendo abalienarent: Campanorum aliam condicionem esse, qui non foedere sed per deditionem in fidem venissent, itaque Campanos seu velint seu nolint quieturos: in foedere Latino nihil esse quod bellare cum quibus ipsi velint prohibeantur.

III. Quod responsum sic ut dubios Samnites quidnam facturum Romanum censerent dimisit, ita Campanos metu abalienavit, Latinos velut nihil iam non concedentibus Ro-

3. *si sub dicione pīr. essent:* M. —. P: p̄r. — Voss. II. multique alii recc. codd.: *si* imperium abnuerent. — M: armis co*a*rcerent: (cf. coarguo al.).

7. *timebantque ne arguendo abalienarent:* P. — M: timebant *qui* ne arguendo abalienaretin campanorum aliam conditionem *esse.* m. 2.: „timebantque": sed *esse* erasum est. — P m. 1.: conditionem. m. 2.: condicionem. — P m. 1.: perditionem. m. 2.: per deditionem.

10. *seu uelint seu nolint:* M m. 2. P. — M m. 1.: se *u*elint.

11. *quod bellare cum quibus ipsi uelint prohibeantur:* PM Harl. I. Leid. I. al.] quo bellare — prohibeantur (Voss. II. et duo recc. codd.). — Utrumque latine dici potuit: „in dem mit den Latinern geschlossenen Bündnisse finde sich nichts, dass ihnen (in Bezug worauf ihnen) der Krieg untersagt werden könnte". — Harl. I. Lov. 4.: prohibeant. I. Fr. Gron.: quod bellare — prohibeat. — Harl. I.: in foedere latino*s*. — M: p̄hibeantur *ambi* | *guitate responsi quantos uincerim'* | *inimicos* quod responsum cet. sed media verba m. 4. expuncta sunt. cf. 7, 20.: aedis apollinis dedicata est.

12. *quod responsum sic ut dubios Samnites quidnam facturum Romanum censerent dimisit ita Campanos metu abalienauit:* M m. 1. P: nisi quod in M scriptum est „dimis*it a* campanos". — M m. 2.: quidnam facturum roman*i* censerent dimisit at campanos cet. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: nihil iam non contendentibus romanis.

manis ferociores fecit. itaque per speciem adversus Samnitas belli parandi crebra concilia indicentes omnibus consultationibus inter se principes occulte Romanum coquebant bellum. huic quoque adversus servatores suos bello Campanus aderat. sed quamquam omnia de industria celabantur — priusquam moverentur Romani tolli ab tergo Samnitem hostem volebant — tamen per quosdam privatis hospitiis necessitudinibusque coniunctos indicia coniurationis eius Romam emanarunt, iussisque ante tempus consulibus abdicare se magistratu, quo maturius novi consules adver-

1. *Samnitas:* P] Samnites (M). Cf. C. L. Schneider lat. Gramm. II. 1. p. 314. Liv. 26, 24. al. — M: omnibus | consulationibus. — PM: occulte romanum coquebant bellum. Cf. 3, 36.: cotidie coibant (scil. decemviri) remotis arbitris. inde inpotentibus instructi consiliis, quae secreto ab aliis coquebant, cet. 40, 11.: illic ante omnia clandestina concocta sunt consilia. al.

4. *huic quoque aduersus seruatores suos bello Campanus aderat:* P m. 2. M. — P m. 1.: hic quoque cet. Recc. quid. codd.: hinc quoque. — Leid. I.: aduersatores suos.

5. *sed quamquam omnia de industria celabantur:* P. — M Voss. II. al.: de industria celebrantur.

6. *priusquam mouerentur Romani:* PM Harl. I. Leid. I. al.] priusque quam moverentur Romani. — *Priusque quam moverentur* scribendum videbatur, quod haec altera orationis pars non minus quam prior ad *quamquam* referenda esset. verum haec media verba non ad *quamquam* pertinere possunt, quippe in quibus causa insit propter quam Latini consilia sua emanare noluerint, sed ea parenthesis loco interposita sunt, ut si coniunctio quaedam adiicienda videretur, particula causalis scriberetur oporteret. In codice Klock. scriptum esse dicitur *et priusquam mouerentur*, quod recte se habere potest, cum L. particula *et* eo quem hic locus postulat sensu („und zwar") uti solitus sit. — M m. 1.: „indicia coniurationi*bus* eius", sed *bu* erasum est.

10. *quo maturius noui coss. aduersus tantam molem belli crearentur:* PM al. — Lovel. 4.: tantam belli molem. — M m. 1.: religio incessit ab eis quorum imminutum imperium | cessit mitia haberi. m. 3.: comitia haberi.

sus tantam molem belli crearentur, religio incessit ab eis quorum inminutum imperium esset comitia haberi. itaque interregnum initum: duo interreges fuere M. Valerius ac M. Fabius: is creavit consules T. Manlium Torquatum tertium P. Decium Murem. — Eo anno Alexandrum Epiri regem in Italiam classem appulisse constat, quod bellum, si prima satis prospera fuissent, haud dubie ad Romanos pervenisset. eadem aetas rerum magni Alexandri est, quem sorore huius ortum in alio tractu orbis invictum bellis iuvenem fortuna morbo extinxit. — Ceterum Romani, etsi defectio sociorum nominisque Latini haud dubia erat, tamen tamquam de Samnitibus non de se curam agerent, decem principes Latinorum Romam evocaverunt, quibus imperarent quae vellent. praetores tum duos Latium habebat L. Annium Setinum et L. Numisium Cerceiensem,

2. *itaque interregnum initum:* P. — M: itaq. interregnum | duo interreges fuerent. m. 2.: fuerant. P m. 1.: fuerǣ. P m. 2. Harl. I.: fuere. — PM: m̄. ualerius ac m̄. fauius.

4. *creauit coss̄.* (scil. M. Fabius): PM Harl. I. Leid. I. cod. Gel. al. — Cod. Sigon.: *is creauit consules.* Cf. 6, 2.: placuit — dictatoremque dici M. Furium Camillum. *is* dictator C. Servilium Ahalam mag. eq. dixit. 6, 1. 5. al. — I. Fr. Gron. cum recc. quibusdam codd. scribi voluit: creati consules T. Manlius Torquatus. III. cet. — P: coss̄. titium mallium torquatum tertium. p̄. decium murem. M: coss̄. mallium torquatum tertium. p̄. decium. rurem.

6. *in italiam classem appulisse constat:* P m. 2. M cod. Gel. Harl. I. Leid. I. — P m. 1.: appulissǣ. — Cf. 28, 42.: in urbem sociorum classem appulisti (Put.). — Voss. II.: classe. Cf. 30, 10.: in portum — classe adpulere (Put. Colb. Bamb.).

8. *eadem aetas rerum magni Alexandri est:* P m. 2. M. — P m. 1.: *e*lexandri. — M m. 1.: sororem. — P: *h*ortum. — M: in alio tracto orbis inuictum bellis iuuentem. Cf. 1, 3.: in traiect*o* Albulae. al.

11. *haud dubia erat:* P m. 2. M. — P m. 1.: erant.

14. *praetores tum duos:* PM. — Harl. I.: duo. — M Leid. I. al.: latium habebat. P: latium habebant.

15. *L. Annium Setinum et L. Numisium Cerceiensem:* PM] — et L. Numisium Circeiensem. Cf. 6, 12.: Cerceiensium quidam.

ambo ex colonis Romanis, per quos praeter Signiam Velitrasque — et ipsas colonias Romanas — Vulsci etiam exciti ad arma erant. eos nominatim evocari placuit. haud cuiquam dubium erat super qua re accirentur: itaque concilio prius habito praetores quam Romam proficiscerentur evocatos se ab senatu docent Romano et quae actum iri secum credant, quidnam ad ea responderi placeat referunt.

IV. Cum aliud alii censerent, tum Annius: „quamquam ipse ego rettuli quid responderi placeret, tamen magis ad summam rerum nostrarum pertinere arbitror, quid agendum nobis quam quid loquendum sit: facile erit explicatis consiliis accommodare rebus verba. nam si etiam

1. *ambo ex colonis:* PM Harl. I. Leid. I.: al.] ambo ex coloniis. Cf. 8, 1.: cum querimonis. al. — M: ex colonis romam. — Deinde et ipsi scripsimus *per quos*, cum in PM et sine dubio etiam in rell. melioribus libris *per* exciderit. dubito tamen an ab Livio scriptum sit *quos per*: nam cum sequatur in M *praeter*, in P *p̄ter*, facillime *p̄ter* pro *ꝑ̄ter* scriptum esse potest. Cf. ex gr. Cic. or. II. de lege agr. 30, 81.: agrum — *quem per* iter qui faciunt, externi homines vestrum esse audiunt. — M Leid. I.: *praeter signia.* P Harl. I.: p̄ter signa. Cf. 1, 56. 2, 31. — PM: uolsci etiam exciti ad arma erant.

3. *haud cuiquam dubium erat:* P. — M: aut cuiquam dubium erat super qua re acciperentur.

4. *itaque concilio prius habito:* M. — P: itaque consilio prius habito. — M: &uocatos se ab senatu. — P: actum ire secum.

8. *quāquā ipse ego rettuli:* M. — P: retuli. — PM: facile er*i*t. — P: acommodare.

12. *nam si etiam nunc sub umbra foederis aequi seruitutem pati possimus:* PM Harl. I. al.] nam si — possumus (Leid. I.). „Denn wenn wir auch jetzt noch unter diesem eingebildeten Scheine eines auf gleichmässige Rechte sich stützenden Bündnisses die Knechtschaft ertragen könnten, würden wir uns dann nicht auch den Befehlen der Samniten fügen". Coniunctivus recte se habet, quod dubitare quodam modo Annius videri vult, an Latini iugum excutere nolint. — PM: quid abest quin proditis sidicinis non romanorum solum sed samnitium quoque dicto pareamus cet. quamquam primo in P scriptum

nunc sub umbra foederis aequi servitutem pati possimus, quid abest quin proditis Sidicinis non Romanorum solum sed Samnitium quoque dicto pareamus, respondeamusque Romanis nos ubi innuerint posituros arma? sin autem tandem libertatis desiderium remordet animos, si foedus est si societas aequatio iuris est, si consanguineos nos Romanorum esse — quod olim pudebat — nunc gloriari licet, si socialis illis exercitus is est quo adiuncto duplicent vires suas, quem secernere ab se consules bellis propriis ponendis sumendisque nolint, — cur non omnia aequantur, cur non alter ab Latinis consul datur, ubi pars virium ibi et imperii pars est? est quidem nobis hoc per se haud nimis amplum quippe concedentibus Romam caput Latio esse,

erat „quid abest quid proditis" cet. — Dein scriptum est in M „*ubi innuer̄*" h. e. ubi innuerunt. in P Leid. I. al.: „ubi inuenerint".

5. *si societas aequatio iuris est:* PM rell.] si societas aequati iuris est (ex coni. I. Fr. Gron.). „Wenn ein Bund, wenn eine Genossenschaft, wenn eine Gleichstellung der Rechte beider Theile statt findet". Gronovius, qui non videret particulam *si* et ad *aequatio* pertinere, hunc locum emendatum voluit, quod *aequatio iuris* non semper iusta vocis *societas* definitio esset. — M m. 1.: quod olim putebat.

7. *si socialis illis exercitus is est:* P cod. Gel. al. — Harl. I.: si socialis illis exercitus is esse. M m. 1.: si soci illis exercitus iis est. m. 2.: si socius illis cet. Lov. 4.: si socius exercitus illis is est. Cf. 8, 13.: licet delere omne Latium, — unde sociali egregio exercitu per multa bella magnaque saepe usi estis. al. — M: „bellis ppiis ponendis" cet. In verbis *ponendis sumendisque* ὕστερον πρότερον inesse neminem fugerit: quod genus dicendi huic loco aptum videbatur, ut, cum maior aliqua vis in verbo *ponendis* esset, ne finire quidem ipsi bella posse viderentur Romani, nisi a sociis adiuvarentur.

10. *cur non omnia aequantur:* P m. 2. M. — P m. 1.: aequanter. — PM: coš. datur. — M m. 1.: ubi pars uirum. m. 3.: uirium. — M: ibi et imperii pars ēē.

13. *Romam caput Latio esse:* P Harl. I. Leid. I. al.] Romam caput Latii esse (M Lov. 4.). — Quamquam haud ignoramus, in fine nominum ab errantibus librariis haud

sed ut amplum videri posset diuturna patientia fecimus. atqui si quando umquam consociandi imperii usurpandae libertatis tempus optastis, en hoc tempus adest et virtute vestra et deum benignitate vobis datum. temptastis patientiam negando militem: quis dubitat exarsisse eos, cum plus ducentorum annorum morem solveremus? pertulerunt tamen hunc dolorem. bellum nostro nomine cum Pelignis gessimus: qui ne nostrorum quidem finium nobis per nos tuendorum ius antea dabant, nihil intercesserunt. Sidicinos in fidem receptos, Campanos ab se ad nos descisse, exercitus nos parare adversus Samnites foederatos suos audierunt nec moverunt se ab urbe. unde, unde haec illis tanta modestia nisi a conscientia virium et nostrarum et suarum? idoneos auctores habeo querentibus de nobis Samnitibus ita responsum ab senatu Romano esse, ut facile appareret ne ipsos quidem iam postulare ut Latium sub Romano imperio sit: usurpate modo postulando eo quod illi vobis taciti

raro *io* pro *ii* scriptum esse, nec minus saepe *caput alicuius terrae esse* legi, tamen huius loci rationi dativus videbatur accommodatior, quod Latini non ita cum Roma coniunctum habere velle Latium viderentur ut genitivus satis probari posset. „Dass Rom die gebietende Macht für Latium sei". Cf. 23, 10.: pollicitus brevi caput Italiae omni Capuam fore. al. — Paulo ante scriptum est in M *aut nimis*, in P *haud minus*. — M: diuturnam patientiā fecimus.

2. *usurpandae libertatis tempus optastis:* P. — M: optatis. — Omnia quae ab *en* ad *temptastis* scripta sunt, exciderunt in Harl. I.

5. *quis dubitat:* PM. — Harl. I.: quis dubitet.

10. *exercitus nos parare ˈaduersus samnites foederatos suos audierunt:* P. — M: exercitus nos para*tos* aduersus samnites federar*e* suos audierunt.

12. *unde unde haec illis tanta modestia:* M] unde haec illis tanta modestia (P). In primis Livium hac anaphora uti solitum esse notum est, nec ab hac Annii oratione tale dicendi genus abhorrere apparet.

13. *uirium et nostrarum et suarum:* PM. — Harl. I.: uirum. — In Leid. I. al. excidit prius *et.*

17. *usurpate modo postulando eo quod illi uobis taciti*

concedunt. si quem hoc metus dicere prohibet, en ego ipse audiente non populo Romano modo senatuque sed Iove ipso qui Capitolium incolit profiteor me dicturum ut, si nos in foedere ac societate esse velint, consulem alterum ab nobis senatusque partem accipiant". haec ferociter non suadenti solum sed pollicenti clamore et adsensu omnes permiserunt, ut ageret diceretque quae e re publica nominis Latini fideque sua viderentur.

V. Ubi est Romam ventum, in Capitolio eis senatus datus est. ibi cum T. Manlius consul egisset cum eis ex auctoritate patrum ne Samnitibus foederatis bellum inferrent, Annius, tamquam victor armis Capitolium cepisset non legatus iure gentium tutus loqueretur, „tempus erat" inquit „Tite Manli vosque patres conscripti tandem iam vos nobiscum nihil pro imperio agere, cum florentissimum deum

concedunt: M m. 1. P. — M m. 2.: usurpate modo postulando † qđ illi cet. Cod. Klock.: postulando id quod. — Harl. I.: taciti non cedunt.

1. *en ego ipse audiente. n̄. p̄. r. modo senatuque:* M. — Cod. Gel.: en ego ipse. P: en ipse audiente non. p̄r̄. modo cet. In Drak. codd. aliis videtur *en* excidisse, in aliis *ego*. Supra Annius: „quamquam *ipse ego* rettuli quid responderi placeret".

4. *consulem alterum ab nobis senatusque partem accipiant:* P. — M: consulem alterum ab nobis senatusque parte † accipiant haec feroter non suadenti solum cet. m. 3.: haec ferociter.

7. *quae e rep̄. nominis latini fideque sua uiderentur:* P. — M: quȩ † rep̄. nominis latini cet. Lov. 4.: quae ad rem publicam nominis latini fidemque suam attinere viderentur.

9. *in capitolio eis senatus datus est:* PM: scil. decem principibus Latinorum Romam evocatis. — PM: *ibi cum t̄. mallius cos̄. egisset cum eis* cet. Voss. II. multique recc. codd.: ubi cum Manlius cet.

13. *tempus erat inquit titemanli uosque. pc. tandem iam uos nobiscum nihil pro imperio agere:* M. — P: tempus erat inquit titi manli uosq. p̄. c̄. cet. Lovel. 4.: tempus erit cet. Dein recc. quidam codd.: uideritis.

15. *cum florentissimum deum benignitate tunc latium armis uirisque* cet. M] cum florentissimum — nunc La-

benignitate tunc Latium armis virisque Samnitibus bello victis Sidicinis Campanisque sociis nunc etiam Vulscis adiunctis videretis, colonias quoque vestras Latinum Romano praetulisse imperium. sed quoniam vos regno inpotenti finem ut inponatis non inducitis in animum, nos, quamquam armis possumus adserere Latium in libertatem, consanguinitati tamen hoc dabimus ut condiciones pacis feramus aequas utrisque, quoniam vires quoque aequari diis inmortalibus placuit: consulem alterum Roma alterum ex Latio creari oportet, senatus partem aequam ex utraque gente esse, unum populum unam rem publicam fieri: et — ut imperii eadem sedes sit idemque omnibus nomen — quoniam ab altera utra parte concedi necesse est, quod utrisque bene vertat, sit haec sane patria potior et Romani

tium armis virisque (P). — *Tempus erat* et *nunc* quod sequitur videntur postulare *tunc* i. e. eo tempore quo Samnites bello victi sunt: eique particulae respondet *nunc* de novissimo illo tempore, quo etiam Vulsci Sidicinis Campanisque adiuncti sunt socii. „Wohl war es Zeit, nicht mehr auf eine befehlende Weise mit uns zu verfahren, da ihr Latium durch die Gnade der Götter schon nach der Besiegung der Samniten, und jetzt nachdem auch die Volsker sich dem Bunde der Sidiciner und Campaner mit uns zugesellt, so reich an streitbaren Männern sehen konntet, ja dass auch eure Colonien der Latinischen Herrschaft vor der Römischen den Vorzug gegeben". — P: campaniisque. — PM: nunc etiam uulscis adiunctis.

4. *sed qm̄ uos regno inpotenti finem ut inponatis non inducitis in animum:* P. — M: sed qm̄ uos regno inpotenti finem ut inpona*mus* cet. — P: quamquam armis possumus adserere latium in libertatem. M: in libertate. — P m. 1.: condi*t*iones.

8. *qm̄ uires quoque aequari diis inmortalibus placuit:* PM. — Cod. Sig.: quando uires quoque cet.

9. *consulem alterum roma alterum ex latio creari oportet:* P Harl. I. — M: romam. Leid. I.: romā. Recc. quid. codd.: rom*ae:* sed *ex* pertinet etiam ad *Roma.* cf. 1, 58.: cum P. Valerio. 6, 28.: in oculis atque auribus. al. — Paulo post PM: „qm̄ de *altera utra* parte concedi necesse est". Ex his verbis facile suppleri potest *concedimus* ad seqq. *sit haec patria* cet.

omnes vocemur". forte ita accidit ut parem ferociae huius et Romani consulem T. Manlium haberent, qui adeo non tenuit iram ut, si tanta dementia patres conscriptos cepisset ut ab Setino homine leges acciperent, gladio cinctum in senatum venturum se esse palam diceret et quemcumque in curia Latinum vidisset sua manu interempturum. et conversus ad simulacrum Iovis „audi Iuppiter haec scelera" inquit, „audite Ius Fasque: peregrinos consules et peregrinum senatum in tuo Iuppiter augurato templo captus atque ipse oppressus visurus es? haecine foedera Tullus Romanus rex cum Albanis patribus vestris Latini, haec L. Tarquinius vobiscum post ea fecit? non venit in mentem pugna apud Regillum lacum? adeo et cladium veterum vestrarum et beneficiorum nostrorum erga vos obliti estis?"

VI. Cum consulis vocem subsecuta patrum indignatio esset, proditur memoriae adversus crebram inplorationem

1. *forte ita accidit ut parem ferociae huius et romani consulem t. manlium haberent:* M. — P Harl. I. al.: forte ita accidit ut partem ferociae huius cet.

3. *si tanta dementia p̄.c̄. cepisset:* P. — M: si tanta demtia. p̄. ōs. c̄. cepisset. — PM: ut ab setino homine leges acciperent. — Leid. I.: gladium cinctum. — PM: et quemcumque in curia latinum uidisset cet. Harl. I. Voss. II.: ut quemcumque cet.

7. *audi iuppiter haec scelera:* PM rell. Cf. 1, 24. 32. al. — PM: peregrinos coss̄. et peregrinum senatum in tuo iuppiter augurato templo captus atque ipse oppressus cet. P m. 1.: oppressos uisurus es. M: uisurus est. — Lov. 4.: „captus atque oppressus". malim in codd. inveniri „captus *ipse* atque oppressus".

10. *haecine foedera:* M Harl. I. Leid. I.] haeccine foedera (P). Cf. 6, 16.: sicine. al.

12. *non uenit in mentem pugna apud regillum lacum:* P. — M: pugnam. Cf. 5, 54.: cum abessem, quotienscumque patria in mentem veniret, haec omnia occurrebant. al. — I. Fr. Gron. suspicatur scriptum fuisse *pugnae*. — M m. 1.: adeo et claudium ueterum. m. 2.: cladium. — Multi recc. codd.: et nostrorum beneficiorum.

16. *aduersus crebram inplorationem dm̄ | quos* cet.: M. — P: inuocabant coss̄. M: inuocabunt coss̄.

deum, quos testes foederum saepius invocabant consules, vocem Anni spernentis numina Iovis Romani auditam: certe cum commotus ira se a vestibulo templi citato gradu proriperet, lapsus per gradus capite graviter offenso inpactus imo ita est saxo ut sopiretur. exanimatum auctores quoniam non omnes sunt, mihi quoque in incerto relictum sit, sic ut inter foederum ruptorum testationem ingenti fragore caeli procellam effusam: nam et vera esse et apte ad repraesentandam iram deum ficta possunt. Torquatus missus ab senatu ad dimittendos legatos cum iacentem Annium vidisset, exclamat ita ut populo patribusque audita vox pariter sit: „bene habet: dii pium movere bellum: est caeleste numen, es magne Iuppiter: haud frustra te patrem deum hominumque hac sede sacravimus. quid cessatis Quirites vosque pa-

2. *uocem Anni spernentis numina:* M m. 1. P Harl. I. Leid. I.] vocem Annii cet. (M m. 2.).

3. *a uestibulo:* PM Harl. I. Voss. II. al.] ab vestibulo. — P m. 1.: templo. P m. 2. M: templi. — PM: citato gradu proriperet. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: prorumperet. — M m. 1. (Lov. 4.): lapsu p | gradus. M m. 3. P: lapsus. — PM: inpactus imo ita est saxo. Recc. multi codd.: inpactus uno ita cet.

5. *exanimatum auctores qm̄ non omnes sunt:* M m. 1. P m. 2. — P m. 1.: examinatum. M m. 2.: exanimatus auctores qm̄ n̄ omnes sunt. — M m. 1.: ingeni fragore. M m. 2. P: ingenti.

8. *nam et uera esse et apte ad repraesentandam iram deum ficta possunt:* P. — M: nam et uera esset et apte cet. — Harl. I.: ficta post sunt.

11. *populo patribusque:* PM. — Leid. I.: patribus populoque. — P: auditaq. uox pariter sit.

12. *bene habet dii pium mouere bellum:* P. — M: pariter sit habet dii pium cet. m. 3.: habēt. Cf. 6, 35.

— *est caeleste numen:* M m. 1. P. — M m. 2. Lov. 4. al.: es caeleste numen. — M m. 1.: aut frustra te patrem deum hominum hac sede sacrauimus. M m. 2.: haut frustra te patrem deum hominumq. cet. Harl. I. Leid. I.: patrem deum hominum. P: haud frustra te patrem deum hominumque cet.

14. *uosque. p̄c̄. arma capere deis ducibus:* M al.] vos-

tres conscripti arma capere deis ducibus? sic stratas legiones Latinorum dabo, quem ad modum legatum iacentem videtis". adsensu populi excepta vox consulis tantum ardoris animis fecit, ut legatos proficiscentes cura magistratuum magis, qui iussu consulis prosequebantur, quam ius gentium ab ira impetuque hominum tegeret. Consensit et senatus bellum, consulesque duobus scriptis exercitibus per Marsos Pelignosque profecti adiuncto Samnitium exercitu ad Capuam, quo iam Latini sociique convenerant, castra locant. ibi in quiete utrique consuli eadem dicitur visa species viri maioris quam pro humano habitu augustiorisque dicentis, ex una acie imperatorem ex altera exercitum deis manibus matrique terrae deberi: utrius exercitus imperator legiones hostium superque eas se devovisset, eius populi partisque victoriam fore. hos ubi nocturnos visus inter se consules

que — diis ducibus. — P: uosque. p̄. c̄. arma capere dehis ducibus. — M: sit stratus legio | nes.

3. *adsensu populi excepta uox consulis tantum ardoris animis fecit:* PM. — Voss. II. al.: accepta uox. Cf. 2, 28.: eam rem consules rati ut erat perniciosam ad patres deferunt sed delatam consulere ordine non licuit, adeo tumultuose excepta est clamoribus undique et indignatione patrum cet. — In Leid. I. Voss. II. al. excidit *cura.* — PM: qui iussu coss̄. prosequebantur. — M: ab ira impetū quā hominum tegeret.

6. *consensit et senatus bellum:* PM. Cf. 1, 32.: inde ordine alii rogabantur, quandoque pars maior eorum qui aderant in eandem sententiam ibat, bellum erat consensum. — M: bellum *quoq.* duobus scriptis exercitibus. P: coss̄. que duobus cet. — M: samnicium exercitu.

10. *ibi in quiete utrique cos̄. eadem dicitur uisa species uiri maioris quam pro humano habitu augustiorisque:* P m. 2. cod. Gel. — P m. 1.: utrimque cos̄. — M: ibi inquete utrique cos̄. eadem dr̄. uisa species cet.

12. *deis manibus:* P m. 2. M] diis manibus. — P m. 1.: dehis manibus.

15. *hos ubi nocturnos uisus inter se coss̄. contulerunt:* P m. 2. M. — P m. 1.: uisos.

contulerunt, placuit averruncandae deum irae victumas caedi, simul ut, si extis eadem quae somnio visa fuerant portenderentur, alter uter consulum fata inpleret. ubi responsa haruspicum insidenti iam animo tacitae religioni congruerunt, tum adhibitis legatis tribunisque et imperiis deum propalam expositis, ne mors voluntaria consulis exercitum in acie terreret, conparant inter se ut ab utra parte cedere Romanus exercitus coepisset, inde se consul devoveret pro populo Romano Quiritibusque. agitatum etiam in consilio

1. *auerruncandae deum irae:* P, cod. Gel. — M m. 1.: auerruncan | da deum irā. m. 4.: auerruncan | de deum irā. — Recc. quid. codd.: auerruncandae deum irae gratia. Lovel. 4.: ad auerruncandam deum iram. Cod. Klock. al.: auertendae deum irae. — Cf. Varro l. l. 7, 102.: Apud Pacuvium: „Dei monerint meliora atque amentiam Averruncassint“: ab avertendo *averruncare*, ut deus qui in eis rebus praeest *Averruncus*. itaque ab eo precari solent ut pericula avertat. Liv. 10, 23.: „eo anno prodigia multa fuerunt, quorum averruncandorum causa supplicationes in biduum senatus decrevit“. Superiore loco *averruncandae irae* non genit. sed dativum esse arbitrer: (sed cf. 9, 9. sub fin.). 5, 19.: fatalis dux ad excidium illius urbis servandaeque patriae M. Furius Camillus dictator dictus. 10,28. — *uictumas:* PM] victimas. — P: uictumas cedi. M: uictum ascaedi.

2. *quae somnio uisa fuerant:* PM al.] quae somno visa fuerant. — P Harl. 1. Leid. 1.: portenderetur. M: partemderetur alter uter consulū | facta implebe ubi responsa haruspicum cet. — P: alter uter consulum facta inpleret cet. Eodem mendo 8, 7. al. in Harl. 1. Leid. 1. scriptum est *uis facti*, cum in PM *uis fati* sit. Cf. 1, 7.: dextra Hercules data accipere se omen inpleturumque fata ara condita ac dicata ait.

4. *religioni:* M. relegioni: P. — M: tribunis quae etiam periis | deum. m. 2. supra *ii* in *periis* scriptum est *t*, ut fieret *peritis*.

6. *ne mors uoluntaria coš. exercitum in acie terreret:* PM. — Recc. codd.: mors uoluntaria consulum.

7. *ab utra parte:* PM. — Leid. 1. al.: ab utraque parte. — PM: inde se coš. deuoueret pro poř. quiritibusque (P: pro př.). Cod. Klock.: pro populo romano quiritibus.

est ut, si quando umquam severo ullum imperio bellum administratum esset, tunc uti disciplina militaris ad priscos redigeretur mores. curam acuebat quod adversus Latinos bellandum erat, lingua moribus armorum genere institutis ante omnia militaribus congruentes: milites militibus, centurionibus centuriones, tribuni tribunis conpares collegaeque isdem praesidiis saepe isdem manipulis permixti fuerant. per haec ne quo errore milites caperentur, edicunt consules ne quis extra ordinem in hostem pugnaret.

VII. Forte inter ceteros turmarum praefectos, qui exploratum in omnes partes dimissi erant, T. Manlius consulis filius super castra hostium cum suis turmalibus evasit ita ut vix teli iactu ab statione proxima abesset. ibi Tusculani erant equites: praeerat Geminus Maecius vir cum

1. *ut si quando umquam seuero ullum imperio bellum administratum esset tunc uti* cet.: P. — M: seuero illu imperio. m. 3.: illud. — Cf. 22, 11.: edictoque proposito *ut* quibus oppida castellaque inmunita essent, *uti* commigrarent in loca tuta. al. — PM: uti disciplina militaris ad priscos redigeretur mores. Recc. quid. codd.: reduceretur.

5. *milites militibus centurionibus centuriones tribuni tribunis:* PM Harl. I. Leid. I. al. — Recc. quid. codd.: „centuriones centurionibus“: quem ad modum optimorum librorum fide scribendum est 27, 46.: tessera per castra ab Livio consule data erat ut tribunus tribunum centurio centurionem eques equitem pedes peditem acciperet. — P: conpares collegaeque isdem praesidiis sepe hisdem manipulis permixti fuerant. M: conpares collegaeque hisdem praesidiis saepe | hisdem manipulis cet. — In Leid. I. Voss. II. al. exciderunt verba *praesidiis saepe isdem.*

8. *per haec ne quo errore milites caperentur edicunt coss̄.:* P. — M: p̲ haec neq. errore cet. — P m. 1.: pugnarent.

10. *turmarum praefectos:* P m. 2. M. — P m. 1.: tummarum. — P m. 1.: dimisi erant.

14. *Geminus Maecius:* PM] Geminus Mettius. — Cf. interprr. ad Festum: „maecia tribus a quodam castro sic appellatur“.

— *cum genere:* P Lov. 4. al.] tum genere. — M: cum gemine. m. 2.: cum germine. — P m. 1.: is *i*bi romanu*s* equi-

genere inter suos tum factis clarus. is ubi Romanos equites insignemque inter eos praecedentem consulis filium — nam omnes inter se utique inlustres viri noti erant — cognovit, „unane“ ait „turma Romani cum Latinis sociisque bellum gesturi estis? quid inter ea consules, quid duo exercitus consulares agent?“ „aderunt in tempore“ Manlius inquit „et cum illis aderit Iuppiter ipse foederum a vobis violatorum testis, qui plus potest polletque. si ad Regillum lacum ad satietatem vestram pugnavimus, hic quoque efficiemus profecto ne nimis acies vobis et conlata signa nobiscum cordi sint“. ad ea Geminus paulum ab suis equo provectus „visne igitur, dum dies ista venit qua magno conatu exercitus moveatis, inter ea tu ipse congredi mecum, ut nostro duorum iam hinc eventu cernatur quantum eques Latinos Romano praestet?“ movet ferocem animum iuvenis seu ira seu detractandi certaminis pudor seu inexsuperabilis vis fati: oblitus itaque imperii patrii consulumque edicti

tes. — PM: praecedentem cos̄. filium. — M: utique inlustres uiri uoti erant.

4. *romani cum latinis sociisque bellum gesturi estis:* P. — M: romani cum latinis sociis | bellum gesturi esti. m. 3.: estis. — PM: quid inter ea coss̄.

6. *aderunt in tempore:* P. — M: aderant in tempore manlius inquit tecum illis aderit iuppiter. — Paulo post M: ad sacietatem.

11. *paulum ab suis equo prouectus:* PM Harl. I. Leid. I. al.] paullulum ab suis cet. — Multi recc. codd.: a suis.

12. *dum dies ista uenit qua magno conatu exercitus moueatis:* P. — P m. 2.: quā magno conatu. M: quam magno conato exercit’ moueatis. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: moueritis. — P: interrea.

14. *ut nostro duorum iam hinc euentu cernatur:* P. — M: ut nos duorum iam hinc euentu cet. Lov. 4.: ut nostrum duorum cet. Cf. 7, 40.: meum factum dictumve consulis.

— *eques latinos:* M m. 1.] eques Latinus (M m. 3. P).

16. *seu ira seu detractandi certaminis pudor seu inexsuperabilis uis fati:* PM. — Harl. I. Leid. I.: uis facti. — M m. 1.: oblitis itaque. M m. 2. P: oblitus. — P: praeceps ad id certamen agitur quo cet. M: agitur qđ uinceret an uinceretur.

praeceps ad id certamen agitur, quo vinceret an vinceretur haud multum interesset. equitibus ceteris velut ad spectaculum summotis spatio quod vacui interiacebat campi adversos concitant equos, et cum infestis cuspidibus concurrissent, Manlii cuspis super galeam hostis, Maecii trans cervicem equi elapsa est: circumactis deinde equis cum prior ad iterandum ictum Manlius consurrexisset, spiculum inter aures equi fixit: ad cuius vulneris sensum cum equus prioribus pedibus erectis magna vi caput quateret, excussit equitem, quem cuspide parmaque innixum attollentem se ab gravi casu Manlius ab iugulo ita ut per costas ferrum emineret terrae adfixit: spoliisque lectis ad suos revectus cum ovante gaudio turma in castra atque inde ad praetorium ad patrem tendit — ignarus facti futurique, laus an

2. *uelut ad spectaculum:* P. — M: uelut spectaculū. — P cod. Gel.: spatio quod uacui interiacebat campi aduersos concitant equos. M: spatio quod uacui interiacebat campi aduersus concitantē equos.

5. *Maecii trans ceruicem equi elapsa est:* P Harl. I. Leid. I. — M: manlii cuspis | ꝑ galeā hostis maecii trans ceruicem equi lapsa est.

8. *ad cuius uulneris sensum:* P. — M: a cuius uulneris sensum. m. 2.: sensu. — P m. 1.: excussis equitem. m. 2.: excussit.

10. *quem cuspide parmaque innixum attollentem se ab graui casu:* P. — M: quem cuspide parmaque innixum abtollentem se | ab graui casu. m. 2.: abtollentemq. se. — P m. 1.: ita ut per costas ferrum eminerent terrae adfixit. m. 2.: emineret. M m. 1.: emineret terrę adfixit. m. 3.: eminus terrę adfixit.

14. *ignarus facti futurique:* PM cod. Gel. Harl. I. Leid. I. al.] ignarus fati futurique (Pall. 1. 3.). — Ne Dukerus quidem sibi persuadere potuit, veram esse scripturam S. Gelenio probatam *ignarus facti futurique*, quod *ignarus nescius fati* nusquam non legeretur: vel apud Virgilium Aen. 10, 501. „nescia mens hominum fati sortisque futurae". Nihilo minus facere non possum quin Gelenium non errasse censeam. nam quod supra aptissime scriptum est, seu detractandi certaminis pudorem seu inexsuperabilem vim fati ferocem iuvenis animum movisse, id h. l. non ita dici potest. tunc enim videri potuit vis aliqua fati adolescentem ignarum futuri neque

poena merita esset: „ut me omnes“ inquit „pater tuo sanguine ortum vere ferrent, provocatus equestria haec spolia capta ex hoste caeso porto“. quod ubi audivit consul, extemplo filium aversatus contionem classico advocari iussit. quae ubi frequens convenit, „quandoque“ inquit „tu T. Manli neque imperium consulare neque maiestatem patriam veritus adversus edictum nostrum extra ordinem in hostem pugnasti, et quantum in te fuit disciplinam militarem, qua stetit ad hanc diem Romana res, solvisti, meque in eam necessitatem adduxisti ut aut rei publicae mihi aut mei meo-

quidquam delinquere cupientem ad Maecium pertraxisse, a quo provocatus certamen fugere vix posset. sed cum iuvenis provocanti hosti non cederet, cum vana decoris imagine deceptus nulla patriae maiestatis ratione habita adversus consulare edictum extra ordinem pugnasset, poenam sequi disciplinam militarem solutam necesse erat: itaque non vis fati sed merita poena T. Manlium expectavit. elegantissime igitur in melioribus libris omnibus scriptum est, adolescentem spoliis lectis in castra ad patrem tetendisse *ignarum facti futurique:* „ohne zu wissen was er gethan und was ihm begegnen werde“. — In aliis recc. libris, in quibus *fati* inest, scriptum est *ignarus fati futuri,* in aliis *ignarus fati futuri, quae laus* cet.

1. *tuo sanguine ortum uere ferrent:* PM. — Harl. I. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: „ortum referrent“. hinc recc. quidam codd.: ortum uere referrent. Cf. 7, 1.: dignusque habitus quem secundum a Romulo conditorem urbis ferrent. al. — M: ut me omnes inquit pat̄ tuo cet.

3. *quod ubi audiuit cos̄. extemplo filium auersatus contionem classico aduocari iussit:* PM. — Recc. codd. prope omnes: aduersatus.

5. *quandoque inquit tu t. manli:* M m. 1. P al. — Recc. codd.: quando inquit. Cf. 9, 10: quandoque: h. e. quandoquidem. — M m. 2.: tu manli.

8. *qua stetit ad hanc diem romana res:* P. — M m. 1.: „quā stetit ad hanc diem romanā p̄soluisti“: h. e. „presoluisti“ vel „p. resoluisti“ (cf. Tac. hist. 1, 51.): ut dubium esse possit, an manu antiqua scriptum fuerit „qua stetit ad hanc diem romana res publica“. — M m. 3.: que stetit ad hanc diem cet.

10. *ut aut reip̄. mihi:* P. — M:

rumque obliviscendum sit, nos potius nostro delicto plectemur quam res publica tanto suo damno nostra peccata luat: triste exemplum sed in posterum salubre iuventuti erimus. me quidem cum ingenita caritas liberum tum specimen istud virtutis deceptum vana imagine decoris in te movet: sed cum aut morte tua sancienda sint consulum imperia aut inpunitate in perpetuum abroganda, nec te quidem, si quid in te nostri sanguinis est, recusare censeam quin disciplinam militarem culpa tua prolapsam poena restituas. i lictor deliga ad palum". exanimati omnes tam atroci imperio nec aliter quam in se quisque destrictam cernentes securem

ut haud rep. mihi. m. 3.: rēp. — Deinde scriptum est in PM al. *aut mei meorū obliuiscendum sit*, et in uno Harl. I. „aut mei meorumue obliuiscendum sit", eodem nisi fallor mendo quo 7, 33. in M *quacumue* pro *quacumque* scriptum esse videmus. — P m. 1.: potios. — P: quam resp̄. M: quam resip.

4. *tum specimen istud uirtutis:* P. — M m. 1.: liberum t spe | ciem istud uirtutis. m. 2.: liberum te specie isti uirtutis. m. 3.: ista. — Voss. II. multique recc. codd.: tum ingenita caritas. — „Zwar spricht in mir theils das natürliche Gefühl der Vaterliebe, theils diese Probe deiner Tapferkeit für dich den durch das eitle Bild des Ruhmes irre geleiteten Jüngling".

6. *sancienda:* PM. — Harl. I. Voss. II. al.: sentienda. — M m. 1.: in ꝑpetū. m. 2.: in ꝑpetuū.

7. *nec te quidem:* PM rell] ne te quidem. — „Auch du nicht einmal". cf. 1, 10.: nec — quidem „doch nicht einmal" al. Cic. Lael. 20.: non enim neque tu possis — perducere. — P m. 1.: recussare. — M: qui in disciplinam. — P: pena.

9. *i lictor deliga ad palum:* M. — P Harl. I.: ii lictor. Cf. 1, 26. — P m. 1.: ad paulum. m. 2.: ad palum. — P m. 1. M: examinati. P m. 2.: exanimati.

11. *destrictam cernentes securem:* M m. 2. P Harl. I. Leid. I. al. cf. 9, 16. — Recc. codd.: securim: cf. 1, 40. — M m. 1.: securam. — Paulo post P m. 1.: ad admiratione. m. 2.: ab. — P m. 1.: ceruice caese. m. 2.: caesa. — P m. 1.: coarte. m. 2.: coorte. — „Und indem sie zuerst wie angewurzelt ge-

metu magis quam modestia quievere: itaque velut emerso ab admiratione animo, cum silentio defixi stetissent, repente, postquam cervice caesa fusus est cruor, tum libero conquestu coortae voces sunt ut neque lamentis neque execrationibus parceretur, spoliisque contectum iuvenis corpus, quantum militaribus studiis funus ullum concelebrari potest, structo extra vallum rogo cremaretur, Manlianaque imperia non in praesentia modo horrenda sed exempli etiam tristis in posterum essent.

VIII. Fecit tamen atrocitas poenae obedientiorem duci militem, et praeterquam quod custodiae vigiliaeque et ordo stationum intentioris ubique curae erant, in ultimo etiam certamine, cum descensum in aciem est, ea severitas profuit. fuit autem civili maxime bello pugna similis, adeo nihil apud Latinos dissonum ab Romana re praeter animos

standen hatten, so brachen nun, als nach dem Schreck das Gefühl sich wieder zu regen anfing, ihre Klagen um so freier hervor".

4. *ut neque lamentis neque execrationib. parceretur:* P. — M Lov. 4.: ut *neque* execrationib. parce | retur. — M m. 1.: iuuenis corpū. m. 2.: corpus. — M Lov. 4. al.: celebrari potest.

8. *non in praesentia modo:* P. — M m. 1.: non in p̄sentiā modo. m. 2.: non in p̄senti modo. Cf. 2, 44.: victam tribuniciam potestatem dicere priore anno *in praesentia* re, exemplo *in perpetuum.* 7, 37.: in perpetuum — in praesentia. al. — PM: sed exempli etiam tristis in posterum esset. Leid. I.: sed exemplis etiam tristis. Harl. I.: sed exemplis etiam tristia. Recc. codd.: sed exemplis etiam tristibus.

10. *oboedientiorem duci militem:* PM. — P: intentioris ubique curae erant. M: „intentioris *curent* in | ultimo etiam" cet. Simili mendo videtur 30, 28. in Put. Colb. Bamb. *curas intentioris* scriptum esse et integra scriptura fuisse: „ei quoque, quibus erat ingens in Scipione fiducia et victoriae spes, quo magis in propinquam eam inminebant animis, eo curae erant intentioris". — Multi recc. codd.: intentioris ubique erant curae. — Leid. I. Voss. II. al.: cum descensum in acie est.

erat. Clipeis antea Romani usi sunt, dein, postquam stipendiarii facti sunt, scuta pro clipeis fecere: et quod antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies coepit esse: postremo in plures ordines instruebantur. ordo sexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum

1. *clipeis antea Romani usi sunt:* M m. 2. et recc. codd. — M m. 1. P: „clipeis antea romanis usi sunt“: quasi de Latinis hoc scriptum esset, quamquam id sequenti oratione refellitur. sed cum paulo post in PM primo scriptum sit *facti scuta sunt*, dein eadem nisi fallor manu restitutum *facti s̄ scuta pro* cet., fieri potest ut etiam priore loco non *romanis* sed *romani s̄* scribendum fuerit, huiusque loci integra oratio fuerit haec: „clipeis antea Romani sunt usi, dein, postquam stipendiarii facti sunt, scuta pro clipeis fecere“. — *dein:* PM Leid. 1.] deinde. Cf. 8, 2. — *Stipendiarios* non eos solum esse quibus stipendium solvendum sit, sed etiam qui stipendium accipiant, vel auctor belli Afric. c. 43. docet. cf. Liv. 4, 59.: additum deinde omnium maxime tempestivo principum in multitudinem munere, ut ante mentionem ullam plebis tribunorumque decerneret senatus ut stipendium miles de publico acciperet, cum ante id tempus de suo quisque functus eo munere esset“. — Clipeum rotunda, scutum oblonga forma erat. de scuto romano cf. Polyb. 6, 23.

2. *et quod antea phalanges similes Macedonicis hoc post ea manipulatim structa acies coepit esse:* PM. — I. Fr. Gron. scribi malebat „et quae antea — haec postea — acies coepit esse“. sed cf. 2, 38.: si hoc profectio et non fuga est. 3, 38.: ad Eretum — castra locant spem in discordia romana ponentes, eam inpedimentum dilectui fore. al.

4. *postremo in plures ordines instruebantur:* PM: scil. Romani. — Recc. quid. codd.: *instruebatur:* scil. acies. — Ad ea quae sequuntur intelligenda cf. Polyb. 6, 24, 5.: καὶ τὸ μὲν μέρος ἕκαστον ἐκάλεσαν καὶ τάγμα καὶ σπεῖραν καὶ σημαίαν. Varro l. l. 5, 88.: *manipulos* exercitus minimas manus quae unum sequuntur signum.

5. *ordo sexagenos milites, duos centuriones vexillarium unum habebat:* PM rell. — Lipsius et qui eius auctoritatem secuti sunt „*ordo sexagenos milites duos, centurionem et vexillarium unum habebat*“ scribi voluerunt, quod paulo post re-

habebat. prima acies hastati erant, manipuli quindecim distantes inter se modicum spatium: manipulus levis vicenos

latum legeretur, tertiae partis ordines fuisse centenum octogenum senum militum. verum hoc posteriore numero videtur Livius complexus esse et pedites ter sexagenos et ter binos centuriones nulla vexillariorum ratione habita. singulorum vero ordinum fuisse binos centuriones et apud Polybium 6, 24. 7. legimus: δύο δὲ καϑ' ἕκαστον τάγμα ποιοῦσιν ἡγεμόνας εἰκότως· ἀδήλου γὰρ ὄντος καὶ τοῦ ποιῆσαι καὶ τοῦ παϑεῖν τι τὸν ἡγεμόνα τῆς πολεμικῆς χρείας οὐκ ἐπιδεχομένης πρόφασιν, οὐδέποτε βούλονται τὴν σπεῖραν χωρὶς ἡγεμόνος εἶναι καὶ προστάτου· παρόντων μὲν οὖν ἀμφοτέρων ὁ μὲν πρῶτος αἱρεϑεὶς ἡγεῖται τοῦ δεξιοῦ μέρους τῆς σπείρας, ὁ δὲ δεύτερος τῶν εὐωνύμων ἀνδρῶν τῆς σημαίας ἔχει τὴν ἡγεμονίαν· μὴ παρόντων δ' ὁ καταλειπόμενος ἡγεῖται πάντων. Omissis omnibus eis quae scripta sunt ab interpretibus qui hoc loco pro posteriorum aetatium ratione non 15 sed 10 ordines fuisse unius cuiusque illarum trium legionis partium nec quinum milium legiones sed quaternum contenderunt, consideremus quam Livius tum temporis legionum instruendarum rationem fuisse scripserit. hastatorum igitur fuerunt quini deni ordines sexagenorum peditum: quibus ordinibus si bini centuriones et singuli vexillarii additi fuerint, fit numerus 945 hominum. idem numerus fuit principum. qui dein post principes sequebantur ordines habebant ternas partes sexagenum peditum binorumque centurionum, quibus si quadrageni quini vexillarii adiecti erunt, efficitur numerus 2835 hominum. itaque cum essent

hastati	945
principes	945
triarii rorarii ascensi	2835
equites	300

fit numerus hominum 5025: ex quo apparet rotundo numero Livium recte scripsisse tunc legiones fuisse quinum milium militum. Cf. Polyb. 6, 20. 8.: ὅταν δ' ἐκλέξωσι τὸ προκείμενον πλῆϑος — τοῦτο δ' ἐστὶν ὅτὲ μὲν εἰς ἕκαστον στρατόπεδον πεζοὶ τετρακισχίλιοι καὶ διακόσιοι, ποτὲ δὲ πεντακισχίλιοι, ἐπειδὰν μεἶζων τις αὐτοῖς προφαίνηται κίνδυνος — μετὰ ταῦτα κ. τ. ε.

1. *manipuli quindecim:* M. — P: manipuli distantes inter se cet.

2. *leuis uicenos milites:* PM rell.] leves cet. — P Harl. I. Leid. I.: aliam turbam (Harl. I.: turmam) scutorum habebat.

milites, aliam turbam scutatorum habebat: leves autem qui hastam tantum gaesaque gererent vocabantur. haec prima foris in aciem florem iuvenum pubescentium ad militiam habebat. robustior inde aetas totidem manipulorum — quibus principibus est nomen — hos sequebantur, scutati omnes insignibus maxime armis. hoc triginta manipulorum agmen antepilanos appellabant, quia sub signis iam alii quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo unus quisque tres partes habebat — earum unam quamque primam primum pilum vocabant —, tribus ex vexillis constabat, vexilla III centum octoginta sex

M: aliam tbam scutor habebat. Cf. T. Livi l. xxx. p. xxiv. H.

1. *leues autem qui hastam tantum gaesaque gererent uocabantur:* M. — P: leues ñ qui hastam gaesaque cet. Harl. I. Leid. I. al: caesaque.

2. *haec prima foris in aciem:* PM Harl. I.] haec prima frons in acie (recc. codd.). „Dieser ersteEingang in die Schlacht". Cf. 6, 34.: forem. Cic. ad div. 13, 10. 4. — Leid. I.: haec prima in aciem foris florem iuuenum pubescentium ac militum habebat. — Paulo post P m. 1.: os sequebantur.

6. *hoc triginta manipulorum agmen antepilanos appellabant:* PM. Cf. Varro l. l. 5, 89.: Hastati dicti qui primi hastis pugnabant, pilani qui pilis —: pilani *triarii* quoque dicti quod in acie tertio ordine extremis subsidio deponebantur.

9. *earum unam quamque primam primum pilum uocabant:* ex coni. m.] earum unam quamque primum pilum vocabant (PM rell.). Cum primi pili nec rorariorum nec ascensorum sed triariorum fuissent, Lipsius scribendum censuit „earum unamquamque primam pilum vocabant", I. Fr. Gron. „earum primam quamque primum pilum vocabant". verum cum in *prima quaeque* pro latinae linguae rationibus alius sensus insit quam quem hic locus desideret, ideoque *una quaeque* deesse non possit, ad *primum* addidimus *primam*, cuius generis mendis nihil frequentius est in antiquis mscriptis.

10. *uexilla* III *centum octoginta sex homines erant:* ex coni. m.] vexillum centum octoginta sex homines erant (PM rell.). Non singula sed terna vexilla, ex quibus ordines constabant, 186 hominum erant. Lipsius igitur *vexillum* deleri voluit, Strothius verba „tribus ex vexillis constabat, vexillum 186 homines erant"

homines erant: primum vexillum triarios ducebat veteranum militem spectatae virtutis, secundum rorarios minus roboris aetate factisque, tertium accensos minimae fiduciae manu, eo et in postremam aciem reiciebantur. ubi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omnium primi pugnam inibant. si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos retro cedentes in intervalla ordinum principes recipiebant. tum principum pugna erat, hastati sequebantur. triarii sub vexillis considebant sinistro crure porrecto,

ab imperito quodam librario integrae orationi interposita esse censet, facillima emendatione integrum restitutum erit, si, cum *m* et m a librariis et alias confusa videamus litterasque *a* et *u* in fine nominum, pro *uexillum* scripserimus *uexilla* III. — M: tribus ex uexillis cons̄ sabat. m. 2.: cons̄ stabat.

1. *primum uexillum triarios ducebat ueteranum militem spectatae uirtutis:* PM. — Leid. I.: ueteranum militum cet.

2. *secundum rorarios minus roboris aetate factisque:* P m. 2. M. — P m. 1.: secundum rorios minus cet. — *Minus roboris* scriptum esse pro „quibus minus roboris erat“ nemo non videt.

3. *minimae fiduciae manu:* PM rell.] minimae fiduciae manum. — Unus cod. Klock.: manus. — Quem ad modum paulo ante ad *minus* supplendum videbatur *quibus erat*, sic h. l. suppleverimus *qui erant* ad *manu:* „das dritte Vexillum führte die Accensi, auf deren Hülfe am wenigsten zu bauen war“. Cf. Caes. b. civ. 3, 86.: simul denuntiavit, ut essent animo parati in posterum, et quoniam fieret dimicandi potestas, ut saepe cogitavissent, ne usu manuque reliquorum opinionem fallerent.

4. *eo et in postremam aciem reiciebantur:* M m. 2. P. — M m. 1.: eo et in | postremom aciem eioiebant²—. — Paulo post Leid. I.: omnium prim*um*.

6. *pede presso:* PM. Cf. 28, 14.: Hispanos — presso gradu incedere iubet. 30, 18.: gradum sensim referentes ordines et tenorem pugnae servabant. — P: in interuallo ordinum.

9. *triarii sub uexillis considebant:* P. — M: „triarii uexillis considerab*ant*“: sed *nt* videntur alterius manus esse. — P: sinistro cruore porrecto scuta ininnixa | umeris. M: umeris.

scuta innixa humeris hasta suberecta cuspide in terra fixa haud secus quam vallo saepta inhorreret acies tenentes. si apud principes quoque haud satis prospere esset pugnatum, a prima acie ad triarios sensim referebantur: inde rem ad triarios redisse, cum laboratur, proverbio increbuit. triarii consurgentes ubi in intervalla ordinum suorum principes et hastatos recepissent, extemplo conpressis ordinibus velut claudebant vias, unoque continenti agmine iam nulla spe post relicta in hostem incidebant: id erat formidolosissimum hosti, cum velut victos insecuti novam repente aciem exsur-

1. *hasta suberecta cuspide in terra fixa:* M m. 1.] hastas subrecta cuspide in terra fixas. — P: hastas suberecta cuspide in terra fixas. M m. 2.: fixas. — *Suberecta* in omnibus melioribus libris scriptum est. cf. 7, 33. Sil. Ital. 15, 155. „Die Triarier, ihre an die Schultern gelehnten Schilde haltend, nachdem sie die Lanze mit emporragender Spitze in die Erde gestossen, lagen mit vorgestrecktem linken Bein unter ihren Feldzeichen im Anschlage, nicht anders als ob eine von Schanzpfählen umschlossene Schlachtreihe daherstarre". *Vallo* h. l. a *vallus* non a *vallum* venire recte vidit Drakenborchius.

4. *a prima acie ad triarios sensim referebantur:* PM Harl. I. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: a prima acie ad triarios retro se referebant. — M paulo ante „aut satis" littera *h* omissa.

— *inde rem ad triarios redisse cum laboratur prouerbio increbuit:* PM. — Harl. I. Leid. I. multique recc. codd.: unde rem ad triarios redisse cet. — Lov. 4.: *increbruit:* quem ad modum recentissimi editt. in Cic. orat. Verr. 2, 3. aliisque locis scribi iusserunt. cf. Liv. 7, 12.: belli fama increbrescebat.

6. *ubi in interualla ordinum suorum principes et hastatos recepissent:* PM. Coniunctivus *recepissent* videtur h. l. ex *conpressis* pendere: „sobald sie die zweite und erste Schlachtlinie in die Zwischenräume würden aufgenommen haben, sich eng an einander schliessend": h. e. „jedesmal sobald sie": cf. 4, 13.: quacumque incideret — elatus. — Harl. I. Leid. I. al.: ubi *inter*ualla. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: complexis ordinibus. — P m. 1.: iāulla spe post relicta cet. m. 2.: iā nulla spe. M: iam nulla spe post relictam in hostē incidebant.

gentem auctam numero cernebant. scribebantur autem quattuor fere legiones quinis milibus peditum equitibus in singulas legiones trecenis. alterum tantum ex Latino dilectu adiciebatur, qui ea tempestate hostes erant Romanis, eodemque ordine instruxerant aciem: nec vexilla cum vexillis tantum universi hastati cum hastatis principes cum principibus, sed centurio quoque cum centurione, si ordines turbati non essent, concurrendum sibi esse sciebat. duo primi pili ex utraque acie inter triarios erant, Romanos cor-

1. *scribebantur autem quattuor fere legiones quinis milibus peditum:* PM cod. Gel. Harl. I. Leid. I. al. „Es pflegten aber meistentheils vier Legionen von je 5000 Mann ausgeschrieben zu werden". — P m. 1.: tricenis. P m. 2. M: trecenis.

3. *alterum tantum ex latino dilectu adiciebatur:* P: „ein zweites eben so grosses Heer kam von Seiten der Latiner dazu". — M: alterum tantum ex latino dilectū adiciebant^2^.

5. *nec uexilla cum uexillis tantum uniuersi hastati cum hastatis* (P m. 1. M: hastis) *principes cum principibus sed centurio quoque cum centurione si ordines turbati non essent concurrendum sibi esse sciebat:* PM] nec vexilla cet. — concurrendum sibi esse sciebant (recc. codd.). — *Sciebat* pro Liviana scribendi ratione referendum est ad proximum nomen *centurio*, quamvis idem et ad „vexilla, hastati, principes", pertineat. „Nicht allein die ganzen Abtheilungen wussten es, dass sie mit den entsprechenden Heeresabtheilungen der Feinde zusammenstossen würden, sondern auch der einzelne Hauptmann wusste dass er mit seinem Gegenmanne aus derselben Ordnung würde zu kämpfen haben". I. Fr. Gron. scribi maluit: „— sed et centurio quocum centurione, si ordines turbati non essent, concurrendum sibi esset, sciebant". — Particulas „non tantum — sed *quoque*" haud raro apud Livium scriptas videmus: cf. 1, 20. 49. 4, 27. 30. al.

9. *romanos:* P m. 1. M] Romanus (P m. 2.). — M m. 1.: ceterum strenuus umperitus | quae militiae. m. 2.: strenuus imperitus. — P m. 1.: latinis. P m. 2. M: latinus. Cf. Polyb. 6, 24. 9.: βούλονται δ' εἶναι τοὺς ταξιάρχους οὐχ οὕτω θρασεῖς καὶ φιλοκινδύνους ὡς ἡγεμονικοὺς καὶ στασίμους καὶ βαθεῖς μᾶλ-

pore haudquaquam satis validus ceterum strenuus vir peritusque militiae, Latinus viribus ingens bellatorque primus, notissimi inter se quia pares semper ordines duxerunt: Romano haud satis fidenti viribus iam Romae permissum erat ab consulibus ut subcenturionem sibi quem vellet legeret, qui tutaretur eum ab uno destinato hoste: isque iuvenis in acie oblatus ex centurione Latino victoriam tulit. pugnatum est haud procul radicibus Vesuvii montis qua via ad Veserim ferebat.

IX. Romani consules prius quam educerent in aciem immolaverunt. Decio caput iocineris à familiari parte cae-

λον ταῖς ψυχαῖς οὐκ ἐξ ἀκεραίου προσπίπτειν ἢ κατάρχεσθαι τῆς μάχης, ἐπικρατουμένους δὲ καὶ πιεζομένους ὑπομένειν καὶ ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τῆς χώρας.

3. *quia pares semper ordines duxerunt:* PM Harl. I. Leid. I. al.] quia — duxerant (recc. quid. codd.). — M: romano aut satis fidenti. — PM: ut subcenturionem sibi quem uellet legeret. Recc. quidam codd.: ut subcenturionem quem sibi uellet legeret. — — Paulo post M: oblatos.

7. *pugnatum est haud procul radicibus Vesuuii montis:* PM cod. Gel. Harl. I. Leid. I. — Lov. 4.: pugnatum est ab radicibus cet.

8. *qua uia ad Veserim ferebat:* P al.: „wo der Weg nach der Stadt Veseris führte". — M: qua uia ad ueser inferebat. Harl. I. Voss. II.: qua uia ad ueserin ferebat. Sed 10, 28. in PM scriptum est *ad uescrim.* 8, 22. in PM *palaepolim.* 23, 1. in Put. Colb. *neapolim* al.

10. *educerent in aciem:* P m. 2. M. — P m. 1.: reducerent. — Leid. I.: „aducerent". hinc Voss. II. al.: adducerent.

11. *caput iocineris:* P Leid. I. al.] caput iocinoris (Harl. I. Lov. 4.). — M: caput ioeicineris. Cf. 41, 14.: in iocinere caput non inuentum. 41, 15.: quod caput iocineri defuisset: (cod. Laurish.). 30, 2.: consulum alteri primam hostiam immolanti caput iocineris defuit (Put. Colb. Bamb.). al. 27, 26. Put. m. 1.: iocur sine capite inuentum. P m. 2. Colb.: iecur. 41, 15. Laurish.: iocur defluxisse. Cf. Prisc. 6, 10. 52.: iecur iecoris vel iocineris, qui genitivus videtur a nominativo iocinus venire qui in usu non est. — Iocineris duae partes, una inimici, altera familiaris videbantur esse. cf. quos interprr. laudarunt,

sum haruspex dicitur ostendisse: alioqui acceptam dis hostiam esse, Manlium egregie litasse: „atqui bene habet“ inquit Decius, „si ab collega litatum est“. instructis sic ut ante dictum est ordinibus processere in aciem: Manlius dextro Decius laevo cornu praeerat. primo utrimque aequis viribus eodem ardore animorum gerebatur res, deinde ab laevo cornu hastati Romani non ferentes inpressionem Latinorum se ad principes recepere: in hac trepidatione Decius consul M. Valerium magna voce inclamat: „deorum“ inquit „ope M. Valeri opus est: agedum pontifex publicus populi Romani praei verba quibus me pro legionibus devoveam“. pontifex eum togam praetextam sumere iussit, et velato capite manu subter togam ad mentum exserta super telum subiectum pedibus stantem sic dicere: „Iane Iuppiter

Paulus ad Fest. „pestifera auspicia“: Cic. divin. 2, 12. 13.

1. *alioqui acceptam dis hostiam esse:* M m. 3. P. — M m. 1.: acceptam is hostiam. — Voss. II. multique recc. codd.: alioquin. — M: collegam egregie litasset.

2. *atqui bene habet inquit Decius si ab collega litatum est:* PM. — Voss. I. al.: bene inquit habet. — Cod. Sig. al.: si ab collega *prospere* litatum est. Cf. 29, 10.: sacrificantibus ipsis Pythio Apolloni laeta fuisse (Put.). 41, 15.: perlitasse negauit. senatus maioribus hostis usque ad litationem sacrificari iussit. ceteris diis perlitatum ferunt: Saluti Petillium perlitasse negant.

4. *ante dictum est:* P. — M: ante dictum ordinibus cet. Lov. 4.: antea dictum est.

6. *gerebatur res:* P. — M Lov. 4.: gerebantur res. — PM: se ad principes recepere.

10. *M. Valeri:* M] Valeri (P). — M: deorum inquit opem ualeri † opus ē agendū. m. 2.: ope. Cf. 27, 29. — P m. 1.: ualerii. m. 2.: ualeri. — PM: pontifex publicus pop̄. romani praei uerba. — P: quibus pro legionib; deuoueam. M: quibus me pro religionibus deuoueam.

12. *et uelato capite manu subter togam ad mentum exerta:* P. — M Harl. I.: manus subter togam. M: ad mentum exerta. — Leid. I. Voss. II. al.: super togam. Cf. 1, 21.: manuque ad digitos usque adinvoluta rem divinam facere.

Mars pater Quirine Bellona Lares, divi novensiles di indigetes, divi quorum est potestas nostrorum hostiumque, diique manes, vos precor veneror veniam peto feroque uti populo Romano Quiritium vim victoriam prosperetis hostesque populi Romani Quiritium terrore formidine morteque adficiatis: sic ut verbis nuncupavi, ita pro re publica Quiri-

1. *mars pater:* PM. — Harl. 1. Leid. 1.: marus pater. — Num Mauors fuerit?
— *diui nouensiles di indigetes:* PM. — Varro l. l. 5, 74.: nouensides! h. e. qui in novas sedes vocati erant. cf. Liv. 5, 22. 1, 2.: Iovem indigetem appellant. — P m. 1.: diisque manes.
3. *ueniam peto feroque:* PM rell. — *Ferre* idem prope quod *petere* h. l. significare manifestum videbatur: quem ad modum igitur *legem rogationem ferre* dixissent, sic h. l. *veniam ferre* interpretes scriptum putarunt. sed cum Decius se ipse manibus devoverit, aliud quid mihi in hoc verbo inesse videtur, quasi is dicere voluerit „veniam a vobis peto meque ipse tamquam piaculum vestrae irae fero". sic enim 9, 9, Postumius: „nos interim — vilia haec capita luendae sponsionis feramus et nostro supplicio liberemus romana arma". Eorum autem sententiam, qui *veniam fero* idem esse quod *veniam mihi iam videor nactus esse*, *impetrasse* voluerint, ab hoc loco alienam esse puto.
3. *uti pop̄. romano quiritium uim uictoriam prosperetis:* M Lov. 4. 5.] uti — vim victoriamque prosperetis (P). — PM: hostesque. p̄r̄. quiritium terrore formidine morteque adficiatis.
6. *pro r̄. p̄. quiritium:* PM] pro re publica populi romani Quiritium (ex coni. I. Fr. Gron.). Quamquam 22, 10. in Put. Colb. al. scriptum est „resp̄. p̄r̄. quiritium", tamen facere non potui, ut et h. l. ita scribendum esse mihi persuaderem. non enim video cur, cum *resp. romana* latine dicatur, *resp. Quiritium* dici non potuerit (cf. 8, 12.: „ut plebi scita omnis Quirites tenerent": al.). deinde vero dubium est, num litterae *r̄.p̄.* h. l. significent *republica*, cum in antiquioribus libris semper fere *res*, *rei*, *rē*, *rep̄.* iustis litteris scriptum sit. et in uno quidem rec. cod. haud infimae auctoritatis „*pro romano populo quiritium*" inventum est, in aliis „*pro populo romano quiritium*". et fieri sane potuit ut eodem mendo h. l. *r. p.* pro *p. r.* scriberetur, quo tot locis veram scri-

tium exercitu legionibus auxiliis populi Romani Quiritium legiones auxiliaque hostium mecum deis manibus Tellurique devoveo". haec ita precatus lictores ire ad T. Manlium iubet matureque collegae se devotum pro exercitu nuntiare: ipse incinctus cinctu Gabino armatus in equum insilivit ac se in medios hostes inmisit. conspectus ab utraque acie aliquanto augustior humano visu sic ut caelo missus piaculum omnis deorum irae qui pestem ab suis aversam in hostes ferret, ita omnis terror pavorque cum illo latus signa primo Latinorum turbavit, deinde in totam penitus aciem pervasit. evidentissimum id fuit quod, quacumque equo invectus est, ibi haud secus quam pestifero sidere icti

pturam corruptam videmus. nec potuit non fieri, ut, cum in M non *exercitu* sed *exercitū* inventum sit, *exercitū* scriptum sit pro *exercituue*, primaque manu fuerit hoc: „ita pro populo romano Quiritium exercituue(que) legionibus auxiliis populi romani Quiritium legiones auxiliaque hostium — deuoueo" (cf. 10, 28. 1, 32.). sed cum in melioribus codd. nihil inventum videatur quam quod in PM „*pro r̄.p̄. quiritium*", equidem rem in incerto relinquendam duxi. — PM: auxiliis. p̄r̄. quiritium. — P m. 2. Harl. I. Leid. I.: deis manibus tellurique deuoueo. M: deis manib. tellariq. deuoueo. P m. 1.: d*ies*.

3. *haec ita precatus lictores ire ad T. Manlium iubet:* P. — M: haec ita praecatus lictores ire ait. t. manlium.

5. *incinctus cinctu gabino:* PM rell. Cf. 5, 46.

5. *insiliuit:* PM al.] insiluit: 2,46.

6. *conspectus ab utraque acie aliquanto augustior humano uisu:* P Harl. I. Leid. I. al.: h. e. humano habitu, humana specie al. — M: „aliquanto augustior humano uisus" |: quae scriptura I. Fr. Gron. integra videbatur. — P m. 1.: sicut caelo misus. P m. 2. M: sicut caelo missus. Leid. I. Voss. II. al.: sicut a coelo missus. — P: in hostem ferret.

11. *quacumque equo inuectus est:* P m. 2. M. — P m. 1.: inuentus. — Voss. II.: quocumque. cf. 7, 33.: qua nunc erectae micant hastae. — In Harl. I. Leid. I. Voss. II. multisque recc. codd. scriptum est: „euidentissimum id fuit pauorem ac fugam hostium secum decius circumferens cadit moxque consternatio et conuersio exercitus latini". Cf. 7, 20.: et aedis Apollinis dedicata est.

pavebant: ubi vero corruit obrutus telis, inde iam haud dubie consternatae cohortes Latinorum fugam ac vastitatem late fecerunt. simul et Romani exsolutis religione animis velut tum primum signo dato coorti pugnam integram ediderunt: nam et rorari procurrebant inter antepilanos addebantque vires hastatis ac principibus, et triarii genu dextro innixi nutum consulis ad consurgendum expectabant.

X. Procedente deinde certamine cum aliis partibus multitudo superaret Latinorum, Manlius consul audito eventu collegae cum — ut ius fasque erat — lacrumis non minus quam laudibus debitis prosecutus tam memorabilem mortem esset, paulisper addubitavit an consurgendi iam triariis tempus esset: deinde melius ratus integros eos ad ultimum discrimen servari, accensos ab novissima acie ante signa procedere iubet. qui ubi subiere, extemplo Latini — tamquam idem adversarii fecissent — triarios suos excitave-

1. *haud dubie consternatae cohortes:* P. — M: haut dubie cet.

4. *cohorti:* P. — M: coortis.

5. *rorari:* P: quamquam primo scriptum erat „nam et romani procurrebant". — M: nam et romani | procurrebant in terr*am te*pilanus | cet. m. 3.: in terram antepilanus.

— *addebantque:* ex coni. m.] addiderantque (P). — M: „adderantq." simili mendo saepissime erratum est. cf. ex. gr. 30, 6.: obruebant itinera portarum (Put. al.). Bekk.: obruerant. 3, 37. — M: astatis ac principibus. — Particula *nam* Livius usus est, quod *Romanos* integram pugnam edidisse scripserat, non *hastatos principesque.* etenim cum illud nomen omnes Romanorum milites complecteretur, necesse videbatur etiam de reliquis exercitus partibus referri, quae ad id proelio non interfuissent. *Procurrebant* autem, non *procurrerant*, scriptum est, quod non omnibus eodem tempore rorariorum manipulis procurrendum videbatur, sed subinde pro ut res ipsa postulabat.

7. *innixi:* PM] innisi. Cf. 3, 26. 8, 7. al.

10. *lacrumis:* P] lacrimis (M). Cf. 3, 58. al. — Paulo ante PM: Manlius coš.

12. *paulisper addubitauit an consurgendi iam triariis tempus esset:* M m. 3. P. — M m. 1.: tem ēēt. m. 3.: temp' ēēt. — Harl. I.: deinde melius natus integros cet.

runt: qui aliquamdiu pugna atroci cum et semet ipsi fatigassent et hastas aut praefregissent aut hebetassent, pellerent vi tamen hostem — debellatum iam rati perventumque ad extremam aciem, tum consul triariis „consurgite nunc“ inquit „integri adversus fessos memores patriae parentumque et coniugum ac liberorum, memores consulis pro vestra victoria morte occubantis“. ubi triarii consurrexerunt integri refulgentibus armis nova ex inproviso exorta acies, receptis in intervalla ordinum antepilanis clamore sublato principia Latinorum perturbant, hastisque ora fodientes primo robore virorum caeso per alios manipulos velut inermes prope intacti evasere tantaque caede perrupere cuneos ut vix quartam partem relinquerent hostium. Samnites quoque sub radicibus montis procul instructi praebuere terrorem Latinis. ceterum inter omnes cives sociosque praecipua laus eius belli penes consules fuit, quorum alter omnis

1. *qui aliquādiu pugna atroci cum et semet ipsi fatigassent et hastas aut praefregissent aut hebetassent:* P m. 2. — P m. 1.: pugnam atroci. M: et hastas aut prefi†gissent aut beatassent pellerent | ut tam̄ hostem. Lov. 4. aliique recc. codd.: perfregissent.

4. *tum cos̄. triariis consurgite nuncinquit:* M. — P: tum cos̄ triarii consurgite nunc inquit.

6. *memores consulis pro uestra uictoria morte occubantis:* PM al.] memores consulis — morte occumbentis. — Multo fortius esse verbum *occubare* quam *occumbere* nemo non videt: „eingedenk des Consuls der um euch zum Siege zu führen todt dahin gestreckt liegt“.

8. *integri refulgentibus armis noua ex inprouiso exorta acies:* PM al. — Lov. 4.: integra refulgentibus armis noua et inprouiso acies orta. — Harl. I. al.: receptis *interualla ordinum* cet.

10. *hastisque ora fodientes:* M. — P m. 1.: hastique hora fodientes. m. 2.: hastisque. — Leid. I. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: hastisque ora ferientes. Cf. 21, 55. — PM: ut uix quartam partem relinquerent hostium. Voss. II. al.: reliquerint.

15. *inter omnes ciues:* P. — M: inom̄s ciues.

16. *alter omnis minas periculaque ab deis superis inferisque in se unum uertit:* P m. 2. M] alter omnes minas periculaque ab diis

minas periculaque ab deis superis inferisque in se unum vertit, alter ea virtute eoque consilio in proelio fuit ut facile convenerit inter Romanos Latinosque qui eius pugnae memoriam posteris tradiderunt, utrius partis T. Manlius dux fuisset eius futuram haud dubie fuisse victoriam. Latini ex fuga se Menturnas contulerunt: castra secundum proelium capta multique mortales ibi vivi oppressi maxime Campani. Decii corpus ne eo die inveniretur, nox quaerentes oppressit: postero die inventum inter maximam hostium stragem coopertum telis, funusque et par morti celebrante collega factum est. illud adiciendum videtur, licere consuli dictatorique et praetori, cum legiones hostium devoveat, non uti-

cet. — P m. 1.: periculasque. — Haec verba exciderunt in Harl. I.

2. *eoque consilio:* P m. 2. M m. 4. — P m. 1.: equo consilio. M m. 1.: eoque consilii.

4. *utrius partis T. Manlius dux fuisset:* PM. — Leid. I. al.: utriusque partis cet. Lov. 4.: utrius partis dux Manlius fuisset.

6. *Menturnas:* P Harl. I. al.] Minturnas. — M: ex fuga seme|nocturnas contulerunt. — Cf. 8, 11. 10, 21. 27, 38.: Put. Colb. al.: „Menturnensis". sed 9, 25. in PM scriptum est „minturnae".

8. *ne eo die inueniretur:* PM rell. Particula *ne* Livius usus est ut summo quoque studio corpus Decii quaesitum esse exprimeret: „dass man den Leichnam des Decius nicht am Tage der Schlacht fand, verhinderte nur das Hereinbrechen der Nacht".

10. *funusque et par morti celebrante collega factum est:* P m. 1. M m. 1. Leid. I. al.] funusque ei par morti cet. (P m. 2. M m. 2.). — Quamquam voces *et ei* persaepe inter se permutatae sunt, tamen vix dubium videri potest quin *et* h. l. vera scriptura sit: „als er am folgenden Tage unter einer Masse erschlagener Feinde ganz bedeckt von Geschossen gefunden worden, liess ihn Manlius *und zwar* auf eine seines Todes würdige Weise bestatten".

11. *illud adiciendum uidetur:* P. — M: illud adiciendum uideret2–|licere.

12. *cum legiones hostium deuoueat non utique se sed quem uelit ex legione romana scripta ciuem deuouere:* PM: nisi quod *se* ante *sed* excidit in M. — In Lov. 4. inventum est *scriptum ciuem*, quod haud displicet. cf. 7, 41.: lex quoque

que se sed quem velit ex legione Romana scripta civem devovere: si is homo qui devotus est moritur, probe factum videri: ni moritur, tum signum septem pedes altum aut maius in terram defodi et piaculum hostia caedi: ubi illud signum defossum erit, eo magistratum Romanum escendere fas non esse: sin autem sese devovere volet sic uti Decius devovit, ni moritur, neque suum neque publicum divinum pure faciet qui sese devoverit: Vulcano arma sive cui alii divo vovere volet, sive hostia sive quo alio volet ius est: telo super quod stans consul precatus est hostem potiri fas non est: si potiatur, Marti suovetaurilibus piaculum fieri.

sacrata — lata est, ne cuius *militis scripti* nomen nisi ipso volente deleretur.

3. *ni moritur:* PM rell. Cf. 3, 56.: unius tantum criminis *nisi* iudicem dices te ab libertate in servitutem contra leges vindicias non dedisse, in vincla te duci iubebo. 3, 57.: se iterum ac saepius iudicem illi ferre *ni* vindicias ab libertate in servitutem dederit. *si* ad iudicem *non* eat, pro damnato in vincla duci iubere: cet.

— *tum signum septem pedes altum aut maius in terram defodi:* P: signum scil. eius hominis. — M: in terram fodi.

4. *et piaculum hostia caedi:* PM Harl. I. Leid. I.] et piaculum hostiam caedi (Voss. II.). Cf. quod paulo post scriptum est: „Marti suovetaurilibus piaculum fieri".

— *ubi illud signum defossū erit:* P m. 2. — P m. 1.: defossus erit. — M: ubi illud dignum defossum erit.

5. *escendere fas non esse:* P m. 1. Harl. I. Leid. I. — P m. 2. M Lov. 4.: ascendere. Voss. I. multique recc. codd.: descendere. Pall. 1. 3. Voss. II.: excedere.

6. *sin autem sese deuouere uolet:* PM. — Leid. I.: se. — M: diuinum fure faciet. P m. 1.: pure faciat. m. 2.: faciet.

8. *siue cui alii diuo uouere uolet:* M m. 2. — M m. 1.: siue cui alii diu † uouere uolet. P: siue cui alii diu eo uouere uolet. — PM: ius est. „Will er dem Vulkan oder einer anderen Gottheit seine Waffen weihen, so kann er dies vermittelst eines Schlachtopfers oder anderen Opfers veranstalten". Verba „sive hostia sive quo alio uolet" exciderunt in Harl. I. Leid. I. Voss. II.

10. *super quod stans cons̄. precatus est:* P. — M: cons̄. praecatus est.

11. *Marti suouetaurilibus piaculum fieri:* P. — M: martis uol | uetaurilibus cet. Harl. I.

XI. Haec, et si omnis divini humanique moris memoria abolevit nova peregrinaque omnia priscis ac patriis praeferendo, haud ab re duxi verbis quoque ipsis ut tradita nuncupataque sunt referre. Romanis post proelium demum factum Samnites venisse subsidio expectato eventu pugnae, apud quosdam auctores invenio: Latinis quoque ab Lavinio auxilium, dum deliberando terunt tempus, victis demum ferri coeptum, et cum iam portis prima signa et pars agminis esset egressa, nuntio adlato de clade Latinorum cum conversis signis retro in urbem rediretur, praetorem eorum nomine Milionium dixisse ferunt pro paulula via magnam mercedem esse Romanis solvendam. qui Latinorum pugnae superfuerant multis itineribus dissipati cum se in unum conglobassent, Vescia urbis eis receptaculum fuit. ibi in conciliis Numisius imperator eorum adfirmando

Leid. I.: suouetauribus. Cf. 1, 44.

1. *etsi omnis diuini humanique moris memoria aboleuit:* P rell. — M: „absoluit". Num *obsoleuit* voluerit? — Prisc. 9, 10. 54.: „et si omnis diuini humanique memoria aboleuerit".

7. *dum deliberando terunt tempus:* PM. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: teritur.

11. *Milionium:* PM Harl. I. Leid. I. al. — Hav. al.: Milonium. — P: pro paulula uia. M: pro paulola uia.

— *magnam mercedem esse Romanis soluendam:* PM Harl. I. Voss. II. al.] magnam mercedem Romanis esse soluendam.

13. *multis itineribus dissipati cum se in unum conglobassent:* P. — M: cum se in unum cum se globas|sent.

14. *Vescia urbis eis receptaculum fuit:* M m. 1.] Vescia urbs eis cet. (M m. 2. P). Cf. 7, 31.: urbis maxima. — Haec vetus Ausonum urbs 9, 25. in PM scripta est *Vescina.* eo se Latini ex fuga recepisse videntur, ut saltu Vescino (10, 21.) tutiores ab hoste essent: nam primo se Menturnas contulerant (8, 10.). — Leid. I. Pall. 1. 3. al.: uesci urbs cet.

15. *in conciliis:* PM: quamquam primo in P *consiliis* fuerat, quod in multis recc. codd. repertum est. Cf. 5, 48. sub fin.

— *adfirmando:* PM rell. Neminem fugerit aliquid h. l. desiderari: nam quae ab verbis *communem vere Martem* ad *rem restituisse* sequuntur, apodosi carent. simplicior igitur sane oratio facta esset, si L. scribere vo-

communem vere Martem belli utramque aciem pari caede prostravisse victoriaeque nomen tantum penes Romanos esse, ceteram pro victis fortunam et illos gerere, funesta duo consulum praetoria — alterum parricidio filii alterum consulis devoti caede —, trucidatum exercitum omnem, caesos hastatosque principesque, stragem et ante signa et post signa factam, triarios postremo rem restituisse: Latinorum etsi pariter accisae copiae sint, tamen supplemento vel Latium propius esse vel Vulscos quam Romam: itaque, si videatur eis, se ex Latinis et ex Vulscis populis iuventute propere excita rediturum infesto exercitu Capuam esse Romanosque nihil tum minus quam proelium expectantes necopinato adventu perculsurum. fallacibus litteris circa Latium nomenque Vul-

luisset „— adfirmando — omnium animos ita recreavit, ut exercitum reficere iterumque cum Romanis congredi statuerent". sed quae deinde leguntur „itaque si videatur eis" cet. cum hoc priore loco quodam modo coniungi possunt, ut neglecta apodosis minus habeat offensionis.

1. *communem uere Martem belli:* P. — M: communem uere mortem belli. Cf. 5, 12. 7, 8. 28, 41. 30, 30. al.

2. *ceteram pro uictis fortunam et illos gerere:* PM: „nur dem Namen nach seien die Römer Sieger, in allem Übrigen müsste auch ihnen ihre Lage wie die von Besiegten erscheinen". *Pro victis* enim non aeque ac 9, 25. „suos — pro victis Romanos habuisse" interpreter, sed ut *pro* h. l. significet „im Vergleich mit jemandem".

5. *caesos hastatosque principesque:* M Leid. I. Pall. 1. 3. al.] caesos hastatos principesque (P). — Manifestum est, hoc pacto orationem non modo fortiorem fieri, sed etiam melius respondere verbis sequentibus *et ante signa et post signa.*

7. *etsi pariter accisae copiae sint:* P. — M: „etsi par†te †adcisae copiae sint" duabus litteris erasis. — P: tamen supplemento uel latium propriis esse uel uolscos quam romam. M: tamen supplemento uelatium (m. 3.: uel latium) proprius esse uel uolscos quam romam. — Paulo post PM: et ex uolscis populis. — Harl. I.: romano nihil tum minus cet.

13. *circa Latium nomenque Volscum:* PM. — M m. 1.: quia qui nonterfuerant. m. 3.: non ĩterfuerant. P: quia qui non interfuerunt. — M m. 1.: ad credum temere. m. 3.: ad

scum missis, quia qui non interfuerant pugnae ad credendum temere faciliores erant, tumultuarius undique exercitus raptim conscriptus convenit. huic agmini Torquatus consul ad Trifanum — inter Sinuessam Menturnasque is locus est — occurrit: prius quam castris locus caperetur sarcinis utrimque in acervum coniectis pugnatum debellatumque est: adeo enim accisae res sunt, ut consuli victorem exercitum ad depopulandos agros eorum ducenti dederent se omnes Latini deditionemque eam Campani sequerentur. Latium Capuaque agro multati: Latinus ager Privernati addito agro et Falernus, qui populi Campani fuerat, usque ad Vulturnum flumen plebi Romanae dividitur: bina in Latino iugera ita ut dodrantem ex Privernati conplerent data, terna in Falerno quadrantibus etiam pro longinquitate adiectis. extra poenam fuere Latinorum Laurentes Campanorumque equites quia non desciverant. cum Laurentibus renovari foedus

credendum. — M: exercitus *partim* conscriptus.

4: *Menturnasque:* PM] Minturnasque. Cf. 8, 10. — P: huic agmini torquatus coš. ad trifanum inter sinumessam menturnasque is locus est. M: inter sinū essā menturnas | queis locutus est occurrerit. — Harl. 1.: sinūessam. Leid. 1.: sinumessam. — PM: utrimque.

7. *adeo enim accisae res sunt:* PM. Malim scriptum esse *abscisae*, quod in rec. cod. Gärtn. inventum est. cf. 3, 10.: etsi abscisae res sint. — PM: „ad depopulandos agros": nisi quod m. 1. in M erat „acros". In Harl. 1. esse dicitur „ad depulandum". — M: deditionemque *cā*pani sequerent~. P: deditionemq. *eā* campani cet.

9. *Latium Capuaque agro multati:* PM al. — Cod. Sig. aliique recc.: „latini capuaque agro multati": sed cf. 9, 41.: profectus ad Nuceriam Alfaternam tum pacem *petentis*. 8, 13.: iam Latio is status erat rerum ut neque bellum neque pacem pati *possent*. al. — Post *multati* in P aliquid erasum est: fortasse scriptum fuit *multati sunt*.

13. *ita ut dodrantem ex Privernati conplerent:* PM: h. e. in Latino agro coloniis singulis data sunt 2¾ iugera, in Falerno terna: ut qui in Falerno agro colere vellent, quod longius ab Roma abessent, ¼ iugeri plus acciperent quam qui in Latino manerent.

iussum renovaturque ex eo quotannis post diem decimum Latinarum: equitibus Campanis civitas Romana data, monumentoque ut esset aeneam tabulam in aede Castoris Romae fixerunt: vectigal quoque eis Campanus populus iussus pendere in singulos quotannis — fuere autem mille et sescenti — denarios nummos quadringenos quinquagenos.

XII. Ita bello gesto praemiis poenaque pro cuiusque merito persolutis T. Manlius Romam rediit, cui venienti seniores tantum obviam exisse constat, iuventutem et tunc et omni vita deinde aversatam eum execratamque. Antiates in agrum Ostiensem Ardeatem Solonium incursiones fecerunt. Manlius consul quia ipse per valetudinem id bellum

1. *renouaturque ex eo quotannis post diem decimum latinarum:* PM. — Harl. I.: renouatumque. — Harl. I. Leid. I. al.: quo*d*annis. — Harl. I.: latinorum. Cf. 22, 1. 25, 12.: „Romae consules praetoresque usque ante diem v Kal. Maias Latinae (scil. feriae) tenuerunt“.

2. *ciuitas rō. data:* Harl. I.] civitas data (P). — Leid. I.: ciuitas rodata. M: ciuitas redata.

— *monumentoque ut esset:* PM al. — Leid. I. Voss. II. multique recc. codd.: monumento ut esset. — M: aeneam tabulam in aede decastoris rome fixerunt. — P m. 1.: ue*l*tigal quoque.

5. *in singulos:* P al. — M m. 1.: in singulis. m. 2.: in singulo.

6. *sescenti:* PM] sexcenti. 10, 25. — P Harl. I. al.: quadri*g*enos quinquagenos.

7. *praemiis poenaque pro cuiusque merito persolutis:* P. — M: pro cuiusque merito dissolu | tis.

9. *iuuentutem et tunc et omni uita deinde auersatam eum execratamque:* PM: nisi quod in M est *aduersatam.* — Harl. I.: „iuuentute et tunc et omni uita deinde auersata execrataque“. In Leid. I. quoque inventum est *iuuentute.*

11. *in agrum ostiensem ardeatem solonium:* M m. 3. P. — M m. 1.: ostensē. — Cf. Cic. divin. 1, 36. 79.: „in Solonio qui est campus agri Lanuvini.

12. *Manlius coš. quia ipse per ualetudinem id bellum exequi nequierat:* M m. 1. P. — Pall. 1. 3. al.: quia id bellum ipse per ualitudinem exequi nequiuerat. — M m. 2. Leid. I. omnesque prope recc. codd.: per uali*t*udinem. — Recc. codd. nequi*u*erat.

exequi nequierat, dictatorem L. Papirium Crassum qui tum forte erat praetor dixit, ab eo magister equitum L. Papirius Cursor dictus. nihil memorabile adversus Antiates ab dictatore gestum est, cum aliquot menses stativa in agro Antiati habuisset. Anno insigni victoria de tot ac tam potentibus populis, ad hoc consulum alterius nobili morte alterius sic ut truci ita claro ad memoriam imperio, successere consules Ti. Aemilius Mamercinus Q. Publilius Philo neque in similem materiam rerum et ipsi aut suarum rerum aut partium in rem publicam magis quam patriae memores. Latinos ob iram agri amissi rebellantes in campis Fenectanis fuderunt castrisque exuerunt. ibi Publilio, cuius ductu auspicioque res gestae erant, in deditionem accipiente Latinos populos quorum ibi iuventus caesa erat, Aemilius ad Pedum exercitum duxit. Pedanos tuebatur Tiburs Praenestinus Veliternusque populus, venerant et ab Lanuvio Antioque auxilia. ubi cum proeliis quidem superior Romanus esset,

5. *uictoria:* recc. codd. — PM Harl. I. Leid. I.: uictori*ae*. — M: de tot actam potentibus populis. m. 2.: de tot acta potentibus cet. — PM Harl. I.: nobili*s*.

8. *Tiberius Aemilius:* recc. codd. Cf. Diod. 16, 91.: 'Ρωμαῖοι μὲν κατέστησαν ὑπάτους Κόϊντον Πόπλιον καὶ Τιβέριον Αἰμίλιον Μάμερκον. — PM Harl. I.: successere coš. titius aemilius mamercinus. publilius philo. — Et Drakenb. Bekk. seqq.: *et* Q. Publilius Philo. Cf. 8, 16. 17.

9. *partium in rem publicam:* M Voss. II.] partium in rep̄. (P m. 2.) — M: partium in rēp. P m. 1.: partium in reip̄.

11. *in campis fenectanis:* P m. 2. M Harl. I. Leid. I. al.: nam quod in postrema voce primo in P fuerat, erasum est: *fenecta†nis*. Hoc uno loco camporum Fenectanorum apud Livium mentio fit.

12. *Publilio:* P. — M: publicio. — P: in deditione. M: in dedicione. Cf. 8, 20.: in potestatem. — M: caes*e*rat: h. e.: caes*ae*rat.

15. *tuebatur:* PM Harl. I. Leid. I. — Multi recc. codd.: tueba*n*tur. — Lovel. 4.: tiburtinus: cf. 9, 30.: tiburtini (PM).

16. *uenerant et ab Lanuuio Antioque auxilia:* P Harl. I. Leid. I. Prisc. 15, 2. 9. — M: uenerant et ab iannsuio antioque | auxilia. — Recc. codd.: „lauinio": sed cf. 8, 13. 14. — In Voss. III al. excidit *et*.

ad urbem ipsam Pedum castraque sociorum populorum, quae urbi adiuncta erant, integer labor restaret, bello infecto repente omisso consul, quia collegae decretum triumphum audivit, ipse quoque triumphi ante victoriam flagitator Romam rediit. qua cupiditate offensis patribus negantibusque nisi Pedo capto aut dedito triumphum, hinc alienatus ab senatu Aemilius seditiosis tribunatibus similem deinde consulatum gessit: nam neque quoad fuit consul criminari apud populum patres destitit collega haudquaquam adversante quia et ipse de plebe erat, — materiam autem praebebat criminibus ager in Latino Falernoque agro maligne plebei divisus — et, postquam senatus finire imperium consulibus cupiens dictatorem adversus rebellantes Latinos dici iussit, Ae-

1. *ad urbem ipsam Pedum castraque sociorum populorum:* P. — M: ad ur ipsam pedum castraque sorum | populorū que urbi adiunctae | erant. m. 3.: ad urbē ipsam pedum castraque ipsorum populorū cet.

3. *coš. quia collegae decretum triumphum audiuit ipse quoque triumphi ante uictoriam flagitator:* PM. Cf. 2, 45.: centurio erat — inter primores pugnae flagitator.

7. *seditiosis tribunatibus similem deinde consulatum gessit:* PM al. — Paulo ante M: nægantibusq.

8. *nam neque quoat fuit consul criminari apud populum patres destitit:* P m. 1. — P m. 2.: quoad. M: nam neque quod fuit consul cet. — P m. 1.: qua et ipse de plebe erat. P m. 2. M: quia. — M: malignae. — PM Harl. I. Leid. I. al.: plebei diuisus. Recc. codd.: plebi.

12. *et postquam senatus finire imperium consulibus cupiens* cet. PM. In Leid. I. Voss. II. multisque aliis codd. excidit *et.* — P m. 1.: rebullantes. — M: „dictatorem *dixit* aduersus rebellantes latinos diciussit“. m. 2.: „diciiussit“. verum *dixit* quod hoc loco male interpositum est, suo loco deest: „collegam dictatorem | ab eo“ cet. — In Harl. I. Leid. I. omnia omissa sunt quae inter *aduersus* et *dixit* in rell. leguntur.

13. *Aemilius tum euius fasces erant:* PM] Aemilius cuius tum fasces erant (recc. quid. codd.). *Tum* pertinet et ad „Aemilius dixit“ et ad „cuius fasces erant“. — M m. 1.: ab eo magis | equitum. M m. 3.: ab eo magist' | equitum iunius brutus dictus (P).

milius tum cuius fasces erant collegam dictatorem dixit, ab eo magister equitum Iunius Brutus dictus. dictatura popularis et orationibus in patres criminosis fuit et quod tres leges secundissimas plebei adversas nobilitati tulit, unam ut plebi scita omnis Quirites tenerent, alteram ut legum quae comitiis centuriatis ferrentur ante initum suffragium patres auctores fierent, tertiam ut alter utique ex plebe, cum eo ventum sit ut utrumque plebeium fieri liceret, censor crearetur. plus eo anno domi acceptum cladis ab consulibus ac dictatore quam ex victoria eorum bellicisque rebus foris auctum imperium patres credebant.

XIII. Anno insequenti L. Furio Camillo C. Maenio consulibus quo insignitius omissa res Aemilio superioris anni consuli exprobraretur, Pedum armis virisque et omni vi ex-

2. *dictatura popularis et orationibus in patres criminosis fuit:* PM al. — Recc. codd.: „dictator popularis" cet. sed cf. ex. gr. 3, 15.: se miserrimi cuiusque suscepisse causam ut — *servitiis* grave iugum demeret. 8, 10.: principia Latinorum: h. e. validissimos Lat. — PM: secundissimas plebei. — M m. 1. P: nouilitati.

4. *ut plebi scita omnis quirites tenerent:* PM] ut plebiscita omnes cet. Cf. 7, 42.: plebi scita. De hac lege revocata cf. 3, 55. — In Harl. I. Leid. I. Voss. II. al. ab *secundissimas plebei* ad *scita* omnia exciderunt.

5. *quae comitiis centuriatis ferrentur:* M m. 2. P. — M m. 1.: quae comitiis centurias ferrentur. — PM: „ante initium suffragium", quasi *suffragium* genitivus pluralis esset. sed cf. ex. gr. 6, 35.: ubi tribus ad suffragium ineundum citari — viderunt. 8, 19.

8. *ut utrumque plebeium fieri liceret:* PM Harl. I. Leid. I. Voss II. al.] ut utrumque plebeium consulem fieri liceret (cod. Sig.). Qui potuit Sigonius h. l. *consulem* interponere! nam verba „cum eo ventum sit ut utrumque plebeium fieri liceret" nihil aliud quam hoc dicunt, *cum tanta esset plebs potestate ut si utrumque censorem fieri vellent plebeium, nemo prohibere posset quin id iuberent.* Cf. 7, 42.

12. *anno insequenti L. Furio Camillo C. Maenio cos.:* PM: nisi quod in P *menio.* — Recc. multi codd.: C. Menenio. — P m. 1.: omisa.

14. *Pedum armis uirisque et omni ui expugnandum:* P m. 2. — P m. 1.: pudum. —

pugnandum ac delendum senatus fremit, coactique novi consules omnibus eam rem praeverti proficiscuntur. iam Latio is status erat rerum ut neque bellum neque pacem pati possent: ad bellum opes deerant, pacem ob agri adempti dolorem aspernabantur. mediis consiliis standum videbatur, ut oppidis se tenerent ne lacessitus Romanus causam belli haberet, et si cuius oppidi obsidio nuntiata esset, undique ex omnibus populis auxilium obsessis ferretur. neque tamen nisi admodum a paucis populis Pedani adiuti sunt: Tiburtes Praenestinique quorum ager propior erat Pedum pervenere: Aricinos Lanuvinosque et Veliternos Antiatibus Vulscis se coniungentes ad Asturae flumen Maenius inproviso adortus fudit. Camillus ad Pedum cum Tiburtibus ma-

M Leid. I.: et omni*um* expugnandum. — Cf. 8, 5.: florentissimum — Latium armis virisque cet. 6, 6.: se vero bene sperare patres et de bello et de pace universaque re publica erecti gaudio fremunt. — PM: „coactique noui coss̄. omnibus eam rem praeuerti proficiscuntur". *Vel omnibus*, quod Gebhardus unius Pal. codicis auctoritate fretus scribendum censuit, probari non potest.

2. *iam Latio is status erat rerum*: P m. 2. M. — P m. 1.: is stat*u*tus erat. — M m. 1.: ut neque bellū neque pat‸| possent. m. 3. *pacē* adiectum est.

5. *mediis consiliis standum uidebatur ut oppidis se tenerent*: M. — P: mediis consulibus standum cet. — In Leid. I. Voss. II. Pall. 1. 3. al. praetermissum est *ut*. — P m. 1.: romanus causam bell*um* habere*nt*. m. 2.: belli.

10. *Pedum peruenere*: M m. 4. P. — M m. 1.: pedum puenire.

11. *Aricinos lanuuinosque* (M: lauuiuosque) *et ueliternos antiatibus uolscis se coniungentes ad saturae flumen maenius inprouiso adortus fudit*: PM. *Ad saturae flumen* et in Harl. I. c. Klock. al. scriptum est, *ad saturem flumen* in Leid. I. Voss. II. al. sed cf. quod paulo post legitur „caesi ad Pedum Asturamque sunt exercitus". Cf. Festus: *Stura* flumen in agro Laurenti est, quod quidam *Asturam* vocant.

13. *Camillus ad Pedum cum Tiburtibus maxiq. ualido exercitu*: P m. 2. cum m. 1. „camullus" fuerit. In *maxiq.* scriptum videtur *q* pro *me*

xime valido exercitu maiore mole quamquam aeque prospero eventu pugnat. tumultum maxime repentina inter proelium eruptio oppidanorum fecit, in quos parte exercitus conversa Camillus non conpulit solum eos intra moenia sed eodem etiam die, cum ipsos auxiliaque eorum perculisset, oppidum scalis cepit. placuit inde iam maiore conatu animoque ab unius expugnatione urbis ad perdomandum Latium victorem circumducere exercitum: nec quievere ante quam expugnando aut in deditionem accipiendo singulas urbes Latium omne subegere: praesidiis inde dispositis per recepta oppida Romam ad destinatum omnium consensu triumphum decessere. additus triumpho honos ut statuae equestres eis — rara illa aetate res — in foro ponerentur. prius quam comitiis in insequentem annum consules rogarent, Camillus de Latinis populis ad senatum rettulit atque ita disseruit: „patres conscripti, quod bello armisque in Latio agendum fuit, id iam deum benignitate ac

simili eius mendo quo 8, 7. in Harl. I. *meorumue* pro *meorumque*, 7, 33. in M *quacū;* pro *quacumque* deprehendimus. In recc. quibusdam codd. scriptum est *maximeque ualido.* — M m. 1.: camillus apdum | † maxime ualido exercitu. m. 3.: camillus appedum | cum tiburtibus maxime cet. — PM: *maiore mole.* Cf. 26, 6.: apud alios nequaquam tantam molem pugnae inveni.

4. *Camillus non conpulit solum eos intra moenia:* P. — M: eos contra moenia. — M: eorum perculis sed oppidum scalis cepit.

8. *uictorem circumducere exercitum:* P. — M: circunducere. — M: latium omne subie | cere. Recc. duo codd.: subigere.

12. *ut statuae equestres eis:* PM al. — Voss. II. al.: ubi statuae cet. — *Uti?*

14. *prius quam comitiis in insequentem annum coss̄. rogarent:* PM. — Recc. quidam codd.: „rogarent*ur*": sed cum comitiorum habendorum potestas penes consules esset, recte ita ut in melioribus libris est scribi potuit, quamvis non ambo consules sed alter uter tantum eorum comitiis praeesset. — P: ad senatum re*t*ulit.

16. *p̄c̄. quod bello armisque in latio* (M: latino) *agendum fuit:* P m. 2. M: nam m. 1. omissum erat *p̄c̄.* in P.

virtute militum ad finem venit: caesi ad Pedum Asturamque sunt exercitus hostium, oppida Latina omnia et Antium ex Vulscis aut vi capta aut recepta in deditionem praesidiis tenentur vestris. reliqua consultatio est, quoniam rebellando saepius nos sollicitant, quonam modo perpetua pace quietos obtineamus. di inmortales ita vos potentes huius consilii fecerunt ut, sit Latium deinde an non sit, in vestra manu posuerint: itaque pacem vobis quod ad Latinos attinet parare in perpetuum vel saeviendo vel ignoscendo potestis. vultis crudeliter consulere in deditos victosque —: licet delere omne Latium, vastas inde solitudines facere unde sociali egregio exercitu per multa bella magnaque saepe usi estis. vultis exemplo maiorum augere rem Romanam victos in civitatem accipiendo —: materia crescendi per summam gloriam suppeditat: certe id firmissimum longe

1. *caesi ad pedum asturamque sunt exercitus hostium:* PM Harl. I. Leid. I. al. — Lov. 4.: ad pedum saturamque. Voss. II. al.: saturemque. — PM: oppida latina omnia et antium ex uolscis. Harl. I. Leid. I.: oppida latinania et antium cet. — Lov. 4.: in deditione. cf. 8, 12.: in deditionem accipiente latinos populos.

4. *reliqua consulatio est qm̄ rebellando* cet.: P. — M: reliqua c̄solatio ē | qm̄ rebellando sepius cet.

6. *obtineamus:* M. — P: optineamus.

— *di inmortales:* M] dii inmortales (P). — M: „ita uos potentes huius consilii fecerant ut sit latiū an non si in ur̄a manu posuerit". De *si* pro *sit* cf. T. Livi l. XXX. p. XXI. 1. An vero librarius, cum scripserit *sit* pro *sit*, exprimere voluerit *sitne* magnopere dubito.

10. *in deditos uictosque:* PM. — Harl. I.: in debitos uictosque.

12. *per multa bella magnaque saepe usi estis:* P. — M: per multa bellaq. magnaque saepius | iestis uultis cet.

15. *certe id firmissimum longe imperium est:* PM. — Leid. I. al.: certe saepe id cet. — PM: quo oboedientes gaudent. Harl. I. c. Klock.: „quo*d* oboedientes gaudeut". sic et alias in antiquis Livian. codd. *d* inter vocales interpositum videmus: ex. gr. 2, 60. in M „ea*d* omnis militi data est". 6, 42. in P „se*d* id honoris deum inmortalium causa libenter acturos".

imperium est quo obedientes gaudent. sed maturato opus est quidquid statuere placet: tot populos inter spem metumque suspensos animi habetis, et vestram itaque de eis curam quam primum absolvi et illorum animos, dum expectatione stupent, seu poena seu beneficio praeoccupari oportet. nostrum fuit efficere ut omnium rerum vobis ad consulendum potestas esset, vestrum est decernere quod optimum vobis reique publicae sit".

XIV. Principes senatus relationem consulis de summa rerum laudare sed, cum aliorum causa alia esset, ita expediri posse consilium dicere, ut pro merito cuiusque statueretur, si de singulis nominatim referrent populis. relatum igitur de singulis decretumque. Lanuvinis civitas data sacraque sua reddita cum eo ut aedes lucusque Sospitae Iuno-

2. *quidquid statuere placet:* P. — M: quidquid statuere placeat. — PM: suspensos animi habetis. Lov. 4.: suspensos animos habetis. Cf. 7, 34.: territo animi.

3. *et uestram itaque de eis curam quam primum absolui* cet.: PM: itaque oportet et uestram de eis curam absolvi et illorum animos praeoccupari. Cod. Sig. al.: et uestram utique de eis curam cet. — M: seu pena.

7. *quod optimum uobis reiq. pub. sit:* M. — P: „quod optimum uobis reiq. pubus sit". sed margini adscriptum est *publicę.*

10. *sed cum aliorum causa alia esset itą expediri posse consilium dicere ut pro merito cuiusque statueretur si de singulis nominatim referrent populis*: M: h. e. principes senatus relationem consulis laudare sed dicere, cum aliorum alia causa esset, ita expediri posse consilium, si de singulis populis nominatim referrent, ut pro cuiusque merito statueretur. — In Harl. I. excidit *ita*, in cod. Klock. *dicere*, in P al. *si.*

14. *cum eo ut aedes lucusque sospitae iunonis communis lanuuinis municipibus cum pop̄. r̄. esset:* PM: „und zwar mit der Bedingung dass". Cf. quod paulo post legitur „cum eo ut Antiatibus permitteretur". 30, 10.: sex ferme onerariae puppibus abstractae Karthaginem sunt: maior quam pro re laetitia sed eo gravior quod inter adsiduas clades ac lacrimas unum quantumcumque ex insperato gaudium adfulserat, cum eo ut appareret haud procul exitio fuisse romanam classem ni cessatum — foret cet.:

nis communis Lanuvinis municipibus cum populo Romano esset. Aricini Nomentanique et Pedani eodem iure quo Lanuvini in civitatem accepti. Tusculanis servata civitas quam habebant, crimenque rebellionis a publica fraude in paucos auctores versum. in Veliternos veteres cives Romanos, quod totiens rebellassent, graviter saevitum: et muri deiecti et senatus inde abductus iussique trans Tiberim habitare ut eius, qui cis Tiberim deprehensus esset usque ad mille passum, clarigatio esset nec prius quam aere persoluto is qui cepisset extra vincula captum haberet. in agrum senatorum coloni missi, quibus adscriptis speciem antiquae fre-

„und zwar um so mehr da es dadurch zugleich einleuchtete". 36, 5.: apud regem gratiam initam volebant, cum eo ut caverent ne quid offenderent Romanos. 42, 50.: quidquid cessisset, cum eo simul regno protinus cedendum esse adfirmabant.

2. *Aricini Nomentanique et Pedani:* P m. 2. M. — P m. 1.: momentanique. — Harl.1.: et pedā eodem iure cet.

5. *in Veliternos ueteres ciues r. quod totiens rebellassent:* PM. — M: „grauiter saeuiū et muri deiecti senatus inde abductus" cet. Dubito an manu antiqua scriptum fuerit sic: „graviter saevitum est: muri deiecti, senatus inde abductus iussique cet.

7. *ut eius qui cis* (PM: *e*is) *Tiberim deprehensus esset usque ad mille passum clarigatio esset:* PM] ut eius — usque ad mille pondo clarigatio esset. — Leid. 1.: usque ad mille *passū*. Harl. 1. c. Klock.: usque ad mille *passus.* sed cf. 5, 26. „mille passum": et 28, 25. in Put. Colb. „post duorum imperatorum duorumque exercitum stragem." al. — Livius videtur h. l. nihil aliud dicere voluisse quam hoc: Veliternos iussos esse trans Tiberim habitare ita ut eius clarigatio esset qui aut cis Tiberim deprehensus esset aut trans Tiberim usque ad mille passuum, quod si quis eorum adeo flumini appropinquasset, vix dubium esse posset quin flumen ipsum transire voluisset. Cf. Quintil. 7, 3. 13. — Margini cod. P adscriptum est „qui *cis* tiberim". In Harl. 1. scriptum est „qui ex cis tiberim", ut dubium esse possit, an in antiquiore libro fuerit hoc: „ut qui ex eis cis tiberim deprehensus esset — clarigatio esset" cet. — M: is qui coepisset extra uincula captum habe | beret.

11. *quibus adscriptis speciem*

quentiae Velitrae receperunt. et Antium nova colonia missa cum eo ut Antiatibus permitteretur si et ipsi adscribi coloni vellent: naves inde longae abactae interdictumque mari Antiati populo est: civitas data. Tiburtes Praenestinique agro multati neque ob recens tantum rebellionis commune cum aliis Latinis crimen sed quod taedio imperii Romani cum Gallis gente efferata arma quondam consociassent. ceteris Latinis populis conubia commerciaque et concilia inter se ademerunt. Campanis equitum honoris causa, quia cum Latinis rebellare noluissent, Fundanisque et Formianis, quod per finis eorum tuta pacataque semper fuisset via, civitas sine suffragio data. Cumanos Suessulanosque eiusdem iu-

antiquae frequentiae Velitrae receperunt: P: h. e. qui cum adscripti essent eis Veliternis qui abducti non erant. senatum enim inde abductum esse L. modo scripserat. — M: „quibus adscribis speciem antiquae frequentiae uelitare receperunt". In *adscribis* videtur *t* praetermissum esse: *adscribtis*.

2. *permitteretur si et ipsi* cet.: P; — M: pmitteretur *si et ipsi adscribi colonia* | *missa cum eo ut antiatibus permitte* | *retur* si et ipsi cet. sed m. 4. media verba deleta sunt.

3. *interdictumque mari Antiati populo est:* PM Harl. I. Leid. I. c. Klock. — Rell. codd.: mare. Cf. 5, 3.: sic vos interdicitis patribus commercio plebis. Harl. I.: commercia.

4. *ciuitas data:* P] et civitas data (M). — *Civitas data* non ita cum prioribus coniungendum videtur ut *et* probari possit. persaepe vero simili modo erratum esse, cum praesertim *est* vel *ē* praecesserit, notum est.

7. *arma quondam cons.:* P m. 2. M. — P m. 1.: arma conquondam consociassent. — M: consotiassent.

8. *conubia:* PM. Cf. 1, 9. 4. 1. al. — M: cōmertiaq. — M Harl. I. c. Klock. Lov. 4.: et concilia. P rell.: et consilia.

9. *equitum honoris causa:* PM Harl. I. Leid. I. al. „Den Campanern wurde das Bürgerrecht gegeben, um das Verdienst der Ritter, dass sie sich nicht mit den Latinern gegen Rom verbunden hätten, zu ehren". Recc. codd.: campanis equitibus honoris causa. — I. Fr. Gron. *qui* pro *quia* scribi voluit. Cf. 8, 11.

11. *per finis:* M m. 1.] per fines (M m. 2. P). — M: sine subfragio.

12. *eiusdem iuris condicio-*

ris condicionisque cuius Capuam esse placuit. naves Antiatium partim in navalia Romae subductae partim incensae rostrisque earum suggestum in foro extructum adornari placuit, Rostraque id templum appellatum.

XV. C. Sulpicio Longo P. Aelio Paeto consulibus cum omnia non opes magis Romanae quam beneficiis parta gratia bona pace obtineret, inter Sidicinos Auruncosque bellum ortum. Aurunci T. Manlio consule in deditionem accepti nihil deinde moverant: eo petendi auxilii ab Romanis causa iustior fuit. sed prius quam consules ab urbe — iusserat enim senatus defendi Auruncos — exercitum educerent, fama adfertur Auruncos metu oppidum deseruisse pro-

nisq.: P m. 2. — P m. 1.: conditionisq. M: eiusdem iuris conditionis cuius capuam esse placuit. Harl. I.: eius de iuris conditionisque.

4. *rostraque id templum appellatum:* P. — M: rostrasque id templum appellatum ē sulpicio longo cet. Lov. 4.: appellari.

5. *C. Sulpicio Longo P. Aelio Peto coss̄.:* PM: nisi quod in M ē pro ā. — P m. 1.: bone pace. P m. 2. M: bona pace.

8. *Aurunci T. Manlio cos̄.* („unter dem Consul") *in deditionem accepti:* PM Harl. I. Leid. I. Voss. II. al.] Aurunci a T. Manlio cet. — M m. 1.: nihil inde mouerant. M m. 2. P: deinde.

10. *sed prius quam coss̄. ab urbe iusserat enim senatus defendi auruncos exercitum educerent:* M m. 2. — M m. 1. P cod. Gel. Pall. 1. 3. al.: *defendendi:* quod, cum praesertim haud raro ita ab librariis erratum esset, pro vera scriptura haberi non debebat. — „Exercitū educerent fama adfertur *auruncos*", quae verba in P praetermissa erant, margini eiusdem libri adscripta vidimus. — Contrario mendo erratum est in M: „educerent *fama adfertur* | *auruncos exercitū educerent fama ad* | *fertur auruncos exercitū educerent* | fama adfertur auruncos metu" cet. sed m. 4. media verba deleta sunt.

12. *profugosque cum coniugibus ac liberis Suessam communisse:* PM. — Cod. Sig. al.: *suessam commeasse.* Lov. 4.: *commigrasse:* quo pacto librariis hic locus emendandus videbatur, quod *cum coniugibus ac liberis* non ad *profugos* sed ad sequens verbum referenda putarunt. — M: „cōmunisse pfu | gosque cum coniugibus ac liberis suessam communisse que

fugosque cum coniugibus ac liberis Suessam communisse quae nunc Aurunca appellata, moenia antiqua eorum urbemque ab Sidicinis deletam. ob ea infensus consulibus senatus quorum cunctatione proditi socii essent, dictatorem dici iussit: dictus C. Claudius Regillensis magistrum equitum C. Claudium Hortatorem dixit. religio inde iniecta de dictatore, et cum augures vitio creatum videri dixissent, dictator magisterque equitum se magistratu abdicarunt. Eo anno Minucia Vestalis suspecta primo propter mundiorem iusto cultum insimulata deinde apud pontifices ab indice servo cum decreto eorum iussa esset sacris abstinere familiamque in potestate habere, facto iudicio viva sub terram ad portam Collinam dextra via strata defossa Scelerato campo. credo ab incesto id ei loco nomen factum.

nunc aurūca appellata": sed et hoc loco verba media bis scripta m. 4. inducta sunt.

2. *moenia antiqua eorum urbemque ab Sidicinis deletam:* P. — M: antiquas. — Lov. 4.: moeniaque. — Paulo post M: dictatorem diciussit. m. 2.: dici iussit.

5. *dictus C. Claudius:* PM cod. Gel. — C. Klock.: dictus est c. claudius. — PM Harl. I. Leid. I.: inregillensis. P m. 2.: regillensis. — Leid. I. Voss. II. al.: c. claudium oratorem dixit.

6. *religio inde iniecta de dictatore:* P. — M: religio inde | iecta de dictatorē et cum augures uicio creatum cet. m. 2.: dictatore. — P m. 1. M m. 1. Leid. I.: se magistratum abdicarunt. P m. 2. M m. 2.: magistratu.

9. *Minucia* nec in P nec in M est. P m. 1.: minutia. P m. 2. M: minitia. — PM: „cum decreto eorum iussa esset sacris abstinere familiamque in potestate habere". *Servi* habentur in potestate qui non manumittuntur.

12. *sub terram:* M m. 1. P. — M m. 1.: ad portam calinam. M m. 2.: sub terra ad portam collinam.

13. *dextra uia strata defossa scelerato campo:* Lov. 4.: „auf der rechten Seite der gepflasterten Strasse:" nam quem ad modum 2, 13. *in summa sacra via*, sic h. l. *dextra via strata* dici potuit. — M m. 1. P Harl. I. Leid. I.: dextra uiam stratam. M m. 4.: dextra uiæ strata.

14. *credo ab incesto id ei loco nomen factum:* P. — M: credo ab incesto id eillo | co nomen factum. — C. Sig. Klock.: ab incestu. — Paulus ad Fest.: „sceleratus cam-

Eodem anno Q. Publilius Philo praetor primum de plebe adversante Sulpicio consule, qui negabat rationem eius se habiturum, est factus senatu, cum in summis imperiis id non obtinuisset, minus in praetura intendente.

XVI. Insequens annus L. Papirio Crasso Caesone Duellio consulibus Ausonum magis novo quam magno bello fuit insignis. ea gens Cales urbem incolebat: Sidicinis finitimis arma coniunxerat, unoque proelio haud sane memorabili

pus appellatur proxime portam Collinam, in quo virgines Vestales quae incestum fecerunt vivae defossae sunt.

1. *eodem anno:* PM. — Leid. I. Voss. II. al.: eodemque anno. — P: „q. publius philo. p̄.r̄.“ manu altera *i* adscriptum est ad *pr.* — M: que publius philo p̄r̄. M m. 4.: quo publius cet. Cf. 8, 12. et 6, 6.: Q. Servili.

— *primum:* PM] primus. Cf. 6, 11.: primum omnium. — M: qui negabat raonē eius se habiturum. m. 2.: rationē.

3. *senatu cum in summis imperiis id non obtinuisset minus in praetura intendente*] senatu — tendente. — Proximus vero est P: senatu cum in summis imperiis id non obtinuisset minus pretura intendente. M: est pactus sena | cum in summis imperiis id non obtinuisset minus inpretura intendere. M m. 4.: sena | tum in summis cet. Lov. 4.: senatus cum in summis imperii id non obtinuisset minus in praetura intendere. Harl. I.: senatu cum in summis imperiis *se* non obunuisset minus in praetura tendente. Leid. I. c. Sig.: tendente. Cod. Klock.: minus praeturam tendente. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: tenente. — Cf. 41, 21.: arcus — intentus. 24, 37.: intenderant eum ad cavendi omnia curam tot auditae proditiones defectionesque urbium. 9, 31.: omnium — eo curae sunt intentae. 41, 11.: ipse oppidum circumsedit et vineis oppugnare intendit. 3, 11.: neque suum cuique ius modum faciebat, sed virium spe sed manu obtinendum erat quod intenderes. al.

5. *insequens annus:* PM. — PM: l. papyrio crasso caesone duillio coss̄. M m. 2.: duellio. Cf. 7, 21. — M m. 4.: „magis nouū quā | magnū bellū fuit“ cet. quid m. 1. scriptum fuerit cerni non potuit.

7. *ea gens Cales urbem incolebat:* PM. — PM: arma coniunxerat. Recc. quid. codd.: incolebāt — coniunxerant. — In M m. 1. videtur fuisse *memorabile*.

duorum populorum exercitus fusus propinquitate urbium et ad fugam pronior et in fuga ipsa tutior fuit. nec tamen omissa eius belli cura patribus, quia totiens iam Sidicini aut ipsi moverant bellum aut moventibus auxilium tulerant aut causa armorum fuerant. itaque omni ope adnisi sunt ut maximum ea tempestate imperatorem M. Valerium Corvum consulem quartum facerent: collega additus Corvo M. Atilius Regulus: et ne forte casu erraretur, petitum ab consulibus ut extra sortem Corvi ea provincia esset. exercitu victore a superioribus consulibus accepto ad Cales, unde bellum ortum erat, profectus cum hostes ab superioris etiam certaminis memoria pavidos clamore atque impetu primo fudisset, moenia ipsa oppugnare est adgressus. et militum quidem is erat ardor ut iam inde cum scalis succedere ad muros vellent evasurosque contenderent: Corvus, quia id arduum factu erat, labore militum potius quam periculo peragere inceptum voluit. itaque aggerem et vineas egit turresque muro admovit, quarum usum forte oblata op-

3. *quia totiens iam Sidicini aut ipsi mouerant bellum* cet.: PM. — *Causa armorum* videbantur aliis populis fuisse non tam quod ipsi eos laesissent quam quod eos ad bellum Romanis inferendum incitassent.

5. *itaque omni ope adnisi sunt ut maximum ea tempestate imperatorem M. Valerium Coruum cos. quartum facerent:* PM Harl. I. al. — Pall. 1. 3. Voss. II.: „omni opere". sed cf. 9, 26. al. — Lov. 4. al.: Coruinum. cf. 7, 26. — M: collega aditus coruo. — PM: M. Atilius Regulus.

8. *et ne forte casu erraretur:* M m. 2. P. — M m. 1.: et ne orte cet. „Und damit nicht etwa der Zufall (sortis casus) es anders wolle und dadurch ein Unglück herbeiführe". — Pal. 2.: et ne forte casuue erraretur. — PM: petitum ab consulibus. Sig.: ab consule.

9. *exercitu uictore a superioribus coss. accepto:* PM. — PM Harl. I.: pauido. — P m. 1. M: est agressus. P m. 2.: est adgressus.

15. *euasurosque contenderent:* PM: „und versicherten, sie würden gewiss glücklich hinaufkommen". nam in *contenderent* inesse videtur, tribunos dubitasse an imperator id quod nimis arduum esset concedere nollet.

18. *quarum usum forte oblata opportunitas praeuertit:* M.

portunitas praevertit: namque M. Fabius captivus Romanus cum per neglegentiam custodum festo die vinculis ruptis per murum inter opera Romanorum religata ad pinnam muri reste suspensus manibus se demisisset, perpulit imperatorem ut vino epulisque sopitos hostes adgrederetur: nec maiore certamine capti cum urbe Ausones sunt quam acie fusi erant. praeda capta ingens est praesidioque inposito Calibus reductae Romam legiones. consul ex senatus consulto triumphavit et, ne Atilius expers gloriae esset, iussi ambo consules adversus Sidicinos ducere exercitum. dictatorem ante ex senatus consulto comitiorum habendorum causa dixerunt L. Aemilium Mamercinum, is magistrum equitum Q. Publilium Philonem dixit: dictatore comitia habente consules creati sunt T. Veturius Sp. Postumius. etsi belli pars cum Sidicinis restabat, tamen ut beneficio praevenirent desiderium plebis, de colonia deducenda Cales

— In P m. 1. scriptum est haud scio an non minus latine „quarum *usu* forte oblata oportunitas praeuertit“, cum *usu* sit dativus. — P m. 2.: usū. — Voss. II. multique recc.: praeuenit. — Paulo ante in PM scriptum erat m. 1. *agerem:* deinde P m. 2.: aggerem. M m. 2.: acgerem.

1. *namque M. Fabius captiuus romanus:* PM: nisi quod P *fauius.* — PM: per neglegentiam. — *Inter opera* pertinere ad *se demisisset* nemo non videt: „als er sich an einem an der Mauerzinne befestigten Seile die Mauer hinunter mitten in die Belagerungswerke der Römer hinabgelassen hatte“. — M: se dimisis et ptulit imperatorem. — M m. 1.: ut uino sopitos hostes adcrederetur. M m. 2. P: ut uino epulisque sopitos hostes adgrederetur.

7. *praeda capta ingens est:* PM. — Lov. 4.: praeda ingens acta est.

8. *coss̄. ex s̄.c̄. triumphauit:* P. — M: coss̄. ex | triumphauit. — PM: iussi ambo coss̄. — In M aliquid erasum est inter *aduersus* et *sidicinos.*

10. *dictatorem ante ex sē consulto comitiorum habendorum causa dixerunt L. Aemilium Mamercinum:* PM. — P: is magistrum equitum q. pub | lium philonem dixit. M: is magister equitum. publium philonem dixit. Cf. 8, 15.

14. *cons̄. creati sunt:* P. — M: cos̄. creati sunt. I. Fr. Gron. *sunt* deletum voluit.

rettulerunt, factoque senatus consulto ut duo milia quingenti homines eo scriberentur, triumviros coloniae deducendae agroque dividundo creaverunt Caesonem Duellium T. Quinctium M. Fabium.

XVII. Novi deinde consules a veteribus exercitu accepto ingressi hostium fines populando usque ad moenia atque urbem pervenerunt. ibi quia ingenti exercitu conparando Sidicini et ipsi pro extrema spe dimicaturi enixe videbantur et Samnium fama erat conciri ad bellum, dictator ab consulibus ex auctoritate senatus dictus P. Cornelius Rufinus, magister equitum M. Antonius. religio deinde incessit vitio eos creatos, magistratuque se abdicaverunt: et quia pestilentia insecuta est, velut omnibus eo vitio contactis auspiciis res ad interregnum rediit. ab interregno inito

1. *rettulerunt factoque s̄c̄. ut* II *milia quingenti homines eo scriberentur:* M. — P: retulerunt factoq. s̄. c̄. ut II milia quingenti homines eos (m. 2.: eo) scriberentur.

2. III *uiros coloniae deducendae agroque diuidundo creauerunt Caesonem Duillium T. Quintium M. Fabium:* PM: nisi quod in P *fauium.* — Harl. II.: *tresuiros:* sed 23, 21. 25, 7. al. in Put. scriptum est *triumuiri.*

5. *noui deinde cos̄s̄. a ueteribus exercitu accepto:* M m. 2. P. — M m. 1.: aueteribus.

6. *usque ad moenia atque urbem peruenerunt:* P. — M: „usque *at* mornia | *at*que urbem". hinc cod. Gärtn.: usque *ad* moenia *ad*que urbem. — M m. 2.: usque ad cet.

7. *ibi quia ingenti exercitu conparando:* M Lov. 4. — Voss. II. al.: ibi*que* ingenti. — In P ceterisque codd. scriptum est *conparato:* sed cum eo ipso, quod quantum maximum exercitum paratum voluerint, maxime conspici potuerit quanto belli ardore flagrarent, longe aptius videbitur *conparando.* — M m. 1.: pro extremape. m. 2.: pro extrema ope. — PM Harl. I.: „dimicaturi enixe uidebuntur". sed in PM eadem manu antiqua restitutum est *uidebantur.* — PM: „dictator ab cos̄s̄. ex auctoritate senatus dictus". Quamquam saepissime *coss* scriptum invenitur licet de alterutro consule agatur, tamen h. l. *ab coss.* rectissime se habere arbitror.

14. *ab interregno inito:* PM: sed in M scriptum est: res ad interregnum rediit ab in | terregnum rediit ab interregno

per quintum demum interregem M. Valerium Corvum creati consules A. Cornelius iterum et Cn. Domitius. tranquillis rebus fama Gallici belli pro tumultu valuit ut et dictatorem dici placeret: dictus M. Papirius Crassus et magister equitum P. Valerius Publicola: a quibus cum dilectus intentius quam adversus finitima bella haberetur, exploratores missi attulerunt quieta omnia apud Gallos esse. Samnium quoque iam alterum annum turbari novis consiliis suspectum erat, eo ex agro Sidicino exercitus Romanus non deductus. ceterum Samnites bellum Alexandri Epirensis in Lucanos traxit, qui duo populi adversus regem escensionem

inito per quintum demum ₚregem m̄. ualerium coruum cet. m. 2.: per quintum demum interregem.

1. *creati cōs. ā. cornelius iterum et cn̄. domicius:* M. — P Leid. I.: creati cos̄. cornelius itorum et cn̄. domitius. — Et in Harl. I. Voss. II. multisque aliis scriptum est *A. Cornelius.* — Diodor. 17, 62.: Γάϊος Δομίτιος καὶ Αὖλος Κορνήλιος. idem *Gaius* in multis recc. libris sine dubio ex emendatione scriptum est.

3. *ut et dictatorem dici placeret:* M Lov. 4.] ut dictatorem dici placeret. — Cum omnia tranquilla viderentur, fama belli Gallici tanto pavore animos exterruit ut, quasi hostes ad moenia essent, nisi dictatore dicto sisti non posse crederent.

4. *dictus M. Papirius Crassus et mag̅. equitum P. Valerius Publicola:* M. — P: dictus M. Papyrius Crassus cet. — PM: a quibus cum dilectus intentius quam aduersus finitima bella haberetur cet. — M: quieta omnia apud gallolos ēē.

9. *non deductus:* PM Harl. I. Leid. I. al.] non est deductus. — M: ceterum samnites bellum alexandri papiremsis in lucanos traxit.

11. *escensionem*] exscensionem. — P: aduersus regem escensione a pesto facientem. m. 2.: „ā peste“, cum scribendum esset *escensionē.* M: escensione a presto (27, 10.) facientem. Et in Harl. I. Leid. I. *escensione* esse dicitur. — *Escensionem a Paesto facientem* breviore quidem non autem obscuro dicendi genere scriptum est: escensionem enim rex ad Paestum fecerat et a Paesto incursionem fecit in Lucanos. Hinc factum est ut in Voss. II. multisque recc. codd. scriberetur „aduersus regem *excursionem* a Paesto facientem“. — Cf. 28, 8.: escen-

a Paesto facientem signis conlatis pugnaverunt. eo certamine superior Alexander — incertum qua fide culturus, si perinde cetera processissent — pacem cum Romanis fecit.

sionem fecit. 27, 29.: ad Clupeam urbem escensione facta. 22, 20.: escensio ab navibus in terram facta. 29, 28.: escensiones in agros maritimos factae erant. 27, 5.: inproviso in agrum Uticensem escensionem fecit: (Put. Colb.).

3. *pacem cum Romanis fecit:* P rell. — Quamquam pax fieri non posse videtur nisi bello gesto, nec bellum Romanis cum Alexandro fuerat, tamen et ipse *pacem cum romanis fecit* ex P scripsi: nam in M verbum *fecit* omissum eiusque loco supra versum manu tertia adscriptum est *cōiūgit.* si quis vero *fecit* abesse posse censet, is non videt hoc pacto in re ipsa nihil mutari, cum verba *qua fide culturus* locum habere non possint, nisi id quod cum fide colendum sit ante pactum fuerit. haec eadem causa est cur pro *fecit* nolim scribi *fuerit*, quamvis aeque hoc loco *culturus fuerit* scriptum possit videri atque vel 9, 17. „*quinam eventus romanis rebus, si cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit*“, nec difficilis ea emendatio videatur, quod et alias in optimis libris littera *u* in perfecto et plusquamperf. verbi *esse* praetermissa est (cf. ex. gr. 1, f. fuerunt). hinc nec Doeringii coniectura, quamvis ea verisima visa sit Fr. Chr. Schlossero (Universal-Gesch. der A. Welt II, 1. 347.), qua coniectura *incertum fecit* coniunctum voluit, ne coniungendum esset *pacem fecit*, probari potest, cum ex ea non modo *qua fide culturus pacem* non mutentur, sed etiam iusto durior fiat constructio. verum, etiam si ex Doeringiana coniectura cetera optime se habeant, tamen id sane ea non fit veri simile, quanam re Alexander iudicium de fide sua incertum *fecerit*, cum nihil prorsus quod ad id pertineret ab eo actum referatur. quae cum ita sint, quaerendum videtur quo sensu L. *Alexandrum pacem cum Romanis fecisse* scribere potuerit. Samnites igitur cum Romanis foederati erant, quibus victis fieri potuit ut aut Romani tam vicino bello excitati adversus regem arma capere vellent, aut ut rex fortuna elatus et potentiori hosti Romanis arma vellet inferre. quorum neutrum cum fieret, videatur oportet pax facta esse, etiam si illa verba nihil aliud dicant quam bellum ab rege inlatum Romanis non esse. sed cum Alexander bel-

eodem anno census actus novique cives censi: tribus propter eos additae Maecia et Scaptia: censores addiderunt Q. Publilius Philo Sp. Postumius. Romani facti Acerrani lege ab L. Papirio praetore lata, qua civitas sine suffragio data. haec eo anno domi militiaeque gesta.

XVIII. Foedus insequens annus seu intemperie caeli seu humana fraude fuit M. Claudio Marcello T. Valerio consulibus. Flaccum Potitumque varie in annalibus cognomen consulis invenio: ceterum in eo parvi refert quid veri

licae gloriae studiosissimus fuisse videretur, id Livius incertum esse dicit, qua fide rex eam pacem fuisset culturus, si in altera expeditione eadem qua in priore bello fortuna usus esset. „Obgleich Alexander in jener Schlacht die Oberhand gewann, so trat er mit den Römern dennoch in keine feindseligen Verhältnisse, wenn es gleich unentschieden bleibt, wie lange er solchem Frieden treu geblieben sein würde, wenn er beim Fortgang seiner Unternehmungen eben so glücklich als beim Beginn derselben gewesen wäre". cf. 8, 3.: — quod bellum, si prima satis prospera fuissent, haud dubie ad Romanos pervenisset.

1. *tribus propter eos additae maetia et scaptia:* M m. 1. — M m. 2.: maetiā et scaptiā. P: addita. emicia et scaptia. — P Harl. I.: censores addiderunt q. p̄. philo. sp̄. postumius. M: censores addiderunt. p̄. philoš. p̄. postunius. Cf. 8, 12. 15. 16. al.

3. *Romani facti Accerrani:* P Harl. I. Cf. 23, 17. — P: lege ab l. papyrio. p̄r. lata. — M: romani facti hac cerrani leagáe ab pl papirio ptr. lata. — M m. 1.: domi miliaeq. m. 3.: militiaeq.

7. *M. Claudio Marcello T. Valerio coss̄.:* PM rell.] M. Claudio Marcello C. Valerio consulibus (Sigonius Diodorum 17, 74. secutus:). Cf. 24, 40.: T. Valerio legato (Put. Colb.). — PM: flaccum putitumq. uarie in annalibus cognomen coš. inuenio. Cf. 6, 5.

9. *ceterum in eo parui refert quid ueri sit: illut* (P: illud) *peruelim* cet.: PM. Cf. T. Livi prooem.: sed haec et his similia utcumque animaduersa aut existimata erunt, haud in magno equidem ponam discrimine: ad illa mihi pro se quisque acriter intendat animum cet. — Harl. I.: proditum false esse. — P m. 1.: uenenis absumptu quorum mors cet. m. 2.: absumptū. M m. 1.: uenenis apsumptos mors infamem annum cet.

sit: illud pervelim — nec omnes auctores sunt — proditum falso esse, venenis absumptos quorum mors infamem annum pestilentia fecerit: sic ut proditur tamen res, ne cui auctorum fidem abrogaverim, exponenda est. cum primores civitatis similibus morbis eodemque ferme omnes eventu morerentur, ancilla quaedam ad Q. Fabium Maximum aedilem curulem indicaturam se causam publicae pestis professa est, si ab eo fides sibi data esset haud futurum noxiae indicium. Fabius confestim rem ad consules, consules ad senatum referunt, consensuque ordinis fides indici data. tum patefactum muliebri fraude civitatem premi matronasque ea venena coquere et, si sequi extemplo velint, manifesto deprehendi posse. secuti indicem et coquentis quasdam medicamenta et recondita vitalia invenerunt: quibus in

m. 4.: absumptos quorum mors cet.

3. *ne cui auctorum fidem abrogauerim:* P m. 2. M: nisi quod in M *autorum.* — P m. 1.: auctorem. — Leid. I.: abrogauerint.

6. *ancilla quaedam ad Q. Fabium Maximum aedilem curulem* cet.: P Harl. I. nisi quod in Harl. I. *at.* — M: „an*cil*cilla quaedam a † | fabium maximum“ cet. quae medio loco m. 1. scripta fuerint, cernere non potui. m. 3.: ancilla quaedam adit. quē | fabium cet. — *Maximi* cognomen Q. Fabio *censori* datum esse 9, 46. relatum legimus. — M: causam puplice pestis.

8. *haud futurum noxiae indicium:* M m. 2.] haud futurum noxae indicium (P m. 2.). Cf. 7, 4.: quam ob noxiam. 10, 19.: si qua clades incidisset, desertori magis quam deserto noxiae fore. al. — P m. 1. M m. 1.: indic*t*um.

9. *Fabius confestim rem ad coss. consules ad senatum referunt:* PM al. — Leid. I.: ad consules *et* ad senatum. Recc. quid. codd.: et consules ad senatum.

11. *muliebri fraude ciuitatem premi:* P. — M: „praemi matronasque ea uenena con*quere et *si* qui extemplo uelint“ cet. fortasse scriptum erat in antiquiore libro *concoquere.*

14. *et recondita uitalia inuenerunt:* M] et recondita alia invenerunt (P). — *Vitalia* euphemismo quodam scriptum esse nemo non videt: „die welche der Anzeigerin folgten fanden auch wirklich einige damit beschäftigt Zaubertränke und geheime Lebenssäfte zu kochen“. — P:

forum delatis et ad viginti matronis, apud quas deprehensa erant, per viatorem accitis duae ex eis Cornelia ac Sergia patriciae utraque gentis, cum ea medicamenta salubria esse contenderent, ab confutante indice bibere iussae, ut se falsum commentam arguerent, spatio ad conloquendum sumpto cum summoto populo in conspectum omnium rem ad ceteras rettulissent, haud abnuentibus et illis bibere epoto medicamento suamet ipsae fraude omnes interierunt. conprehensae extemplo earum comites magnum numerum matronarum indicaverunt, ex quibus ad centum septuaginta damnatae, neque de veneficiis ante eam diem Romae quaesitum est. prodigii ea res loco habita captisque magis mentibus quam consceleratis similis visa: itaque memoria ex annalibus repetita in secessionibus quondam plebis clavum ab dictatore fixum alienatasque discordia mentes hominum

secuti indicem et coquentis quasdam *medimenta* et cet. M: secuti indicem et coquentis quasdam *menta* et cet.

1. *et ad uiginti matronis:* PM Harl. I. Lov. 4. al. — Leid. I.: et a uiginti matronis. Cf. 3. 15.: ad duo milia hominum et quingenti.

2. *duae ex eis Cornelia ac Sergia patriciae utraque gentis:* PM Harl. I. Leid. I. — Lov. 4.: patricia utraque. — P m. 1.: ab confutande indice. m. 2.: confutante. — M: ut se falsum commentam argentispatio ad conloquendum sumpto. — In Harl. I. exciderunt quae ab contenderent ad arguerent scripta in rell. leguntur.

6. *in conspectum:* PM Harl. I. Leid. I. al.] in conspectu. — Et hic accusativus videtur quodam modo ex *referre* pendere. — P: retulissent.

8. *conprehense extemplo earum comites:* M m. 2. P. — M m. 1.: exeatemplo. — PM: ex quibus ad centum septuaginta damnatae (M: damnetae).

11. *neque de ueneficiis ante eam diem Romae quaesitum est:* PM. — Leid. I.: neque de beneficiis. Harl. I.: neque beneficiis.

14. *in secessionibus quondam plebis clauum ab dictatore fixum:* P. — M: in secessionib. quemdam plebis cet. Harl. I.: „isecessionibus“ cet. hinc factum videtur ut in multis recc. codd. *in* excideret.

15. *alienatasque discordia mentes hominum eo piaculo conpotes sui fecisse:* PM:

eo piaculo conpotes sui fecisse, dictatorem clavi figendi causa creari placuit: creatus Cn. Quinctilius magistrum equitum L. Valerium dixit, qui fixo clavo magistratu se abdicaverunt.

XIX. Creati consules L. Papirius Crassus iterum L. Plautius Venox. cuius principio anni legati ex Vulscis Fabraterni et Lucani Romam venerunt orantes ut in fidem reciperentur: si a Samnitium armis defensi essent, se sub imperio populi Romani fideliter atque obedienter futuros. missi tum ab senatu legati denuntiatumque Samnitibus ut eorum populorum finibus vim abstinerent, valuitque ea legatio non tam quia pacem volebant Samnites quam quia nondum parati erant ad bellum. Eodem anno Privernas bellum initum, cuius socii Fundani, dux etiam fuit Funda-

praeterquam quod in M et m. 1. in P *conputes*. Malim in mscriptis inveniri *factas esse*, ne ad *fecisse* suppleri oporteat *dictatorem:* „und dass die in Zwietracht einander entfremdeten Gemüther durch dieses Sühnmittel wieder zur Vernunft zurückgeführt worden". — PM: creatus cn. quintilius magistrum equitum l. ualerium dixit. — Lov. 4.: abdicarunt.

5. *creati coss. L. Papirius* (P: papyrius) *Crassus iterum L. Plautius Venox:* PM Harl. I. Leid. I. al.] creati — L. Plautius Venno (Sig.). Cf. 9, 20. — PM: „cuius principio anni legati ex uolscis fabraterni et lucani romam ueneruntˮ. h. e. venerunt et Fabraterni ex Volscis et Lucani. Cf. Plin. hist. nat. 3, 5. 9. §. 64.: Fabraterni veteres, Fabraterni novi.

8. *se sub imperio p. r. fideliter atque oboedienter futuros:* P. — M: se sub imperio. p̄r̄. fideliter adque oboedienter futuros. Harl. I.: obedientes.

10. *missi tum ab senatu legati denuntiatumque samnitibus:* PM al. — Recc. quid. codd.: denuntiatum samnitibus. — M m. 1.: eorum popolorum.

12. *non tam quia pacem uolebant samnites:* PM. — Lov. 4.: non tam quod pacem uolebant. — M: samnites *quia* nondū parati erant ad bellum.

13. *eodem anno priuernas bellum initum:* P. — M: bellum initium. — In Harl. I. Leid. I. Voss. II. al. excidit *bellum.* — M: cuius sotii. — *Cuius* scil. *Privernatis hostis.*

mus Vitrubius Baccus vir non domi solum sed etiam Romae clarus. aedes fuere in Palatio eius, quae Bacci prata diruto aedificio publicatoque solo appellata. adversus hunc vastantem effuse Setinum Norbanumque et Coranum agrum L. Papirius profectus haud procul castris eius consedit. Vitrubio nec ut vallo se teneret adversus validiorem hostem sana constare mens, nec ut longius a castris dimicaret animus subpetere: vix tota extra portam castrorum explicata acie — fugam magis retro quam proelium aut hostem spectante milite — sine consilio sine audacia depugnat. ut et

1. *Vitrubius Baccus:* PM Harl. I. Leid. I. al. — *Vitrubius,* non *Vitruuius,* in optimis quibusque codd. et hoc loco et paulo post scriptum est excepto capite vicesimo: sed in eisdem sequitur „quae *uacci* prata — appellata".

2. *Bacci:* cod. Portug. — PM: uacci.

4. *setinum norbanumque et coranum agrum:* P m. 2. M. — P m. 1.: „et coranumq. agrum": ex quo veri simile fit, veram scripturam in Lov. 4. servatam esse „setinum norbanumque atque coranum agrum".

5. *Vitrubio:* PM] Vitruvio. — PM: „sana constare mens nec ut longius a castris dimicaret animus subpetere". Sigonius ex recc. codd. *sane* scribi voluit. Harl. I.: longius castris. „Vitrubius hatte weder Verstand genug einzusehen, dass er sich dem stärkeren Feinde gegenüber innerhalb des Walles halten müsse, noch Muth genug in einer grösseren Entfernung vom Lager zu kämpfen".

9. *fugam magis retro quam proelium aut hostem spectante milite:* PM cod. Gel. Lov. 4. nisi quod in M „aud hostē". — Harl. I. et recc. codd.: „expectante milite". cf. 6, 33.: deditionem spectarent. — M: sine audatia.

10. *ut et leui momento nec ambigue est uictus:* PM Lov. 4.] et ut levi momento cet. — *Ut* pertinet ad *ita*, *et* ad *nec:* so wie er einer Seits theils durch einen unbedeutenden Kampf und doch entschieden besiegt worden, so konnte er anderer Seits mit Leichtigkeit die Soldaten vor einer grossen Niederlage schützen". Cf. 1, 25.: sepulchra extant quo quisque loco cecidit — tria Albana Romam versus sed distantia locis *ut et* pugnatum est: (PM): „wie auch gekämpft worden". 8, 24. al. — M m. 1.: nec am*p*igue. — P: haud aegre militem multa caede est tutatus.

levi momento nec ambigue est victus, ita brevitate ipsa loci facilique receptu in tam propinqua castra haud aegre militem a multa caede est tutatus: nec fere quisquam in ipso certamine, pauci in turba fugae extremae cum in castra ruerent caesi, primisque tenebris Privernum inde petitum agmine trepido ut muris potius quam vallo sese tutarentur. a Priverno Plautius alter consul pervastatis passim agris praedaque abacta in agrum Fundanum exercitum inducit: ingredienti fines senatus Fundanorum occurrit, negant se pro Vitrubio sectamque eius secutis precatum venisse sed pro Fundano populo, quem extra culpam belli esse ipsum Vitrubium iudicasse, cum receptaculum fugae Privernum habuerit non patriam Fundanos: Priverni igitur hostes populi Romani quaerendos persequendosque esse, qui simul a Fundanis ac Romanis utriusque patriae inmemores defecerint: Fundanis pacem esse et animos Romanos et gratam memoriam acceptae civitatis: orare se consulem ut bellum ab innoxio populo abstineat: agros urbem corpora ipsorum coniugumque ac liberorum suorum in potestate populi Romani esse futuraque. conlaudatis Fundanis consul litterisque Ro-

3. *nec fere quisquam:* PM. — Leid. I.: nec ferre. Harl. I.: nec ferret. Recc. quid. codd.: nec ferme. — P m. 1.: agmine trepidum. m. 2.: trepido.

7. *Plautius alter consul:* P. — M: plaustius alter consul. — P m. 1.: praedaque ab*d*acta. — P: ingredient*e* fines senatu*m*. m. 2.: senatus. — PM: pro uitru*b*io. — PM: ipsum uitru*b*ium iudicasse.

13. *non patriam Fundanos:* PM Harl. I. Leid. I. al.] non patriam Fundos. Cf. Eutrop. 1, 18.: post eam cepit et Faliscos non minus nobilem civitatem. Liv. 28, 19.: Castulo — socii.

16. *Fundanis pacem esse et animos romanos et gratam memoriam acceptae ciuitatis:* M. — P multique recc. codd.: fundis pacem esse. — P m. 1.: et grat*i*am memoriam.

17. *orare se coš. ut bellum ab innoxio populo abstineat:* M m. 1. P. — M m. 2.: abstineāt. — Pall. Voss. II. al.: agros urbem corpora. — in potestate populi r. esse futura. ob quae collaudatis fundanis cet. — PM: in potestate. pr̄. (M: pir̄.) esse futuraque. conlaudatis cet.

mam missis in officio Fundanos esse ad Privernum flexit iter. prius animadversum in eos qui capita coniurationis fuerant a consule scribit Claudius: ad trecentos quinquaginta ex coniuratis vinctos Romam missos, eamque deditionem ab senatu non acceptam quod egentium atque humilium poena defungi velle Fundanum populum censuerint.

XX. Privernum duobus consularibus exercitibus cum obsideretur, alter consul comitiorum causa Romam revocatus. carceres eo anno in circo primum statuti. nondum perfunctos cura Privernatis belli tumultus Gallici fama atrox invasit haud ferme umquam neglecta patribus. extemplo igitur consules novi L. Aemilius Mamercinus et G. Plautius eo ipso die — Kal. Quinctilibus — quo magistratum

2. *prius animaduersum in eos qui capita coniurationis fuerant a cos. scribit Claudius:* PM. — M: ad cccl. ex coniuratis. — M: eam*que* dedicionē: „*aber*": cf. 6, 4.: laborque continuus. — M Lov. 4.: *fundanum censuerint:* quae haud scio an integra scriptura sit: sed cum *p̄,* facile potuerit excidere, codices rell. secutus sum: „aber der Senat habe die Auslieferung derselben nicht angenommen, weil er geglaubt das Fundaner Volk suche um solch einen Preis so davon zu kommen".

7. *duobus consularibus exercitibus:* P m. 2. M. — P m. 1.: consulatoribus. — PM: alter cons̄.

9. *carceres eo anno in circo primum statuti:* P m. 2. M. — P m. 1.: statuta. — Sig. laudavit Varr. de l. l. 5, 153.: „carceres dicti, quod coercentur equi ne inde exeant ante quam magistratus signum misit".

11. *haud ferme umquam neglecta patribus:* P. — M: aut ferme umquam cet.

— *extemplo igitur coss̄. noui L. Aemilius Mamercinus et G. Plautius:* P. — Harl. 1.: Mamercius. — In M Harl. 1. Leid. 1. multisque recc. excidit *G.* — M: *exemplo igitur coss̄. noui l. aemilius mamercinus et plautius eo ipso die* quintil que nunc iuliae sunt coñss. | magistrum inisse aduersus tumultus gal | lici famam tanta cura exercitū esse conscrip | tū ut opifices etiam et sellularii centuriaren | tur *quintilib. quo magistratū inierunt* cet. Cf. 7, 20.: aedis Apollinis. — P: eo ipso die Kal quintilibus quo magistratus inierunt.

inierunt, conparare inter se provincias iussi et Mamercinus, cui Gallicum bellum evenerat, scribere exercitum sine ulla vacationis venia: quin opificum quoque vulgus et sellularii — minime militiae idoneum genus — exciti dicuntur Veiosque ingens exercitus contractus, ut inde obviam Gallis iretur: longius discedi, ne alio itinere hostis falleret ad urbem incedens, non placuit. paucos deinde post dies satis explorata temporis eius quiete a Gallis Privernum omnis conversa vis. duplex inde fama est: alii vi captam urbem Vitrubiumque vivum in potestatem venisse, alii prius quam ultima adhiberetur vis ipsos se in dicionem consulis cadu-

1. *et Mamercinus:* P. — In M Leid. I. Voss. II. al. excidit *et.* — Harl. I.: et mamercius. Leid. I. al.: mamercus.
2. *sine ulla uacationis uenia:* PM. — Harl. I.: uocationis.
3. *quin opificum quoque uulgus et sellularii:* P. — M: et selluriis minime cet. Recc. quidam codd.: et sessularii. PM: ueiosque ingens exercitus contractus. Lov. 4.: exercitus ductus. — M: ut inde obuiam gallis iretur longius *iretur* | *longius* discedi cet.
6. *ne alio itinere hostis falleret ad urbem incedens:* P m. 2. — P m. 1. M: incendens. — Cf. 2, 19.: nec fefellit veniens Tusculanum ducem. 31, 38.: cum abire inde et fallere abiens hostem vellet. 3, 8.: praedonum agmen fefellit supra montes Praenestinos ductum inde demissum in campos. 42, 64.: media nocte profectus ut prima luce adgressus falleret. 29, 35.: veriti — credo — ne falleret bis relata eadem res. al.
7. *satis explorata temporis eius quiete a Gallis Priuernum omnis conuersa uis:* M m. 2. P. — M: temporis eius quieta gallis cet.
10. *Vitrubiumque uiuum in potestatem uenisse:* M. — P Leid. I. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: uitrubium uiuum in potestate uenisse. Cf. 8, 12.: in deditionem accipiente latinos populos.
11. *ipsos se in dicionē coš. caduceum praeferentis permisisse:* M] ipsos se in deditionem consulis caduceum praeferentes permisisse. — P m. 1.: ipsum se in ditionem coš. pferentis pmisisse. P m. 2. multique recc.: in deditionem. — Et I. Fr. Gron. et C. Dukerus *in dicionem* scribi voluerunt: idemque in Harl. I. et Leid. I. esse dicitur. Cf. Curt. 6, 5. 9.: ceteri — dicioni Alexandri ipsos

ceum praeferentis permisisse auctores sunt Vitrubiumque ab suis traditum. senatus de Vitrubio Privernatibusque consultus consulem Plautium dirutis Priverni muris praesidioque valido inposito ad triumphum accersit, Vitrubium in carcerem adservari iussit quoad consul redisset, tum verberatum necari. aedes eius quae essent in Palatio diruendas, bona Semoni Sango censuerunt consecranda: quodque aeris ex eis redactum est ex eo aenei orbes facti positi in

se permittunt. Liv. 40, 49.: in dicionem se suaque omnia Romanis permiserunt. al.

2. *senatus de Vitrubio Priuernatibusque consultus coš. Plautium* cet.: M] senatus de Vitruuio cet. (P).

4. *accersit:* P] arcessit. — M: acersit. Cf. 7, 32.: accersenda. — PM: in carcere*m*. Cf. 22, 25.: in custodiam habitum. — P m. 1.: quoat coš. redisset. P m. 2. M: quoad.

7. *bona Semoni Sango censuerunt consecranda:* PM codd. Gel. Klock.] bona Semoni Sanco cet. — Harl. I. semini sano. Leid. I.: sermoni sano. Lov. 4.: semoni iano. Festus: „propter viam fit sacrificium, quod est proficiscendi gratia, Herculi aut Sanco, qui scilicet idem est deus“. Varro l. l. 5, 66.: „Aelius Dium Fidium dicebat Iovis filium — et putabat hunc esse Sancum (codd.: sanctum) ab Sabina lingua et Herculem a Graeca“. sed cf. Liv. 32, 1. — Cf. Ovid. fast. 6, 213.: Quaerebam Nonas Sanco Fidone referrem, An tibi, Semo pater: cum mihi Sancus ait: „Cuicumque ex illis dederis, ego munus habebo: Nomina trina fero: sic voluere Cures“. Hunc igitur veteres donarunt aede Sabini Inque Quirinali constituere iugo.

8. *positi in sacello Sangus aduersus aedem Quirini:* PM] positi in sacello Sanci versus aedem Quirini. — Harl. I. Leid. I.: in sacello *sanus*. Plerique recc. codd.: in sacello *sangi*. — *Aduersus* in Drakk. codd. omnibus videtur esse, *aduersum* in Pall. 1. 3. — Quem ad modum h. l. in PM (Harl. I. Leid. I.) genitivum *Sangus* non *Sangi* scriptum legimus, sic 32, 1. in cod. Bamberg. „*et sangus aedes*“ repperimus: nec apud Livium modo sed etiam apud Plinium 8, 48. 74. quo loco ex Gelenii codd. scriptum est „*in templo sangi*“, inventum esse dicitur in optimo et antiquissimo Chiffletiano „*in templo sancus*“. tot tantorumque librorum auctoritati repugnare non ausus et ipse *in sacello sangus* scripsi, eoque facilius id apud eum

sacello Sangus adversus aedem Quirini. de senatu Privernate ita decretum ut, qui senator Priverni post defectionem ab Romanis mansisset, trans Tiberim lege eadem qua Veliterni habitaret. his ita decretis usque ad triumphum Plauti silentium de Privernatibus fuit: post triumphum consul necato Vitrubio sociisque eius noxae apud satiatos iam suppliciis nocentium tutam mentionem de Privernatibus ratus „quoniam auctores defectionis" inquit „meritas poenas et ab diis inmortalibus et a vobis habent, patres conscripti, quid placet de innoxia multitudine fieri? equidem, etsi meae partes exquirendae magis sententiae quam dandae sunt, tamen cum videam Privernates vicinos Samnitibus esse, unde nunc nobis incertissima pax est, quam minimum irarum inter nos illosque relinqui velim".

XXI. Cum ipsa per sese res anceps esset — prout

scriptorem probatum iri puto, qui non *domus* et *senatus* tantum sed etiam multa nomina verbalia et ad quartam et ad secundam declinationem formaverit. Cf. C. L. Schneider lat. Gramm. II. p. 471.

3. *trans Tiberim lege eadem qua Veliterni habitaret:* PM: sed in M scriptum erat m. 1.: „|mansisset *trans tiberim lege eadem qua|uel iter ni post defectionem ab romanis | mansisset* trans cet. media verba m. 4. inducta sunt. — Voss. II. al.: habitarent. — De Veliternorum condicione cf. 8, 14.

4. *Plauti:* M] Plautii (P.) — PM: post triumphum cos̄. necato uitruuio sociisque (M: sotiisque) eius noxae cet. Drakenb. codd.: uitrubio.

8. *qm̄ auctores defectionis inquit:* PM. — M: penas. — PM: et ab diis inmortalibus et a uobis habent p̄. c̄. quid placet cet. Harl. I.: et ab si diis inmortalibus cet. — M m. 1.: „fieri fieri equidem": sed alterum *fieri* erasum est.

10. *etsi meae partes exquirendae magis sententiae quam dandae sunt:* PM. — Voss. II. al.: *etsi mea parte* cet., cum librarii in *exquirendae sententiae* non genitivum sed nominativum sibi videre viderentur.

13. *inter nos illosque relinqui uelim:* M m. 4. P. — M m. 1.: reliqui. m. 4.: relīqui. — Multi recc. codd.: uelim relinqui.

15. *ipsa per sese res:* Lov. 4.] ipsa per se res (P). — M: ipsa per sece res.

— *prout cuiusque ingenium*

cuiusque ingenium erat, atrocius mitiusve suadentibus —, tum incertiora omnia unus ex Privernatibus legatis fecit magis condicionis in qua natus esset quam praesentis necessitatis memor, qui interrogatus a quodam tristioris sententiae auctore quam poenam meritos Privernates censeret, „eam" inquit „quam merentur qui se libertate dignos censent". cuius cum feroci responso infestiores factos videret consul eos qui ante Privernatium causam inpugnabant, ut ipse benigna interrogatione mitius responsum eliceret „quid, si poenam" inquit „remittimus vobis, qualem nos pacem vobiscum habituros speremus?" „si bonam dederitis" inquit, „et fidam et perpetuam: si malam, haud diuturnam". tum

erat atrocius mitiusue suadentibus: P m. 2. M. — P m. 1.: atrotius mutiusue. „Da die Frage schon an sich schwierig war, indem der Senat je nach der verschiedenen Richtung der Einzelnen sich bald heftiger bald milder erklärte, so wurden die Urtheile noch schwankender gemacht durch die Erklärung die einer der Privernatischen Gesandten gab". — P m. 1.: tam incertiora. P m. 2. M: tum. — Harl. I.: tum incertiora omnia uerum ex priuernatibus legatus fecit. — P m. 1. M: conditionis. P m. 2.: condicionis. — M: quam praesentis ne | cessitatis memor *necessitatis memor* | qui interrogatus quodam tristioris sententiae auctore cet. M m. 3. P: interrogatus *a* quodam cet. Eadem manu recentiore videntur verba *necesitatis memor* deleta esse in M.

5. *quam poenam meritos Priuernates censeret:* M m. 2. P. — M m. 1.: priuernantes. — Recc. quid. codd.: quam poenam priuernates meritos censeret. — M: qui se libertate dignos *cent.* cuius cum cet. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: qui se libertate dignos censere.

7. *infestiores factos uideret coš. eos qui ante Priuernatium causam inpugnabant:* PM. — Lov. 4. al.: priuernatum. — P m. 2. M: ut ipse benigna interrogatione mitius responsum eliceret. P m. 1.: eligeret. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: mitius eliceret responsum. Lov. 4.: mitius diceret. — M: quid si penam. — Harl. I.: qualemqualem nos pacem uobiscum habituros speremus.

12. *et fidam et perpetuam:* PM: quamquam primo in P fuerat *fidem*. In Voss. II. al. excidit prius *et*. — M: si malam aud diuturnam.

— *tum uero minari nec id am-*

vero minari nec id ambigue Privernatem quidam et illis vocibus ad rebellandum incitari pacatos populos, pars melior senatus ad meliora responsa trahere et dicere viri et liberi vocem auditam: an credi posse ullum populum aut hominem denique in eá condicione cuius eum paeniteat diutius quam necesse sit mansurum? ibi pacem esse fidam ubi voluntarii pacati sint, neque eo loco ubi servitutem esse velint fidem sperandam esse. in hanc sententiam maxime con-

bigue Priuernatem quidam: PM: praeterquam quod in M: priuernā. — Leid. I.: quidam priuernatem. — „Da meinten Einige, der Privernate drohe sogar und zwar auf eine ganz unzweideutige Weise".

2. *pars melior senatus ad meliora responsa trahere:* PM rell.] pars melior senatus ad meliora responsum trahere. — *Pars melior senatus* sunt senatores liberalioris et generosioris ingenii, qui ex Privernatis responsis non minas sed liberi viri vocem sibi videbantur audivisse. C. Dukerus veriorem suspicabatur scripturam esse *pars mitior senatus*, quod a mitioribus responderi audacioribus necesse esset. sed quamquam quae melior senatus pars eadem mitior videri potuit, tamen non sine causa L. h. l. *pars melior* et *ad meliora trahere* coniuncta voluit, cum nisi qui et ipsi melioris liberaliorisque ingenii essent, ne percipere quidem possent meliorem illum sensum veramque virtutis speciem quae in responsis Privernatis legati inessent. eadem haec causa est cur mihi etiam minus probanda videatur coniectura I. Fr. Gronovii, qui vel *ad molliora responsum trahere* vel *ad mollius responsa trahere* scribendum censuerit. *Responsa* vero restituimus, etiam si in uno cod. Klock. vere scriptum est *responsum*, quod ad duo illa responsa respiciendum erat. Recentium denique quorundam codicum librarii non viderunt *et dicere* cohaerere cum *trahere*, utpote qui scripserint „*et uiri et liberi uocem dicere auditam*".

4. *an credi posse:* PM. — Cod. Klock.: aut credi posse. — M: in ea conditione.

6. *ibi pacem esse fidam ubi uoluntarii pacati sint:* recc. codd. „Da sei auf sicheren Frieden zu schliessen, wo man sich aus freiem Antriebe zum Frieden geneigt fühle". — PM Leid. I.: ubi uoluntarii pacata sint.

8. *in hanc sententiam maxime coš. ipse inclinauit animos:* PM. — Pall. 1. 3. Voss. n. al.: in hac sententia cet. Cf.

sul ipse inclinavit animos identidem ad principes sententiarum consulares uti exaudiri posset a pluribus dicendo, eos demum qui nihil praeter quam de libertate cogitent dignos esse qui Romani fiant. itaque et in senatu causam obtinuere et ex auctoritate patrum latum ad populum est ut Privernatibus civitas daretur. eodem anno Anxur trecenti in coloniam missi sunt, bina iugera agri acceperunt.

XXII. Secutus est annus nulla re belli domive insignis — P. Plautio Proculo P. Cornelio Scapula consulibus — praeterquam quod Fregellas — Hernicorum is ager,

6,39.: P. Manlius deinde dictator rem in causam plebis inclinavit C. Licinio — magistro equitum de plebe dicto. — PM: identidem ad principes sententiarum consulares uti exaudiri posset a pluribus dicendo: „indem er sich mehrfach an die Consularen, von denen besonders jene verschiedenartigen Urtheile ausgegangen waren, — so jedoch dass er auch von der grösseren Menge gehört werden konnte — mit den Worten wandte“. — PM Harl. I. Leid. I. Voss. II.: qui nihil praeter quam de libertate cogitent. Recc. codd.: cogitant.

4. *itaque et in senatu causam obtinuere et* cet.: P al. — M Lov. 4.: itaque in senatu cet.

6. *eodem anno Anxur trecenti in coloniam missi sunt:* PM. — Leid. I. Voss. II. al.: in colonia missi. — P m. 1.: „acciperunt“: sed eadem m. 1. restitutum est *receperunt.*

8. *secutus est annus nulla re belli domiue insignis:* P. — M: secutus est | annus belli domiue insignis. plaucio proculo cet. — Leid. I. Voss. II. al.: Capula. — PM: scapula coss.

10. *praeterquam quod Fregellas:* M. — P: praeter quod fregellas. Voss. II. al.: praeter quam fregellas.

— *Hernicorum is ager deinde Vulscorum fuerat:* ex coni. m.] Sidicinorum is ager cet. — In P primo fuit *fuerant*, sed *n* inductum est. — P Leid. I.: segninorum. Harl. I. cod. Klock.: segniorum. Haverc.: següinorum. Recc. codd.: signinorum. — Sigonius scribi voluit *Sidicinorum*, quod *Signia* longius a *Fregellis* afuisset quam ut id quod in codd. mscriptis inesse videretur, probari posset. num vero Sidicini tam late polluerint nescio: Teanum Sidicinorum quidem a Fregellis non propius abest quam Signia. cur vero Sigoniana coniectura mihi non placuerit, haec altera causa

deinde Vulscorum fuerat — colonia deducta, et populo visceratio data a M. Flavio in funere matris. erant qui per speciem honorandae parentis meritam mercedem populo so-

est, quod Sidicini tum demum in illis terris plus valuisse videantur cum certatum ab eis cum Samnitibus est, non antiquiore illo tempore de quo Livius refert. id ipsum igitur veri simillimum facit, antiqua manu scriptum fuisse *Hernicorum is ager*, *deinde Vulscorum fuit:* praesertim cum Livius non *ea urbs* sed *is ager* scripserit, quo appareat eum nihil aliud quam regionem ipsam qua Fregellae sitae fuerint indicare voluisse. cum enim in illis locis Hernici habitarint, vix dubium esse possit quin illa quoque urbs eorum fuerit; eandemque postea Vulscorum fuisse non minus simile veri est, cum Vulscorum imperium finitimum usque ad Fregellas pateret Fregellaeque in confiniis utriusque populi sitae essent. Quod vero ad externam speciem eius nominis attinet, eodem mendo in hoc extrema praecedentis vocis littera *s* neglegenter bis scripta sit, quo sexcentis aliis locis veram scripturam corruptam videmus. deleto igitur *s* ex P et Leid. I. habemus *egninorum*, ex Harl. I. et cod. Klock. *egniorum*, quod ab *ernicorum* quam proxime abest.

In M eius nominis litteris mediis erasis nihil scriptum vidimus nisi hoc: *fregellas s* † † *orū is ager deinde uolscorum fuerat.* Fregellas autem antiquis temporibus non subiectas aliis Latinorum urbibus sed potius caput earum fuisse, ex Strab. 5, 3. videre licet: ἐφ᾽ ἑκάτερα δὲ τῆς Λατίνης, ἐν δεξιᾷ μέν εἰσιν αἱ μεταξὺ αὐτῆς καὶ τῆς Ἀππίας Σήτεά τε καὶ Σιγνία — · πρὸ δὲ ταύτης ἐστὶ Πρίβερνον καὶ Κόρα καὶ Σύεσσα τῶν Πομεντίνων τε καὶ Οὐελίτραι καὶ Ἀλέτριον, ἔτι δὲ Φρεγέλλαι, παρ᾽ ἣν ὁ Λεῖρις ῥεῖ ὁ εἰς τὰς Μιντούρνας ἐκδιδούς, νῦν μὲν κώμη, πόλις δέ ποτε γεγονυῖα ἀξιόλογος καὶ τὰς πολλὰς τῶν ἄρτι λεχθεισῶν παροικίδας πρότερον ἐσχηκυῖα, αἳ νῦν εἰς αὐτὴν συνέρχονται ἀγορὰς ποιούμεναι καὶ ἱεροποιΐας τινάς· κατεσκάφη δ᾽ ὑπὸ Ῥωμαίων ἀποστᾶσα.

2. *erant qui per speciem honorandae parentis meritam mercedem populo solutam interpretarentur:* P. — M: erat qui p speciem honorandae parentis cet. Lov. 4.: erant qui per speciem honorandae matris cet. — P: crimine strupatae matris familiae. — Lov. 4.: absoluissent.

lutam interpretarentur, quod eum die dicta ab aedilibus crimine stupratae matris familiae absolvisset: data visceratio in praeteritam iudicii gratiam honoris etiam ei causa fuit, tribunatuque plebei proximis comitiis absens petentibus praefertur. — Palaepolis fuit haud procul inde ubi nunc Neapolis sita est: duabus urbibus populus idem habitabat: Cumis erant oriundi, Cumani Chalcide Euboica originem trahunt. classe qua advecti ab domo fuerant multum in ora maris eius quod accolunt potuere, primo in insulas Aenariam et Pithecusas egressi, deinde in continentem ausi sedes transferre. haec civitas cum suis viribus tum Samni-

4. *tribunatuque plebei proximis comitiis absens petentibus praefertur:* PM Harl. I. al.] tribunatumque plebei cet. — Leid. I. al.: tribunatuque plebi. — *Tribunatumque* scribendum videbatur quod ea vox ad *petentibus* referenda esset, nec tamen quidquam hoc ipso ablativo frequentius legitur. Gelenius in suis codd. *absens praesentibus praefertur* invenisse vult: sed vereor ne ille vir h. l. neglegentius libros antiquos inspexerit.

5. *Palaepolis fuit haud procul inde ubi nunc Neapolis sita est:* P m. 2. — P m. 1.: palaepopulis. Recc. quid. codd.: palaeopolis. — M: palaepolis fuit haud procul inde ubi nunc neapolisita ē duabus urbibus populus idem habita at cū his erat oriundi cumani chalcide euuoicam origine trahunt. P: duabus urbibus populus idem habita at cumis erant oriundi cumani chalcide euuoicam (m. 2.: euboicam) origine trahunt. Harl. I.: erant oriundo. Harl. I. Leid. I. Voss. II. multique recc. codd.: chalcide euboicam originem trahunt. Recc. alii codd.: a chalcide.

8. *qua aduecti ab domo fuerant:* PM. — Lov. 4.: qua auecti ab domo fuerunt. — PM: „primo *in*sulas enariam & phitecusas egressi“. Idem *in* deest in Harl. I. Leid. I. Voss. II. multisque recc. codd. — Harl. I. Leid. I.: pitecusas.

11. *haec ciuitas cum suis uiribus tum Samnitium infidae aduersus Romanos societati freta:* PM Harl. I. Leid. I.] haec civitas — infidà adversus Romanos societate freta (Lov. 4. aliique recc. codd.). Cf. 6, 13.: nulli rei praeterquam numero freta. — M m. 1.: infedę aduersus romanos sotietati. M m. 3.: tum suis uiribus tum cet.

tium infidae adversus Romanos societati freta sive pestilentiae, quae Romanam urbem adorta nuntiabatur, fidens multa hostilia adversus Romanos agrum Campanum Falernumque incolentes fecit: igitur L. Cornelio Lentulo Q. Publilio Philone iterum consulibus fetialibus Palaepolim ad res repetendas missis cum relatum esset a Graecis — gente lingua magis strenua quam factis — ferox responsum, ex auctoritate patrum populus Palaepolitanis bellum fieri iussit. inter consules provinciis conparatis bello Graeci persequendi Publilio evenerunt, Cornelius altero exercitu Samnitibus si qua se moverent oppositus: fama autem erat defectioni Campanorum inminentes admoturos castra. ibi optumum visum Cornelio stativa habere.

XXIII. Ab utroque consule exiguam spem pacis cum

1. *siue pestilentiae quae romanam urbem adorta nuntiabatur fidens:* M m. 1. P. — M m. 2.: pestilentia. — P m. 1.: multa hostia. P m. 2. M: hostilia. — M': hostilia aduersus romanos *sotietati freta siue pestilentiae | quę romanū urbem adorta nuntiabatꝛ fidens | multa hostilia aduersus romanos* agrū campanum cet. Media verba m. 4. deleta sunt.

4. *igitur L. Cornelio Lentulo Q. Publio Philone iterum coss̄.:* PM: nisi quod in P est *cos̄*. Cf. 8, 12. — Harl. I.: q. publilio philone iterum. — P: fetialibus. M: fecialeius palaepolim. — M: cum relatum esset a gregis gente cet.

7. *ex auctoritate patrum populus Palaepolitanis bellum fieri iussit:* M m. 1. — M m. 2.: populis. — P: populus palaepolitanus.

8. *inter coss̄. prouinciis conparatis bello Graeci persequendi Publilio euenerunt:* P Harl. I. — M: inter coss̄. prouinciis conparatis bello gregi persequendi publi†o eueneri†t. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: belli graeci persequendi sors Publilio euenit. — P: fama ħ erat defectioni campanorum inminentes admoturos castra. M: fama autem erat defectione campanorum inminentes admoturos castra. Hinc Lov. 4. aliique recc. codd.: defectione campanorum inminente.

12. *ibi optumum uisum Cornelio statiua habere:* M Leid. I.] ibi optimum cet. — P: ibi obtumum cet. Harl. I.: et ibi optimum uisum cet. — *Ibi* videtur h. l. significare *ad Capuam*.

14. *ab utroque cos̄.* (P: coss̄.) *exiguam spem pacis cum Samnitibus esse certior fit*

Samnitibus esse certior fit senatus: Publilius duo milia Nolanorum militum et quattuor Samnitium magis Nolanis cogentibus quam voluntate Graecorum recepta Palaepoli miserat Romam conpertum, Cornelius dilectum indictum a magistratibus universumque Samnium erectum ac vicinos populos Privernatem Fundanumque et Formianum haud ambigue sollicitari. ob haec cum legatos mitti placuisset prius ad Samnites quam bellum fieret, responsum redditur ab Samnitibus ferox. ultro incusabant iniurias Romanorum, neque eo neglegentius ea quae ipsis obicerentur purgabant: haud ullo publico consilio auxiliove iuvari Graecos nec Fundanum Formianumve a se sollicitatos, quippe minime

senatus: PM. — Lov. 4.: senatus fit certior. — PM: publius duo milia nolanorum militum et quattuor samnitium cet.

3. *recepta Palaepoli:* P Harl. I. Leid. I. Voss. II.] recepta Palaepolim (M). Cf. 26, 25.: ne quis urbe tecto — reciperet. al.

— *miserat Romam conpertum:* ex coni. Fulvii Ursini] miserat (ex coni. Sigonii). — PM Harl. I. Leid. I. al.: *miserat Romae conpertum.* Nihil hoc mendo, ut *ae* scriberetur pro *am*, frequentius est in antiquis libris. Cf. 7, 42.: Norbam. „Publilius hatte nach Rom sagen lassen, er habe zuverlässige Kunde erhalten, dass zwei tausend Nolaner und vier tausend Samniter in Palaepolis aufgenommen seien". Cf. ex. gr. 24, 19.: Nolam ad collegam mittit, altero exercitu opus esse qui Campanis opponatur. 42, 13.: „non ego haec" inquit „incertis iactata rumoribus et cupidius credita, quia vera esse de inimico crimina volebam, adfero ad vos p̄. c̄., sed conperta et explorata, haud secus quam si speculator missus a vobis subiecta oculis referrem".

4. *Cornelius:* Leid. I. Voss. II. al. In PM Harl. I. hoc nomen excidit. cf. T. Livi l. XXX. p. LVI. 3. — PM: *di*lectum indictum.

5. *uniuersumque Samnium:* M Harl. I. Leid. I. Voss. II. al.] universum Samnium (P).

8. *quam bellum fieret:* P. — M: quam fieret.

9. *neque eo neglegentius ea quae ipsis obicerentur purgabant:* P m. 2. M. — P m. 1.: pugnabant.

12. *quippe minime paenitere se uirium suarum:* PM. — Harl. I.: uirum suarum. „Da sie sich, wenn sie Krieg führen wollten, auf ihre eigenen

paenitere se virium suarum si bellum placeat. ceterum non posse dissimulare aegre pati civitatem Samnitium, quod Fregellas ex Vulscis captas dirutasque ab se restituerit Romanus populus, coloniamque in Samnitium agro inposuerint quam coloni eorum Fregellas appellent: eam se contumeliam iniuriamque, ni sibi ab his qui fecerint dematur, ipsos omni vi depulsuros esse. cum Romanus legatus ad disceptandum eos ad communes socios atque amicos vocaret, „quid perplexe agimus", inquit: „nostra certamina Romani non verba legatorum nec hominum quisquam disceptator sed campus Campanus, in quo concurrendum est, et arma et communis Mars belli decernet: proinde inter Capuam Suessulamque castra castris conferamus et Samnis Romanusne imperio Italiam regant decernamus". legati Romanorum cum se non quo hostis vocassent sed quo imperatores sui duxissent ituros esse respondissent, iam Publilius inter Palaepo-

Streitkräfte vollkommen verlassen könnten".

4. *inposuerint:* M Harl. I. Leid. I. Lov. 4. al.] imposuerit. Cf. 7, 32.: numerent. — P: inposuerunt. Cf. 3, 2.: dederit. — Paulo ante scriptum est in P *ex uulcis*, in M *ex uulsis*.

6. *ni sibi ab his qui fecerint dematur:* PM] ni sibi ab iis qui cet. — Lov. 4. al.: nisi sibi ab his cet. Paulo post M: ad communes sotios. — M: „inquid": scil. is qui modo dixerat.

13. *Samnis Romanusne imperio Italiam regant:* M m. 1.] Samnis Romanusne imperio Italiam regat (M m. 4. P). Cf. 30, 32.: Roma an Carthago iura gentibus darent, ante crastinam noctem sciluros. 28, 15.: nec procul vallo Romanus aberant, cepissentque tanto impetu castra, ni cet. al.

15. *quo hostis uocassent:* PM Leid. I. al.] quo hostis vocasset. — Recc. codd.: quo hostes uocassent. — Harl. I. Leid. I. Voss. II. al.: sed quo imperatores sui dixissent. M: sed quo imperatores sui duxissent iam publilius cet. Recentiore dein manu margini adscriptum est: *ituros se respondissent.*

16. *iam publilius inter palepolim. l. nepolimque loco oportune capto diremerat hostibus sotietatem auxilii mutui:* M. — P: iam publius inter palaepolim nepolimque loco oportune capto diremerat hostibus societatem auxilii mutui. Dukerus malebat

lim Neapolimque loco opportune capto diremerat hostibus societatem auxilii mutui, qua ut quisque locus premeretur inter se usi fuerant. itaque cum et comitiorum dies instaret et Publilium inminentem hostium muris avocari ab spe capiendae in dies urbis haud e re publica esset, actum cum tribunis est, ad populum ferrent ut, cum Q. Publilius Philo consulatu abisset, pro consule rem gereret quoad debellatum cum Graecis esset. L. Cornelio, quia ne eum quidem in Samnium iam ingressum revocari ab impetu belli placebat, litterae missae ut dictatorem comitiorum causa diceret. dixit M. Claudium Marcellum, ab eo magister equitum dictus Sp. Postumius. nec tamen ab dictatore comitia sunt habita, quia vitione creatus esset in disquisitionem venit: consulti augures vitiosum videri dictatorem pronuntiaverunt.

scribi *loco opportuno capto:* sed cf. 35, 27.: opportune positis praesidiis: al. — M: *qua ut quisque locus premeretur inter se usi fuerant itaque* publilio philoni ad conficiendū cū palepolitanis bellū ꝑconsulare imperiū ꝓrogabatur *cū et comitiorum dies instaret et publilium inminentem* cet. Cf. 7, 20.: aedis Apollinis.

5. *haud e rep̄. esset:* PM. — Harl. I. Leid. I. Voss. II. al.: haud republica esset. Cf. ex. gr. 24, 14.: de eo permissum ipsi erat faceret quod e rep̄. duceret esse (Put.).

— *actum cum tribunis est:* M. — P cod. Klock.: auctum tribunis est.

cum Q. Publilius Philo consulatu abisset: P] cum Publilius cet. — P: cum. q̄. publius philo consulatu cet. M: cum publius philo cet. Cf. 8, 16.: *Q. Publilium Philonem:* quo loco eodem mendo in PM erratum est.

7. *pro cos̄. rem gereret:* P Harl. I. al. — M: pro cos̄. rem geret.

8. *L. Cornelio quia ne eum quidem in Samnium iam ingressum reuocari ab impetu belli placebat litterae missae:* P. — M: l. corneli qui ante eum quidem in samnium iam ingressum euocari ab impetu bellū placebat litterae missae.

11. *ab eo mḡg. equitum dictus Sp. Postumius:* PM.

13. *in disquisitionem uenit:* PM. — Leid. I. Voss. II. multique recc. codd.: in discussionem uenit. Cf. 26, 31.: sed non quid ego fecerim in disquisitionem venit.

eam rem tribuni suspectam infamemque criminando fecerunt: nam neque facile fuisse id vitium nosci, cum consul oriens de nocte silentio diceret dictatorem neque ab consule cuiquam publice privatimve de ea re scriptum esset, nec quemquam mortalium extare qui se vidisse aut audisse quid dicat quod auspicium dirimeret, neque augures divi-

2. *cum consul oriens de nocte silentio diceret dictatorem:* ex coni. I. Fr. Gron. et A. Drakenb. — Cod. Klock.: cum coš. orien*de* nocte silentio diceret dictatorem. PM Harl. I. Leid. I. al.: cum coš. oriente nocte silentio diceret dictatorem. Voss. II. al.: oriente noctis silentio. (30, 19.) — Non oriente nocte sed post mediam noctem dictatorem dici solitum esse tradit Festus s. v. *silentio surgere:* et *oriri* in his rebus proprie dictum esse pro *surgere* Alb. Rubenius loco laud. ex Velii Longi l. de orthogr. docuit: „consul oriens magistrum populi dicat". Liv. 9, 39.: nocte deinde silentio — ut mos est — L. Papirium dictatorem dixit. De vocis *silentii* significatione cf. Cic. de divin. 2, 34.

3. *neque ab coš. cuiquam — de ea re scribtum esset:* M (Leid. I. Lov. 4. al.)] neque ab consule cuiquam — de ea re scriptum esse (P). Aptissime haec verba cum praecedentibus coniunguntur: difficile enim illi dicunt fuisse id vitium nosci, quod consul et nocte et silentio dictatorem diceret neque cuiquam de ea re a consule qui unus id scire potuisset scriptum esset: deinde vero etiam illud adiiciunt quo ea suspicio refellatur oporteat, quod nemo extaret qui tale quid aut vidisset aut audivisset et quod augures Romae sedentes non divinare potuissent quid in castris factum esset. alterum igitur illud *nec quemquam extare* referri debet ad prius *neque facile fuisse*. „Denn einmal hätte ein solches Versehen weder ruchbar werden können, da der Consul um Mitternacht sich erhebend in tiefer Stille den Dictator ernenne und er der Consul darüber keinem etwas nach Rom berichtet habe: noch trete jemand auf der etwas darauf Bezügliches gesehen oder gehört haben wolle, eben so wenig als die Augurn zu Rom etwas davon hätten wissen können". — P cod. Gel. al.: publice priuatimue. M: publice priuatimre.

6. *neque augures diuinare Romae sedentes potuisse:* P. — M: neque augures diuinere romae sedentes cet. Eodem mendo paulo post scri-

nare Romae sedentes potuisse quid in castris consuli vitii obvenisset: cui non apparere, quod plebeius dictator sit, id vitium auguribus visum? haec aliaque ab tribunis nequiquam iactata: tamen ad interregnum res rediit dilatisque alia atque alia de causa comitiis quartus decumus demum interrex L. Aemilius consules creat C. Poetelium L. Papirium Mugilanum: Cursorem in aliis annalibus invenio.

XXIV. Eodem anno Alexandream in Aegypto proditum conditam Alexandrumque Epiri regem ab exule Lucano interfectum sortes Dodonaei Iovis eventu adfirmasse. accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caveret Acherusiam aquam Pandosiamque urbem, ibi fatis eius terminum dari: eoque ocius transmisisse in Italiam ut quam maxime procul abesset urbe Pandosia in Epiro et Acheronte amni,

ptum est in M: cui non apperere.

3. *haec aliaque ab tribunis nequiquam iactata:* PM. — Voss. II. al.: nequaquam.

4. *res rediit:* P m. 1. Leid. I, al.] res redit (P m. 2. M).

5. *quartus decumus demum interrex L. Aemilius coss. creat:* P] quartus decimus cet. (M). — Harl. I. Leid. I.: quartus decumus — L. Aemilius consul creatus. — M: coss. creat c. petilium. l. papirium mugilianum cursorem in aliis am | nalibus inuenio. P: c. petillium. l. papirium mugilanum cursorem in aliis annalibus inuenio. Cf. 7, 11.: C. Poetelius Balbus. 4, 7. 30.: L. Papirium Mugilanum.

8. *Alexandream in Aegypto proditum conditam:* P. — M: alexandream in egipto peditū conditam. — PM: sortes dodonei iouis euentu adfirmasse. Harl. I.: dodoneo iouis euentu.

11. *caueret Acherusiam aquam:* P. — Harl. I. Leid. I. al.: caueret acerusiam aquam. M: caueret acreusiam aquam. Lov. 4.: caueret acherusia aqua pandosiaque urbe. — P m. 1.: ibi factis eius terminum dari. P m. 2. M: fatis.

13. *eoque ocius transmisisse in Italiam:* M Lov. 4.] eoque ocius transmisit cet. (P). — Ex priore *proditum* supplendum est *ferunt*. cf. 8, 29. quos.

14. *et Acheronte amni:* M m. 2. — M m. 1. P: et acherente amni. Leid. I.: et acherunto amni. — PM: *quem ex molosside fluentem*. Cod. Klock.: quem ex moloside fluentem. Leid. I.: quem ex molossi defluentem. Harl. I.: quem ex molosi defluentem. — M Lov. 4.: thesprotinus sinus.

quem ex Molosside fluentem in stagna inferna accipit Thesprotius sinus. ut ceterum ferme fugiendo in media fata ruitur, cum saepe Bruttias Lucanasque legiones fudisset, Heracleam Tarentinorum coloniam Consentiam ex Lucanis Sipontumque Bruttiorum Terinam alias inde Messapiorum ac Lucanorum cepisset urbes, et trecentas familias inlustres in Epirum, quas obsidum numero haberet, misisset, haud procul Pandosia urbe inminente Lucanis ac Bruttiis finibus tris tumulos aliquantum inter se distantes insedit, ex quibus incursiones in omnem partem agri hostilis faceret. et

2. *ut ceterum ferme:* PM Harl. I. Leid. I. cod. Klock. al.] ceterum ut ferme. Cf. 8, 19.: ut et levi momento cet.

4. *Consentiam ex Lucanis:* P. Cf. Strabo 6, 1.: Κωνσεντία μητρόπολις Βρεττίων. Liv. 30, 19. al. — In M excidit *Consentiam* propter vocis *coloniam* similitudinem. — PM: *Sipontumque*. Cf. 34, 45.: Sipontum item in agrum qui Arpinorum fuerat coloniam civium Romanorum — deduxerunt.

5. *Bruttiorum Terinam:* ex coni. Sig. Cf. Strabo 6, 1. — M: bruttiorum acrentinam |. P Harl. I. Leid. I. cod. Klock. al.: bruttiorum acerinam. Portug.: acerrimarum. Voss. II. Lov. 4.: acerniam. — Si id quod in M invenitur verum est, nomen urbis *Argentani* (cf. Liv. 30, 19.) eodem mendo quo paulo ante *Consentiam* praetermissum esse arbitror, manuque antiqua scriptum fuisse „bruttiorum argentanum *ac terinam*". si *acerinam* integrum est, dubito an prima manu scriptum fuerit „consentiam ex lucanis sipontum*que ac terinam* bruttiorum", cum mendum ex illa litterarum verborumque metathesi, qua tot loci corrupti sunt, aeque hoc loco ortum esse possit atque 22, 8., quo loco in optimis quibusque mscriptis „ac penatibus pro urbe dimicandum esse" legimus, cum scribendum fuerit „pro urbe ac penatibus dimicandum esse". Cf. T. Livi l. XXX. p. LXVII. VIII. — PM Harl. I. Leid. I. cod. Klock.: alias inde m*asse*piorum ac lucanorum.

7. *quas obsidum numero haberet:* PM. — Harl. I.: obsid*i*um.

9. *tris tumulos:* PM Harl. I. Leid. I.] tres tumulos. Cf. 7, 40.: tris et viginti annos natus. — Paulo ante Leid. I. Voss. II. al.: „*a* bruttiis finibus"; pauloque post iidem „incursione*m*".

ducentos ferme Lucanorum exules circa se pro fidis habebat — ut pleraque eius generis ingenia sunt — cum fortuna mutabilem gerentes fidem. imbres continui campis omnibus inundantes cum interclusissent trifariam exercitum a mutuo inter se auxilio, duo praesidia quae sine rege erant inproviso hostium adventu opprimuntur, deletisque eis ad ipsius obsidionem omnes conversi. inde ab Lucanis exulibus ad suos nuntii missi sunt pactoque reditu promissum est regem aut vivum aut mortuum in potestatem daturos. ceterum cum delectis ipse egregium facinus ausus per medios erumpit hostes et ducem Lucanorum comminus congressus obtruncat, contrahensque suos ex fuga palatos pervenit ad amnem ruinis recentibus pontis, quem vis aquae abstulerat, indicantem iter. quem cum incerto vado transiret agmen, fessus metu ac labore miles increpans nomen abominandum fluminis „iure Acheros vocaris“ inquit. quod

2. *ut pleraque eius generis ingenia sunt:* PM al. — Recc. quid. codd.: ut plerumque eius gentis ingenia sunt.

3. *imbres continui campis omnibus inundantes:* P. — M: inunda | tes. — PM: „*trifariam exercitum*“. *Trifariam* et ad *interclusissent* et ad *exercitum* pertinet. cf. 3, 22.: Fabius non permixtam unam sociorum civiumque sed trium populorum tres separatim acies circa vallum hostium instruxit: — ita trifariam adortus castra cet. — P m. 1.: opprimentur. P m. 2. M: opprimuntur.

11. *congressus:* P al.] congressum. — M: congressū | obtruncat. Lov. 4.: congressus congressum obtruncat. — Maior sane haec regia virtus appareat oportet, si prior Alexander eum quem hostem cognovit aggressus dicitur. *Comminus* scripsimus cum Put., cum in PM h. l. *conminus* esset. — PM: *suos ex fuga palatos*. M m. 4.: palātes. — P: *indicantem iter*. M m. 1.: indicantemter. m. 2.: indicante iter. „— gelangt er an einen Fluss, der den Weg durch die Ruinen der erst jüngst von der Gewalt des Wassers fortgerissenen Brücke bezeichnete“.

15. *nomen abominandum fluminis:* M. — P: abhominandum. — PM: iure acheros uocaris. Lov. 4.: iure acherons uocaris: h. e. vel *acheron* vel *acheros:* nisi forte *acheruns* scribere voluit.

ubi ad aures accidit regis, adiecit extemplo animum fatis suis substititque dubius an transiret. tum Sotimus minister ex regiis pueris, quid in tanto discrimine periculi cunctaretur interrogans, indicat Lucanos insidiis quaerere locum. quod ubi respexit rex procul grege facto venientes, stringit gladium et per medium amnem transmittit equum: iamque in vadum egressum eminus verruto Lucanus exul transfigit: lapsum inde cum inhaerente telo corpus exanime detulit amnis in hostium praesidia. ibi foeda laceratio corporis facta: namque praeciso medio partem Consentiam misere, pars ipsis retenta ad ludibrium: quae cum iaculis saxisque procul incesseretur, mulier una ultra humanarum irarum

2. *substititque dubius an transiret:* PM: sed in M scriptum est *ātransiret.* Cf. 7, 6.: an. — *tum Sotimus minister ex regiis pueris:* P cod. Gel. — M: tum postimus minister ex regiis puris. m. 4.: pueris. Harl. I.: tum senmus. — Pueri regii vocabantur principum liberi ad ministerium electi regis: 45, 6.

5. *quod ubi respexit:* PM rell.] quos ubi respexit cet. (edit. Ascens. 1513.). — *Quod* cum *ubi respexit* h. l. coniungendum videtur quem ad modum *quod si* al. scribi solebant. respicit igitur hic accusativus absol. ad id quod modo dictum erat eodem fere sensu quo ablativo utebantur: *quo audito ubi respexit rex.* Cf. 4, 10.: qua. — *Rex* scriptum est in M m. 4., cum in M m. 1. et in P esset *res.* — P: stringit glaudium et per medium amnem transmittit equum. M m. 1.: stringit claudium amnem transmittit | equū. m. 4.: gladium. — Leid. I. Voss. II. multique recc. codd.: transmisit.

6. *iamque in uadum egressum eminus ueruto lucanus exul transfigit:* PM. — Lov. 4.: iamque in medium egressum — transfixit. — *Verrutum* scripsimus cum Put. et Laurisham., cum praesertim rell. locis ne ab PM quidem alterum *r* deesset. — P: lapsum inde cum inherente telo corpus examine detulit amnis in hostium praesidia. m. 2.: exanime! M: de | detulit amnis hostiū praesidia. m. 3.: ī hostiū praesidia.

12. *mulier una ultra humanarum irarum fidem saeuienti turbae inmixta:* PM: nisi quod in P *seuienti.* — Lov. 4. al.: ultra humanarum rerum fidem. — „Dem Haufen, der mit einer allen Glauben übersteigenden Wuth verfuhr“. — PM: uirum *sibi* liberosque

sidiis indigna iam liberis quoque ac coniugibus et quae captarum urbium extrema sunt patiebantur. itaque cum et a Tarento et a Samnitibus fama esset nova auxilia ventura, Samnitium plus quam vellent intra moenia esse rebantur, Tarentinorum iuventutem Graeci Graecos, haud minus per quos Samniti Nolanoque quam ut Romanis hostibus resisterent, expectabant. postremo levissimum malorum deditio ad Romanos visa. Charilaus et Nymphius principes civitatis communicato inter se consilio partes ad rem agendam divisere ut alter ad imperatorem Romanorum transfugeret, alter subsisteret ad praebendam opportunam consilio urbem. Charilaus fuit qui ad Publilium Philonem venit et, quod bonum faustum felix Palaepolitanis populoque Romano esset, tradere se ait moenia statuisse: eo facto utrum ab se prodita an servata patria videatur, in fide Romana positum esse: sibi privatim nec pacisci quicquam nec petere, publice petere quam pacisci magis ut, si successisset

gar schon die entehrende Behandlung ihrer Kinder und Weiber und was sich nur irgend nach Eroberung der Städte der Feind erlaubt gefallen lassen mussten".

2. *itaque cum et a Tarento et a Samnitibus fama esset noua auxilia uentura:* P. — M: itaque cum et a tarent— & a samnitibus cet. — M: intra menia. — Harl. I.: intra moenia efferebantur.

5. *haud minus per quos Samniti Nolanoque quam ut Romanis hostibus resisterent:* PM: „um sich ihrer eben so sehr gegen die Samniter und Nolaner zu bedienen als um mit ihnen den Römern entgegenzutreten".

8. *Charilaus et Nymfius:* P. — M: carilaus et nimphius. — M: consilio *ad* partes ad rem agendam diuisere. — In Harl. I. praetermissa sunt quae inter *ad rem* et *romanorum* leguntur. — PM: ad praebendam oportunam consilio urbem.

13. *quod bonum faustum felix palaepolitanis populoque. r. esset:* PM Harl. I. Leid. I. al. — Pall. 1. 3. multique alii recc. codd.: *felixque:* quem ad modum 3, 34. 54. al. in optimis quibusque libris reperitur scriptum.

14. *utrum ab se prodita an seruata patria uideatur:* P. — M: prodita ac ser | uata.

17. *si successisset inceptis:* M: quamquam ibi duae scripturae huius loci propositae sunt

inceptis, cogitaret populus Romanus potius, cum quanto studio periculoque reditum in amicitiam suam esset quam qua stultitia et temeritate de officio decessum. conlaudatus ab imperatore tria milia militum ad occupandam eam partem urbis quam Samnites insidebant accepit: praesidio ei L. Quinctius tribunus militum praepositus.

XXVI. Eodem tempore et Nymphius praetorem Samnitium arte adgressus perpulerat ut, quoniam omnis Romanus exercitus aut circa Palaepolim aut in Samnio esset, sineret se classe circumvehi ad Romanum agrum non oram modo maris sed ipsi urbi propinqua loca depopulaturum:

„incept*um is*". simili modo scriptum est in P m. 1.: „inceptius": manu dein altera scriptum est in P „inceptū", quod Drakenborchius in omnibus suis codd. mscriptis invenit. Cf. ex. gr. 25, 37.: si successisset coeptis (Put. Colb.). — PM: cogitaret *p. r.* potius. — P: esset quamqua*m* stultitia cet. M m. 1.: „esset que | quam stultitia": sed dein eadem m. 1. scriptum est *qua* pro *que*. — Pall. Voss II. al.: quam quanta stultitia cet. — „Für sich habe er eben so wenig etwas zu bedingen als zu erbitten: nur in Bezug auf das Wohl seiner Vaterstadt bitte er mehr darum als fordere er, dass wenn sein Beginnen einen glücklichen Ausgang gewönne, das römische Volk nicht sowohl daran denken möchte, wie unbesonnen sie sich von ihrer Pflicht entfernt hätten, als vielmehr wie grosser Gefahr sie sich ausgesetzt, um mit ihnen in freundschaftliche Verbindung zurückkehren zu können".

3. *conlaudatus ab imperatore.* III. *militum ad occupandam eam partem urbis quam Samnites insidebant accepit:* M m. 4. P m. 2. — P m. 1.: ad occupandum. M m. 1.: urbi. — PM Leid. I. al.: „praesidio ei L. Quintius *tbr.* militum praepositus": quod litterarum metathesi scriptum est pro *trb. militum.* Vossiani II. librarius hoc mendo non intellecto scripsit „L. Quinctius tribunus romanorum militum".

7. *eodem tempore et nyfius praetorem Samnitium arte adgressus perpulerat ut qm̄ omnis* cet.: PM. — M: sineret se classem circumuehi. P m. 1.: sineret se clase circumuehi. m. 2.: classe.

11. *depopulaturum:* M m. 2. P. — M m. 1.: *depopulatorum:* ut dubitandum sit an vera scriptura fuerit *depopulatum*

sed ut falleret, nocte proficiscendum esse extemploque naves deducendas. quod quo maturius fieret, omnis iuventus Samnitium praeter necessarium urbis praesidium ad litus missa. ubi dum Nymphius in tenebris et multitudine semet ipsam inpediente sedulo aliis alia imperia turbans terit tempus, Charilaus ex conposito ab sociis in urbem receptus cum summa urbis Romano milite inplesset, tolli clamorem iussit, ad quem Graeci signo accepto a principibus quievere, Nolani per aversam partem urbis viam Nolam ferentem ef-

(„um zu verheeren"), quem ad modum interdum etiam in optimis libris hoc *orum* pro syllaba contracta *um* scriptum inveniatur.

1. *sed ut falleret:* PM: scil. Romanos. Cf. 25, 9.: ne quis agrestium procul spectator agminis falleret. 8, 20.: ne — hostis falleret ad urbem incedens.

3. *ad litus missa:* PM] ad littus cet. Cf. 30, 25. al.

4. *multitudine semet ipsam inpediente:* M Harl. I. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.] multitudine semet ipsa inpediente (P m. 2.). „Indem der grossen Masse wegen einer dem anderen hinderlich war". — P m. 1.: multitudine*m* semet ips*a* inpediente. Cf. 8, 25.: capti a suismet ipsis praesidiis. 2, 19. al.

5. *sedulo aliis alia imperia turbans terit tempus:* P: „indem er das was er befohlen immer wieder durch andere Anordnungen aufhob". — M: sedulo alis (m. 3.: aliis) alia imperia turbam terit tempus. Harl. I. Leid. I.: sedulo isatia imperia turbans cet. Lov. 4.: sedulo alia aliis imperia turbans cet. Voss. II. al.: sedulo insacra imperia turbans cet. Pall. 1. 3.: sedulo insacra imperia turbatis terit tempus.

6. *Charilaus:* M. — P: charialaus. — M: ab sotiis. — PM: in urbem receptus. Harl. I. Leid. I. al.: in urbe receptus. Cf. 4, 15.: propter pactionem indictam recipiendorum in urbem regum. al. — Paulo post P: ad quem greci signo accepto cet.

9. *uiam Nolam ferentem effugiunt:* PM Harl. I. Leid. I. cod. Klock. Voss. II. al.] via Nolam ferente effugiunt. — *Effugiunt* nihil aliud est quam *fugiunt ex urbe, ex praesidiis:* ut apud Terent. Eun. 5, 4. 23.: „misera huc effugi foras": et accusativus *viam* vel poetarum more pro *in viam* scriptus est, quem ad modum 30, 25. in optimis libris *multitudo a castris litus effusa* legitur,

fugiunt. Samnitibus exclusis ab urbe ut expeditior in praesentia fuga ita foedior, postquam periculo evaserunt, visa, quippe qui inermes nulla rerum suarum non relicta inter hostes ludibrium non externis modo sed etiam popularibus spoliati atque egentes domos rediere. haud ignarus opinionis alterius, qua haec proditio ab Samnitibus facta traditur, cum auctoribus hoc dedi quibus dignius credi est, tum foedus Neapolitanum — eo enim deinde summa rei Graecorum venit — similius vero facit ipsos in amicitiam redisse. Publilio triumphus decretus, quod satis credebatur obsidione

„sie fliehen aus der Stadt auf den nach Nola führenden Weg“: vel potius in universum regionem ipsam, qua se Nolani domum retulerint, Graecorum more indicat, „sie fliehen den Weg der nach Nola führt hinunter“. Utut id se habet, cum in utraque lingua tam late pateat accusativi vis, non ausim ab eo quod in antiquissimis mscriptis invenitur recedere, nisi res extra omnem dubitationem sit.

2. *postquam periculo euaserunt:* P m. 1. M. Eadem deinde antiqua manu in P scriptum est *pericula*, quod verum esse potest (21, 32.), sed cf. 21, 33.: ut periculo prius evaderet: al.

3. *nulla rerum suarum non relicta inter hostes:* P. — M: inter hostē. — P m. 1.: spoliatii. — M: *set*iam. m. 3.: set etiam. — Harl. I. Voss. II. Pall. 1. 3. al.: redirent. Leid. I.: rediret.

5. *haud ignarus opinionis alterius:* PM. — M: quā haec proditio ab samnitibus facta traditur. P: quam hęc proditio cet. Harl. I. Leid. I. al.: quam cet.

7. *quibus dignius credi est:* PM Harl. I. al. Cf. Virg. Bucol. 5, 89.: et erat tum dignus amari. Quintil. 10, 1. 96.: at lyricorum idem Horatius fere solus legi dignus. al.

8. *eo enim deinde summa rei Graecorum* (P: grecorum) *uenit:* PM rell. I. Fr. Gron. malebat scribi *summa res:* sed cf. 10, 39.: Papirius ad Aquiloniam, ubi summa rei Samnitium erat, pervenit.

10. *quod satis credebatur obsidione domitos hostis in fidem uenisse:* PM: nisi quod in eis *hostes* est. — Non videtur *satis credebatur* h. l. significare *sufficere credebant ad triumphum decernendum*, quem ad modum 8, 24. sub fin. in Lov. 4. scriptum est, sed *quod omni-*

domitos hostis in fidem venisse. duo singularia haec ei viro primum contigere prorogatio imperii non ante in ullo facta et acto honore triumphus.

XXVII. Aliud subinde bellum cum alterius orae Graecis exortum. namque Tarentini cum rem Palaeopolitanam vana spe auxilii aliquamdiu sustinuissent, postquam Romanos urbe potitos accepere, velut destituti ac non qui ipsi destituissent, increpare Palaeopolitanos, ira atque invidia in Romanos furere, eo etiam quod Lucanos et Apulos — nam utraque eo anno societas coepta est — in fidem populi Romani venisse adlatum est: quippe prope modum perventum ad se esse iamque in eo rem fore ut Romani aut hostes

bus persuasum videbatur, sola obsidione hostes coactos esse ut in fidem venire vellent. Quamquam saepe apud Livium ita scriptum legitur, tamen vel Harleiani I. et Leid. I. librariis accusativus *domitos hostes* nominativo permutandus videbatur: in priore enim horum librorum inventum est „quod satis credebatur obsidione domitus hostis in fidem uenisset", in Pall. 1. 3. Voss. II. al. „quod satis credebatur obsidione domitus hostis in fidem uenisse", in Leid. I. „quod satis credebatur obsidione domitus hostes in fidem uenisset": denique in Lov. 4. al. „quod satis *credebant* obsidione domitos hostes" cet. Cf. ex. gr. 4, 51.: „summa moderatione ac lenitate per paucorum supplicium, *quos sibimet ipsos conscisse mortem satis creditum est,* transacta re" cet. 21, 8. al. 6, 27.: profectos hostis — consedisse nuntiabatur.

1. *duo singularia haec ei uiro primum contigere:* PM rell. I. Fr. Gron. malebat scribi *ei viro primo,* sed cf. 6, 11.: primum omnium. — Leid. I. al.: non ante in *n*ullo facta. — PM: *acto honore:* „und der *in Folge dieser ungebräuchlichen Verlängerung seines Amtes* ihm gewordene Triumph".

4. *aliud subinde bellum cum alterius orae Graecis exortum:* PM: nisi quod in P *grecis* est.

5. *cum rem palaeopolitanam uana spe auxilii aliquādiu sustinuissent:* PM. „Nachdem sie die Palaeopolitaner geraume Zeit mit der Hoffnung auf Hülfe hingehalten hatten, ohne dass diese Hülfe kam". — Leid. I. al.: ira atque invidia in romanos fuere. P m. 1.: in r*a*manos furere. — M: so*t*ietas coepta est.

aut domini habendi sint: discrimen profecto rerum suarum in bello Samnitium eventuque eius verti: eam solam gentem restare nec eam ipsam satis validam quando Lucanus defecerit, quem revocari adhuc inpellique ad abolendam societatem Romanam posse si qua ars serendis discordiis adhibeatur. haec consilia cum apud cupidos rerum novandarum valuissent, ex iuventute quidam Lucanorum pretio adsciti — clari magis inter populares quam honesti — inter se mulcati ipsi virgis cum corpora nuda intulissent in civium coetum, vociferati sunt se, quod castra Romana ingredi ausi essent, a consulibus virgis caesos ac prope securi percussos esse. deformis suapte natura res cum speciem

1. *discrimen profecto rerum suarum in bello Samnitium euentuque eius uerti:* P: h. e. positum esse in eventu belli Samnitici. cf. 41, 18.: haud neglegenter, ut qui *in eo* victoriam verti scirent, corpus occultavere. 30, 3.: omnibus — africae cura erat seu quia *ibi* summam rerum bellique verti cernebant seu ut Scipioni gratificarentur, *in quem* tunc omnis versa civitas erat. al. — M Leid. I. Lov. 4.: „discrimen profecto rerum suarum in bello samnitium euentu*m*que eius uerti". hinc Harl. I.: in bellum samnitium euentumque eius uerti.

2. *eam solam gentem restare:* P m. 2. M. — P m. 1.: gestare. — PM: inpellique ad abolendam societatem (M: sotietatem) romanam posse. In Harl. I. excidit *ad*.

7. *ex iuuentute quidam Lucanorum pretio adsciti:* M m. 2. P. — M m. 1.: pretiū. — Codd. Gel.: asciti. Cf. 6, 40. — P m. 1.: clari magis inter populares quam onesti. — PM: *inter se mulcati ipsi uirgis:* h. e. cum semet ipsi alius alium virgis mulcassent. — M: in ciuium cętum. — P m. 1.: uociferati sunt se*d* quod cet. m. 2.: se.

11. *a coss. uirgis caesos:* PM al.] a consule cet. Quamquam solus Publilius Philo procos. ad Palaepolim fuerat, tamen *a consulibus* dictum esse potest, quo maior iniuria a Romanis inlata videretur, si non ab uno cons. sed a duobus tam crudeliter Lucani adolescentes vexati dicerentur, nec illi Lucani, qui ad concilium vocati erant, scire potuerunt, quid in re ficta veri esset. Atque illi adolescentes videri etiam poterant ex Samnio, ubi duo consules erant, venisse: cf. 8, 25. 2, 43.

iniuriae magis quam doli prae se ferret, concitati homines cogunt clamore suo magistratus senatum vocare, et alii circumstantes concilium bellum in Romanos poscunt alii ad concitandam in arma multitudinem agrestium discurrunt, tumultuque etiam sanos consternante animos decernitur ut societas cum Samnitibus renovaretur legatique ad eam rem

2. *circumstantes concilium:* PM rell. — Unus Leid. II.: consilium. Cf. 2, 28.: profecto si essent in re publica magistratus, nullum futurum fuisse Romae nisi publicum concilium. — P m. 1. Voss. II. al.: „ad concitand*um*": sed eadem dein manu antiqua videtur scriptum in P *concitandam.*

6. *legatique ad eam rem mittantur:* P] legatique ad eam rem mittuntur (Harl. I. Leid. I.). — M m. 1.: *legatique ad eam remitte | antur.* m. 2.: *ad eam rēmitte | antur:* ut coniici possit, librarium duas scripturas proponere voluisse, et *mitterentur* et *mittantur* (3, 70.): syllabam *re* enim persaepe excidisse neglegentia quadam librariorum notum est (8, 23.: gereret): nec minus saepe *a* et *e* confundebantur, cf. ex. gr. 8, 28.: aspern*a*bantur. — Quamquam haud ignoro, non minus Livium quam ceteros scriptores ex indirecta oratione interdum ad directam transire, et videri potest oratio hoc pacto fortior fieri, tamen haec duo *ut societas renovaretur* et *ut legati ad eam rem mittantur* tam arcte cum verbo *decernitur* cohaerere videntur, ut non ausim alterum ab altero divellere. et sane erat cur librarii Harleiani I. et Leid. I. — quorum licentia tot locis veram scripturam mutatam videmus — *mittantur* emendatum vellent, cum propter *renovaretur* scribendum fuisse *mitterentur* videretur, si Livius utrumque verbum ad *decernitur* referri voluisset. diligentes tamen homines non potest fugisse, cum alios bonos scriptores tum Livium et tempora verborum et modos permutare solere, si quid novi momenti mutata oratione exprimendum videretur, de qua re cf. 4, 19.: *videret.* 6, 40.: *si sint.* nec difficile videtur intellectu, Livium h. l., cum *mittantur* scriberet, dicere voluisse, decretum esse ut *primo quoque tempore* de ea re legati mitterentur: „da die allgemeine Aufregung auch besonnenere Gemüther mit fortriss, so wird der Beschluss gefasst, dass das Bündniss mit den Samniten erneuert werde, und dass sogleich deshalb Gesandte an sie abgeschickt würden".

mittantur. repentina res quia quam causam nullam tam ne fidem quidem habebat, coacti a Samnitibus et obsides dare et praesidia in loca munita accipere: caeci fraude et ira nihil recusarunt. dilucere deinde brevi fraus coepit post quam criminum falsorum auctores Tarentum commigravere, sed amissa omni de se potestate nihil ultra quam ut paeniteret frustra restabat.

XXVIII. Eo anno plebei Romanae velut aliud initium libertatis factum est, quod necti desierunt: mutatum autem ius ob unius feneratoris simul libidinem simul crudelitatem insignem. L. Papirius is fuit, cui cum se C. Publilius ob

1. *repentina res quia quam causam nullam tam ne fidem quidem habebat:* PM. — Leid. I. Voss. II. al.: qua causa nullam. Harl. I.: habeat. In Lov. 4. al. excidit *quidem.* — Cum huic tam repentinae consilii mutationi, utpote quae non idoneam haberet causam, ne fides quidem haberi posse videretur, Samnites, ne in insidias praecipitarent, obsides eius rei poposcerunt et ut praesidia sua in loca munita acciperentur: „weil dieser plötzliche Entschluss gleich wie er ganz ohne Veranlassung gekommen zu sein schien, so auch keinen Glauben erwecken konnte" u. s. w.

3. *caeci fraude et ira nihil recusarunt:* P m. 2. M. — P m. 1.: recussarunt.

4. *dilucere deinde breui fraus coepit post quam cet.:* PM. — Leid. I. al.: breuis. — PM: „sed amissa omnia (M: oīa) de se potestate". Fortasse scriptum fuit manu antiqua „omni iā de se potestate". Amiserant Lucani potestatem suam receptis in loca munita Samnitium praesidiis.

8. *plebei romanae:* M. — P rell.: plebi. Cf. 3, 64.: pariter patribus plebeique acceptus magistratu abiit (PM Harl. I. Leid. I.). al.

9. *quod necti desierunt:* PM Harl. I. Leid. I. Lov. 4. cod. Klock. — Cod. Sig.: quod ligari nexi desierunt. Pall. Voss. II. multique recc. codd.: quod ligari nectique desierunt.

— *mutatum autem ius ob unius feneratoris simul libidinem simul crudelitatem insignem:* P. — Leid. I.: mutatum autem ius est. — M: ab unius faeneratoris simul libidinem simul crudelitatem insignē. Lov. 4.: libidinem simul simul crudelitatem.

11. *L. Papirius is fuit:* P. — In M Harl. I. Leid. I. Voss. II. al. excidit *L.* — PM cod. Gel. Harl. I. Leid. I. Lov. 4. cod. Klock. al.: „cui cum se

aes alienum paternum nexum dedisset, quae aetas formaque in misericordiam elicere poterat, ad libidinem et contumeliam animum accenderunt: ut florem aetatis eius fructum adventicium crediti ratus primo perlicere adulescentem sermone incesto est conatus, dein, postquam aspernabantur flagitium aures, minis territare atque identidem ad-

2. publius ob aes alienum paternum nexum dedisset": nisi quod in Lov. 4. *paternum* praetermissum est. Salmasius *in nexum* scribendum censuit, sed supinum *nexum* non minus latine est.

1. *quae aetas formaque in misericordiam elicere poterat:* Lovel. II.] quae aetas formaque misericordiam elicere poterat. — PM: quae aetas formaquem (M: formaquē) misericordiam elicere poterat. Lov. 4.: ad misericordiam elicere poterant. — Cum *in* et *m* persaepe inter se confusa a librariis sint, nihil dubitavi eam quae in Lovel. II. servata est scripturam veriorem habere, praesertim cum *animum* non magis ad *accenderunt* quam ad *elicere* pertinere videretur. *poterat* autem scripsimus, quamvis et Gelenius in suis libris *poterant* invenisse vult, cum *aetas formaque* perinde cum singulari ac cum plurali coniungi possint nec seqüens *accenderunt* impedimento sit, quippe qua numerorum mutatione optimi quique scriptores usi sint.

3. *ut florem aetatis eius fructum aduenticium crediti ratus primo perlicere adulescentem sermone incesto est conatus:* PM Harl. I.] et florem aetatis eius fructum adventicium ratus, primo perlicere adolescentem cet. — *Ut* non *et* prope in omnibus mscriptis inventum est. In Pall. 1. 3. Voss. II. multisque recc. codd. non *crediti* sed *creditor ratus* scriptum est. „Nachdem er den Jüngling zuerst durch unzüchtige Reden für sein Vorhaben zu gewinnen versucht hatte — in der Meinung die Blüthe seines jugendlichen Alters für einen Nebenertrag des ausgeliehenen Capitals ansehen zu dürfen —, so fing er dann an zu drohen als" u. s. w. — Lov. 4. multique recc.: dein*de* postquam. cf. 6, 13. al. — P: postquam adspernabantur. M: postquam aspernebantur. — M: „cum ingenuitatis maguā p̄sentis conditionis memorem uideret": in quo cum *mag* pro *magis* scriberetur, hoc unum mendum factum est ut *q* post *g* excideret. M m. 3.: mag*n*ā p̄sentis cet. — P m. 1.: conditionis.

monere fortunae, postremo, cum ingenuitatis magis quam praesentis condicionis memorem videret, nudari iubet verberaque adferri. quibus laceratus iuvenis cum se in publicum proripuisset libidinem crudelitatemque conquerens feneratoris, ingens vis hominum cum aetatis miseratione atque indignatione iniuriae accensa tum suae condicionis liberumque suorum respectu in forum atque inde agmine facto ad curiam concurrit, et cum consules tumultu repentino coacti senatum vocarent, introeuntibus in curiam patribus laceratum iuvenis tergum procumbentes ad singulorum pedes ostentabant. victum eo die ob inpotentem iniuriam unius

5. *cum aetatis miseratione atque indignatione iniuriae accensa:* P cod. Klock. al.] cum aetatis miseratione atque indignitate iniuriae accensa (M). „— Da läuft eine grosse Masse von Menschen zusammen von Mitgefühl für das zarte Alter des Jünglings und von Unwillen über die ihm angethane Schmach ergriffen, besonders da auch sie für sich und ihre Kinder Ähnliches könnten zu fürchten haben". Cf. 30, 11.: inde excursiones in vicem fieri et, cum pulsos indignatio accenderet, plures subire. — M: ingens uis hominis cum aetatis miseratione atque indignitate iniuriae accensa. m. 3.: tum aetatis cet. — P m. 1. M: suae conditionis. — P: et cum coss. tumultu repentino coacti. M: et cum cos. tumultu cet.

11. *uictum eo die ob inpotentem iniuriam unius ingens uinculum fidei:* PM rell.: nisi quod in Lov. 4. est *eodem die.* — Tan. Faber non *victum* sed *ruptum* scribendum censuit: sed quamquam *victum* videri potest h. l. idem prope significare quod *ruptum fractum*, tamen longe alia vis in *victum* inest. cum enim plebs non ante quietura videretur quam omnis eius iniuriae potestas sublata esset, magnaque sine dubio utriusque civium partis contentio orta esset, et coacti consules essent legem ferre ne quis ob creditam pecuniam nervis teneri posset, tum sane *victum* videri oportuit illud vinculum fidei. magnum autem profecto vinculum fidei haberi potuit nexus, quo sublato nihil prope iuris de debitoribus relictum esset creditoribus. „So erlag an diesem Tage in Folge der zügellosen Härte eines Einzelnen das was ein so mächtiges Band für den Credit gewesen war". — P m. 1.:

ingens vinculum fidei, iussique consules ferre ad populum ne quis, nisi qui noxam meruisset donec poenam lueret, in conpedibus aut in nervo teneretur, pecuniae creditae bona debitoris non corpus obnoxium esset. ita nexi soluti cautumque in posterum ne necterentur.

XXIX. Eodem anno cum satis per se ipsum Samnitium bellum et defectio repens Lucanorum auctoresque defectionis Tarentini sollicitos haberent patres, accessit ut et Vestinus populus Samnitibus sese coniungeret. quae res sicut eo anno sermonibus magis passim hominum iactata quam in publico ullo concilio est, ita insequentis anni consulibus L. Furio Camillo iterum Iunio Bruto Scaevae nulla prior potiorque visa est de qua ad senatum referrent. et quamquam nova res erat, tamen tanta cura patres incessit ut pariter eam susceptam neglectamque timerent, ne aut inpunitas eorum lascivia superbiaque aut bello poenae ex-

iussuque coss̄. ferra ad populum. m. 2.: iussique coss̄. ferre. M: iussique cos̄. ferre. — M m. 4. P: *pecuniae* (M m. 1.: pecunia) *creditae bona debitoris non corpus obnoxium esset:* h. e. *et ut* pecuniae creditae cet.

7. *et defectio repens Lucanorum:* PM al. — Lov. 4.: „et defectio recens“: sed cf. 8, 27. ubi eadem res dicta fuerat repentina.

11. *in publico ullo concilio:* P. — M: in publico concilio. — PM: insequentis anni coss̄. L. Furio Camillo iterum Iunio Bruto Scaeuae.

13. *et quāquā noua res erat tamen tanta cura patres incessit:* PM rell. „Und obgleich man noch nicht wissen konnte, von welcher Bedeutung diese Verbindung der Vestiner mit den Samniten sein würde, so erfüllte die Sache den Senat doch mit so grosser Sorge dass“ u. s. w. Cum res novae atque inopinatae maiore cura animos quam quarum vis iam cognita esset afficere solerent, Dukerus non *nova res* sed *nota res* aut *non nova res* antiqua manu scriptum fuisse suspicatur. — PM: ut *pariter* eam susceptam neglectam*que* (M m. 1.: neclectamque) timerent. cf. 8, 6.: ita ut populo patribusque audita vox pariter sit. al. — P m. 2. M m. 2.: concirent finitimos populos. M m. 1.: populus. Cod. Klock.: concitarent finitimos populos. P m. 1.: conciperent cet.

petitae metu propinquo atque ira concirent finitimos populos. et erat genus omnè abunde bello Samnitibus par Marsi Pelignique et Marrucini, quos si Vestinus attingeretur omnes habendos hostes. vicit tamen pars quae in praesentia videri potuit maioris animi quam consilii, sed eventus docuit fortes fortunam iuvare: bellum ex auctoritate patrum populus adversus Vestinos iussit. provincia ea Bruto, Samnium Camillo sorte evenit. exercitus utroque ducti et cura tuendorum finium hostes prohibiti coniungere arma. ceterum alterum consulem L. Furium, cui maior moles rerum inposita erat, morbo gravi inplicitum fortuna bello subtraxit, iussusque dictatorem dicere rei gerendae causa longe clarissimum bello ea tempestate dixit L. Papirium Cursorem, a

2. *et erat genus omne abunde bello Samnitibus par Marsi Pelignique et Marrucini:* PM: „und dabei war jener ganze Strich, der die M. P. und M. umfasste, vollkommen an Kriegesmacht den Samniten gleich zu setzen". Cf. 8, 24.: ut pleraque eius *generis* ingenia sunt. — PM: „quos si uestinus attingeretur omnes habendos hostes": suppl. *necesse erat* vel simile quid. cf. 8, 24.: eoque ocius transmisisse.

5. *sed euentus docuit fortes fortunam iuuare:* M. — P: quam consulii (m. 2.: consilii) sed euentus docuit fortunam iuuare. — Cf. Cic. Tusc. 2, 4. 11. „*Fortis* enim non modo *fortuna adiuvat*, ut est in vetere proverbio, sed multo magis ratio, quae quibusdam quasi praeceptis confirmat vim fortitudinis". — Harl. I.: uideri potuerit.

7. *prouincia ea Bruto Samnium Camillo sorte euenit:* M m. 4. P. — M m. 1.: prouinciȩ ea. In Harl. I. Leid. I. Voss. II. al. excidit *ea*. — Lovel. 4.: exercitus utrobique ducti. — P: prohibiti coniugere arma.

9. *ceterum alterum coš. L. Furium:* M. — P: ceterum alterum coss̄. Lov. 4. al.: ceterum alterum consulum. Cf. 8, 23.: ab utroque coš. — PM: „*iussusque dictatorem dicere rei gerendae causa*". Quem ad modum 7, 3. al. dictatorem clavi figendi causa dictum, 7, 28. feriarum constituendarum causa, 8, 23. comitiorum causa, 9, 26. quaestionibus exercendis. 7, 9. al. belli causa, sic h. l. rei gerendae causa dictum legimus.

13. *a quo Q. Fabius:* P m. 2. — P m. 1.: a quò que fabius maximus rutilianus. M m. 1.: l. papirium cursorem | † quoq. fabius maximus rutilianus.

quo Q. Fabius Maximus Rullianus magister equitum est dictus, par nobile rebus in eo magistratu gestis, discordia tamen, qua prope ad ultimum dimicationis ventum est, nobilius. ab altero consule in Vestinis multiplex bellum nec usquam vario eventu gestum est: nam et pervastavit agros et populando atque urendo tecta hostium sataque in aciem invitos extraxit, et ita proelio uno accidit Vestinorum res haudquaquam tamen incruento milite suo, ut non in castra solum refugerent hostes sed iam ne vallo quidem ac fossis freti dilaberentur in oppida situ urbium moenibusque se defensuri. postremo oppida quoque vi expugnare adortus primo Cutinam ingenti ardore militum aut vulnerum ira, quod haud fere quisquam integer proelio excesserat, scalis cepit, deinde Cingiliam. utriusque urbis praedam militibus, quod eos neque portae nec muri hostium arcuerant, concessit.

XXX. In Samnium incertis itum auspiciis est: cuius rei vitium non in belli eventum, quod prospere gestum est,

m. 2.: | ab eo quoq. fabius. — Sigonius scripsit *Q. Fabius Maximus Rullianus* sec. fragm. Capit. a. 432. — Cf. 24, 9. 30, 26. ubi *Maximus Rullus* nominatur.

4. *ab altero coš. in bestinis multiplex bellum nec usquam uario euentu gestum est:* PM: nisi quod in M m. 1. „uario uentu" fuit. — Paulo post M: inacieinuictos extraxit. — P: haudquaquam tamen ingruente milite suo. — M m. 1.: dilauerentur. — M: menibusq. — Verba „urbium moenibusque se defensuri", quae in oratione integra exciderant, adscripta sunt margini in P.

11. *postremo oppida quoque ui expugnare adortus:* M. — P: adhortus. — PM: cutinam. Harl. I.: cutenam. Leid. I. Voss. II. al.: catenam. — M: aut ʹuulneratum ira quod hau ferre quisquam. m. 2.: haud. Recc. quid. codd.: ac uulnerum ira. — Paulo post PM Harl. I. Leid. I. al.: quod eos neque portae nec muri hostium arguerant. cf. 6, 25.: arcuerunt.

16. *cuius rei uitium non in belli euentum quod prospere gestum est sed in rabiem atque iras imperatorum uertit:* M Harl. I. cod. Gel. — Lov. 4. al.: cuius rei initium. — Leid. I. Voss. II. Pall. multique recc. codd.: gestum esset. — Gärtn.: in rabiem atque in iras. — P: „in rabiem atque iras imperatorum uertit2-". h. e.: *uer-*

sed in rabiem atque iras imperatorum vertit. namque Papirius dictator a pullario monitus cum ad auspicium repetendum Romam proficisceretur, magistro equitum denuntiavit ut sese loco teneret neu absente se cum hoste manum consereret. Q. Fabius cum post profectionem dictatoris per

titur: sed persaepe in antiquis libris legitur *uertere* pro *uerti.* cf. 5, 49.: iam verterat fortuna. 2, 3.: libertatem aliorum in suam vertisse servitutem inter se conquerebantur. al.

1. *namque Papirius dictator a pullario* (m. 1.: pullaro) *monitus cum ad auspitium repetendum Romam proficisceretur:* P. — M: namque papirius dictator | *papirius dictator* a pullario munitus cum ad auspicium repetendum romā procisceretur.

4. *neu absente se cum hoste manum consereret:* M m. 2. — In M m. 1. et in P scriptum est *manu consereret,* sed non dubito quin illa manus altera in M veram huius loci scripturam restituerit. nam quamquam vel interpretatio illa Enniani versus ab Aulo Gellio 20, 10. proposita docet, recte scriptum esse in optimis Ciceronianis codd. orat. pro Mur. 14. „non ex iure *manu* consertum sed ferro — rem repetunt", nec opinio eorum probari potest qui hoc similibusq. locis de or. 1, 10. al. *manu* ex mscriptorum auctoritate scribendum sed *manum* intelligendum esse contenderint, tamen hoc dicendi genus ab Livianis locis abhorrere videtur. et 30, 31. ubi in omnibus antiquis libris Liv. sic scriptum est „cum prope *manu* consertum restitantem ac tergiuersantem in africam adtraxerim, nulla sum tibi verecundia obstrictus", non *manu consertum* cohaerent sed *cum prope manu adtraxerim,* et supinum *consertum* idem fere quod *ad certamen conserendum* significat. — Cf. 9, 27.: conserentibus manus. 1, 25.: consertis manibus. 21, 39.: ut cum hoste — manus consereret. 21, 29.: an cum eo — manus consereret. al. 21, 41.: qua parte copiarum con serendi manum fortuna data est. 27, 33.: cupiditate conserendi cum hoste manum. 25, 11.: cum prohibentibus opus Romanis manum posse conseri. al. — 44, 4.: levis armatura — cum levi armatura conserere. 21, 50.: sic ubi conserta navis esset (scil. cum nave). — 21, 1.: haud ignotas belli artes inter sese sed expertas primo Punico conserebant bello. — 35, 4.: conserere certamen. 21, 4.: conserto proelio. al.

5. *Q. Fabius*] Fabius (P). —

exploratores conperisset perinde omnia soluta apud hostes esse ac si nemo Romanus in Samnio esset, seu ferox adulescens indignitate accensus quod omnia in dictatore viderentur reposita esse, seu occasione bene gerendae rei inductus, exercitu instructo paratoque profectus ad Inbrinium — ita vocant locum — acie cum Samnitibus conflixit. ea fortuna pugnae fuit ut nihil relictum sit quo, si adfuisset dictator, res melius geri potuerit: non dux militi non miles duci defuit: eques etiam auctore L. Cominio tribuno militum, qui aliquotiens impetu capto perrumpere non poterat hostium agmen, detraxit frenos equis atque ita concitatos calcaribus permisit ut sustinere eos nulla vis posset: per arma per viros late stragem dedere: secutus pedes impe-

M: „*que fabius*“: cum *que* scriberetur pro *q.* ut saepissime alias. cf. 6, 6.: Q. Servili. 8, 23.: Q. Publilius Philo.

1. *omnia soluta apud hostes esse:* M Harl. I. al.] omnia soluta apud hostes (P). — In Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al. scriptum quidem est *omnia soluta apud hostes esse,* sed quae sequuntur *ac si nemo romanus in samnio esset* exciderunt. — Cf. 5, 21.: cum tot per dies nemo se ab stationibus Romanus movisset. 3, 60. al. — PM: seu ferox adulescens. — P: seu occassione.

5. *exercitu instructo paratoque profectus:* M m. 2. P. — M m. 1.: exercitus instructus paratoque cet. — PM: ad inbrinium. Harl. I. al.: ad umbrinium. In Leid. I. Voss. II. Pall. 1. 3. Lov. 4. multisque aliis codd. praetermissa sunt *profectus ad inbrinium.* — M: ita uocant locum. P: ita uacani locum.

7. *quo si adfuisset dictator res melius geri potuerit:* M. — P al.: quod si adfuisset dictator cet.

9. *auctore L. Cominio tr. militum:* P m. 2. M. — P m. 1.: l. comunio. — PM: qui aliquotiens impetu capto perrumpere non poterat hostium agmen. Cf. 7, 24.: cuneis deinde in medium agmen perrumpunt. — M: detraxit frenos adq. | ita concitatos calcaribus permisit. M m. 2.: frenos eqs adq. | ita cet. Cf. 3, 70.: qua permissus equitatus turbaverat ordines.

12. *per arma per uiros late stragem dedere:* PM. In Lov. 4. excidit *late.* — Paulo post PM: xx mil hostium caesa eo die traduntur. — M m. 1.: apud antiquissimoscriptores: — P m. 1.: praetermissa est.

tum equitum turbatis hostibus intulit signa: viginti milia hostium caesa eo die traduntur. auctores habeo bis cum hoste signa conlata dictatore absente, bis rem egregie gestam: apud antiquissimos auctores una haec pugna invenitur, in quibusdam annalibus tota res praetermissa est. Magister equitum ut ex tanta caede multis potitus spoliis congesta — ingentem acervum — hostilia arma subdito igne concremavit, seu votum id deorum cuipiam fuit seu credere libet Fabio auctori eo factum ne suae gloriae fructum dictator caperet nomenque ibi scriberet aut spolia in triumpho ferret. litterae quoque de re prospere gesta ad senatum non ad dictatorem missae argumentum fuere minime cum eo communicantis laudes: ita certe dictator id factum accepit, ut laetis aliis victoria parta prae se ferret iram tristitiamque. misso itaque repente senatu se ex curia proripuit, tum vero non Samnitium magis legiones quam maiestatem dictatoriam et disciplinam militarem a magistro equitum victam et eversam dictitans si illi inpune spretum imperium fuisset.

6. *congesta ingentem aceruum hostilia arma subdito igne concremauit:* PM] congesta in ingentem acervum hostilia arma cet. Cf. 45, 33.: cetera omnis generis arma cumulata — ingentem acervum — ipse imperator face subdita succendit. — Paulo ante scriptum erat m. 1. in M „multis petitus spoliis", sed m. 2. *potitus* restitutum est.

8. *seu uotum id deorum cuipiam fuit:* P. — M: seu uotum id eorum cuipiam fuit. — PM: seu credere libet fabio auctori eo factum cet. Lov. 4.: seu credere fabio libet auctori eo factum cet. Cf. 1, 44.: scriptorum antiquissimus Fabius Pictor. — PM: *nomenque ibi scriberet:* h. e. nomenque suum adscriberet spoliis quae in templis figerentur. Multi recc. codd.: nomenque *sibi* scriberet.

12. *argumentum fuere minime cum eo communicantis laudes:* M Harl. I. Leid. I. Pall. Voss. II. Lov. 4. al. — P: communicantis laude. Recc. quid. codd.: communicandas laudes.

18. *si illi inpune spretum imperium fuisset:* PM: „wenn jenem ungestraft dieser Ungehorsam gegen den Befehl des Dictators hingehen sollte": sed *illi* pendere quoque potest ex *spretum:* cf. ex. gr. 8, 24.: pars ipsis retenta ad ludibrium.

itaque plenus minarum iraeque profectus in castra cum maximis itineribus isset, non tamen praevenire famam adventus sui potuit: praecurrerant enim ab urbe qui nuntiarent dictatorem avidum poenae venire alternis paene verbis T. Manlii factum laudantem.

XXXI. Fabius contione extemplo advocata obtestatus milites est ut, qua virtute rem publicam ab infestissimis hostibus defendissent, eadem se cuius ductu auspicioque vicissent ab inpotenti crudelitate dictatoris tutarentur: venire amentem invidia iratum virtuti alienae felicitatique, furere quod se absente res publica egregie gesta esset, malle si mutare fortunam posset apud Samnites quam Romanos victoriam esse: imperium dictitare spretum, tamquam non eadem mente pugnari vetuerit qua pugnatum doleat: et tunc invidia inpedire virtutem alienam voluisse cupidissimisque

3. *praecurrerant:* PM] praecucurrerant (Harl. I. Leid. I. al.). — P: p̄currerant. — P: alternis poene uerbis. M: paene.

6. *Fabius contione extemplo aduocata obtestatus milites est ut qua uirtute remp̄. ab infestissimis hostibus defendissent eadem se cuius ductu auspicioque uicissent ab inpotenti crudelitate dictatoris tutarentur:* PM. Fabium gloriosius quam verius haec de se praedicare, cum dictatoris ductu auspicioque resp. gereretur, neminem fugerit. non scriptoris igitur is error est, qui Fabium pro ingenio suo dicentem fecerit.

9. *uenire amentem inuidia:* P m. 2. M. — P m. 1.: uenisse. — PM Harl. I. Leid. I.: quod se absente resp̄. egregie gesta esset. M m. 1.: egrecie. Cod. Sig. aliique recc.: res egregie gesta esset. Cf. ex. gr. 3, 19.: tum hercule illo die quo ego consul sum creatus, male gesta resp̄. est. — P m. 2. M: si mutare fortunam posset. P m. 1.: situmutare cet. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. multique alii recc. codd.: possit. — Harl. I. Leid. I.: uictoria esset. PM: uictoriam esse.

13. *imperium dictitare spretum tamquam non eadem mente pugnari uetuerit qua pugnatum doleat:* PM Harl. I. Leid. I. — Pall. 1. 3. multique recc. codd.: dolere imperium dictaturae spretum tamquam non eadem mente cet.

14. *et tunc inuidia inpedire uirtutem alienam uoluisse:* M m. 2. — M. m. 1. P: inuidiam. — M Harl. I.: cupidissimusque.

arma ablaturum fuisse militibus ne se absente moveri possent, et nunc id furere id aegre pati quod sine L. Papirio non inermes non manci milites fuerint, quod se Q. Fabius magistrum equitum duxerit ac non accensum dictatoris. quid illum facturum fuisse si, quod belli casus ferunt Marsque communis, adversa pugna evenisset, qui sibi devictis hostibus re publica bene gesta ita ut non ab illo unico duce melius geri potuerit — supplicium magistro equitum minetur! neque illum magistro equitum infestiorem quam tribu-

2. *et nunc id furere id aegre pati:* P. — M: et tunc id furere cet. — *Id* est accusativus absol. idem fere quod *propter id* significans. cf. 8, 24.: quod ubi respexit rex. — PM: non inermes non manci fuerint. Harl. I.: non inermes non mancipi fuerint. Cf. 7, 13.: tu imperator noster — exercitum tuum sine animis sine armis sine manibus iudicas esse et — de nobis ita desperasti ut te mancorum ac debilium ducem iudicares esse.

3. *quod se Q. Fabius magistrum equitum duxerit:* PM. In Drakenb. codd. et Pall. excidit *Q.* — PM Harl. I. Leid. I. Lov. 4. cod. Klock.: ac non accensus dictatoris. Pall. 1. 3.: accensis. Lovel. 2.: accessum.

5. *quod belli casus ferunt marsque communis:* PM al. — Harl. I.: quid belli casus fertur cet. — P: aduersa pugna euenisset. M (Harl. I. Leid. I.): aduersa pugnę uenisset. — PM: rep. bene gesta. Voss. II. al.: re bene gesta. — In eis quae deinde sequuntur, et hoc loco ita erratum a librariis codicum PM est quem ad modum (cf. T. Livi l. XXX. p. XLVII.) 30, 15. „*fide*“ erratum ostendimus, ut quae verba in integra oratione exciderant marginique vel antiqua vel recentiore manu adscripta erant, manu emendatrice non suo sed alieno loco interponerentur. in PM enim h. l. scriptum est „supplicium magistro equitum *tunc uictorem uelut in capto exercitu* infestiorem“ cet.: quae media verba eius loci sunt qui septem versibus post legitur: ibique in M scriptum est „extinxisset *minetur ne* | *q. illum magistrū* | *equitū* dominantem quid | quid“ cet., ut *magistro* pro *magistrū* scripto etiam ex M vera prioris loci scriptura restitui possit. in P vero hoc altero loco nihil invenimus nisi hoc „extinxis | set dominantem quidquid cet. Cf. quoque 5, 39.: primo adventus.

9. *infestiorē quā tribunis mi-*

nis militum quam centurionibus quam militibus esse: si possit, in omnes saeviturum fuisse: quia id nequeat, in unum saevire — etiam invidiam tamquam ignem summa petere — in caput consilii in ducem incurrere: si se simul cum gloria rei gestae extinxisset, tunc victorem velut in capto exercitu dominantem, quidquid licuerit in magistro equitum, in militibus ausurum. proinde adessent in sua causa omnium libertati: si consensum exercitus eundem qui in proelio fuerit in tuenda victoria videat et salutem unius omnibus curae esse, inclinaturum ad clementiorem sententiam animum: postremo se vitam fortunasque suas illorum fidei virtutique permittere.

XXXII. Clamor est tota contione ortus uti bonum animum haberet, neminem illi vim adlaturum salvis legionibus Romanis. haud multo post dictator advenit classicoque extemplo ad contionem advocavit. tum silentio facto praeco Q. Fabium magistrum equitum citavit, qui simul ex infe-

litum quam centurionibus quam militibus esse: P. — M: infestiorē quam | quam tribunis militū cet. — PM: si possit in omnes saeuiturum fuisse. Harl. I.: si posset. Iac. Perizonius *saeuiturum esse* scribendum esse coniecit.

3. *etiam inuidiam tamquam ignem summa petere:* P m. 1. — P m. 2.: summā. M: summam. — *Ignem* h. e. fulmen.

11. *postremo se uitam fortunasque suas illorum fidei uirtutique permittere:* PM. — Pall. 1. 3. Lov. 4. al.: uitamque fortunasque suas. — Leid. I. al.: illorum fide uirtutique permittere. Cf. 5, 13.: insanabili pernicie.

13. *clamor est tota contione ortus:* Pall. 1. 3. al. — M (Harl. I. Leid. I.): clamor ē | tota contione ortus. P: clamor e tota contione ortus. Lov. 4.: clamor tota contione ortus.

16. *tum silentio facto praeco Q. Fabium magistrum equitum citauit:* P m. 2. — P m. 1.: tum silentio factoq. pcoq. fabio māg equitum citauit. m. 2.: facto pcoq. fabiū. M: tum silentio facto praeco fabiū | magister equitum citauit. m. 2.: magistēr. Et in Harl. I. Leid. I. Voss. II. multisque aliis excidit *Q.* — PM: qui simul ex inferiore loco ad tribunal accessit tum dictator quaero inquit de te q. fabi cet. Leid. I. Voss. II. al.: ex inferiori loco.

riore loco ad tribunal accessit, tum dictator „quaero“ inquit „de te Q. Fabi, cum summum imperium dictatoris sit pareantque ei consules — regia potestas — praetores isdem auspiciis quibus consules creati, aequum censeas necne magistrum equitum dicto audientem esse? itemque illud interrogo, cum me incertis auspiciis profectum ab domo scirem, utrum mihi turbatis religionibus res publica in discrimen committenda fuerit an auspicia repetenda ne quid dubiis dis agerem? simul illud, quae dictatori religio inpedimento ad rem gerendam fuerit, num ea magister equitum solutus ac liber potuerit esse? — sed quid ego haec interrogo, cum si ego tacitus abissem tamen tibi ad voluntatis interpretationem meae dirigenda tua sententia fuerit: — quin tu respondes, vetuerimne te quicquam rei me absente agere, vetuerimne signa cum hostibus conferre? quo tu im-

3. *pareantque ei coss̄. regia potestas praetores hisdem auspiciis quibus coss̄. creati:* PM. cf. 8, 25.: isdem quibus ante placandis.

6. *cum me incertis auspiciis profectum ab domo scirem:* PM. — Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: a domo. — P: turbatis relegionibus. — PM: resp̄. in discrimen committenda (P: cōmittenda) fuerit.

8. *ne quid dubiis dis agerem:* P m. 2. M] ne quid dubiis diis agerem. — P m. 1.: ne quit. — M: simul illut. — M: num ea magīs equitū solutus ac liber potuerit ēē sed quid ego cet. — M: tamen tibi ad uoluntatis interp̄tationemeae dirigenda tua sententia fuerit.

14. *quin tu respondes:* PM cod. Gel. — Lov. 4. al.: responde. — Harl. I.: uetuerim nec te quidquam rei me absente agere uetueram nec signa cet.

15. *quo tu imperio meo spreto:* PM al. Recentiores quidam librarii *quo* non relativum pronomen sed interrogativum rati esse alii *quo tu modo* alii *quo modo tu imperio spreto* scribi voluerunt, atque etiam Ant. Perizonio *qui tu* placuisse videtur. „Kannst du es läugnen dass ich dir verboten in meiner Abwesenheit dich auf einen Kampf mit dem Feinde einzulassen? und du hast es dennoch gewagt mit Hintansetzung dieses meines Befehles eine Schlacht zu liefern“. — P: turbatis relegionibus. — P: disciplinamque maiorem. m. 2.: maiorum.

perio meo spreto incertis auspiciis turbatis religionibus adversus morem militarem disciplinamque maiorum et numen deorum ausus es cum hoste confligere. ad haec quae interrogatus es responde at extra ea cave vocem mittas. accede lictor". adversus singula quae cum respondere haud facile esset et nunc quereretur eundem accusatorem capitis sui ac iudicem esse, modo vitam sibi eripi citius quam gloriam rerum gestarum posse vociferaretur purgaretque se in vicem atque ultro accusaret, tunc Papirius redintegrata ira spoliari magistrum equitum ac virgas et secures expediri iussit. Fabius fidem militum inplorans lacerantibus vestem lictoribus ad triarios tumultum iam in contionem miscentes

3. *ad haec quae interrogatus es responde at extrà ea caue uocem mittas*] ad haec quae interrogas es responde. extra ea cave vocem mittas. — PM Voss. II.: „ad haec quae interrogatus est respondeat extra ea caue uocem mittat": nisi quod in M m. 1.: *uoce* erat. Harl. II. al.: quae interrogatus es respondeas. Recc. quidam codd.: caue ne uocem mittas. Lov. 4.: caue uox emittatur. Leid. I.: cave uoce mittatur. Harl. I.: caue uox nece mittatur. — Omnem errorem ex eo ortum esse, quod *responde at* pro uno verbo habitum est, apparet.

5. *aduersus singula quę cum respondere haud facile esset:* M (Harl. I. Leid. I. Pall. 1. 3. Voss. II. al.)] adversus quae singula cum cet. — P: aduersusque cum respondere cet. — P: accussatorem. — M m. 1.: modo sibi eripi. m. 2.: modo uitā sibi eripi. — P: uociferaretur. Harl. I. al.: uociferatur. M: uociferetur. — P m. 1.: pugnaretque se in uicem atque ultro accussaret. m. 2.: purgaretque — accusaret. M: adque ultro cet. — Leid. I.: redintegratura. Harl. I.: impediri iussit. — Ad *nunc* — *modo* cf. Ovid. Metam. 13, 922.: Nam modo ducebam ducentia retia pisces, Nunc in mole sedens moderabar harundine linum.

12. *tumultum iam in contionē miscentes:* M] tumultum iam in contione miscentes (P). — Quonam alio loco quaeso quam in contione, in qua et triarii et reliqui milites constiterunt? cur igitur id quod nemo nesciebat dici necesse erat? Vera scriptura servata est in M *in contionem* h. e. per contionem, in omnes contionis partes. In Harl. I. scriptum est *in contentione*. — M m. 1.: ad trios. m. 3.: ad triarios.

sese recepit. inde clamor in totam contionem est perlatus: alibi preces alibi minae audiebantur: qui proximi forte tribunali steterunt, quia subiecti oculis imperatoris noscitari poterant, orabant ut parceret magistro equitum neu cum eo exercitum damnaret: extrema contio et circa Fabium globus increpabant inclementem dictatorem nec procul seditione aberant. ne tribunal quidem satis quietum erat: legati circumstantes sellam orabant ut rem in posterum diem differret et irae suae spatium et consilio tempus daret: satis castigatam adulescentiam Fabii esse, satis deformatam victoriam: ne ad extremum finem supplicii tenderet neu unico iuveni neu patri eius clarissimo viro neu Fabiae genti eam iniungeret ignominiam. cum parum precibus parum causa proficerent, intueri saevientem contionem iubebant:

2. *alibi preces alibi minae audiebantur*: P. — M: alibi cresces alibi minae cet.

— *qui proximi forte tribunali steterunt:* M] qui proximi forte tribunal steterant (Pall. 1. 3.). — P: qui proximo forte tribunali steterant. — Non tam *qui steterant* quam *qui etiam tunc steterunt:* sed plusquamperfectum propter *orabant* et *increpabant* ponendum videbatur, quamquam verbi *steterunt* longe alia ratio h. l. est quam sequentium.

4. *orabant ut parceret magistro equitum neu cum eo exercitum damnaret:* PM. — Harl. I. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. multique alii codd.: ne cum eo exercitum damnaret. Lov. 3.: nec cum eo cet. — Dein in PM scriptum est: „extrema contio et circa fabium *glomis* increpabant inclementem dictatorem": quod haud scio an verum sit. *glomis* enim vel *glomus* idem h. l. poterat significare quod *globus*. — Cod. Klock.: glonus. Harl. I. al.: „globi", quasi *increpabant* ad singularem nominis collectivi numerum referri non posset.

7. *ne tribunal quidem satis quietum erat:* PM. — Recc. quid. codd.: nec tribunal quidem cet. — M: spaciū.

9. *satis castigatam adulescentiam fauii esse:* PM. — Cod. Klock.: satis castigatum adolescentem fabium esse.

13. *cum parum precibus parum causa proficerent:* P. — M: cum patrum precibus cet. m. 2.: cum parum precibus. — P: intueri saeuientem contionem iuuebant.

ita inritatis militum animis subdere ignem ac materiam seditioni non esse aetatis non prudentiae eius: neminem id Q. Fabio poenam deprecanti suam vitio versurum sed dictatori, si occaecatus ira infestam multitudinem in se pravo certamine movisset: postremo ne id se gratiae dare Q. Fabii crederet, se ius iurandum dare paratos esse non videri e re publica in Q. Fabium eo tempore animadverti.

XXXIII. His vocibus cum in se magis incitarent dictatorem quam magistro equitum placarent, iussi de tribunali descendere legati, et silentio nequiquam per praeconem temptato cum prae strepitu ac tumultu nec ipsius dictatoris nec apparitorum eius vox audiretur, nox velut in proelio certamini finem fecit. magister equitum iussus postero die adesse, cum omnes adfirmarent infestius Papirium exarsurum agitatum conventione ipsa exacerbatumque, clam ex castris Romam profugit, et patre auctore M. Fabio, qui ter iam consul dictatorque fuerat, vocato extemplo senatu cum

2. *non esse aetatis non prudentiae eius:* P. — M: non esse aetatis ñ prudentię eĩ. — M m. 1.: uitio uersuram. m. 2.: uersurum. — PM: occecatus.

5. *postremo ne id se gratiae dare q. fabii crederet:* PM. — Lov. 4. al.: id se gratiae dare q. fabio. — Harl. I.: gratiae daret fabii. — P: non uideri e rep̄ in q. fabium eo tempore animaduerti. M et Drakenb. codd.: in fabium. — Voss. II. al.: non uideri expedire reipublicae.

9. *quam magistro equitum placarent:* PM Harl. I. Leid. I. al.] quam in magistrum equitum placarent (Pall. Voss. II.). Leid. I. al.: quam magistrum cet. — P m. 1.: iussi de tribunalib; discedere legati. P m. 2. M: iussi de tribunali descendere legati. Harl. I. Leid. I. al.: de tribunalibus.

10. *et silentio nequiquam per praeconem temptato prae strepitu* (P: p̄ strepitu) *ac tumultu:* PM. — *Cum* excidit quoque in Harl. I. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.

15. *agitatum conuentione ipsa exacerbatumque:* PM Harl. I. Leid. I. Pall. al.] agitatum contentione ipsa cet. — „Aufgeregt und erbittert gerade über diese gemeinsame Auflehnung Aller gegen ihn".

17. *cum maxime conquereretur apud patres uim atque* (M: adq.) *iniuriam dictatoris:* PM: „und als er hier, nachdem er auf den Rath seines Vaters des M. Fabius sogleich

maxime conquereretur apud patres vim atque iniuriam dictatoris, repente strepitus ante curiam lictorum summoventium auditur: et ipse infensus aderat, postquam conperit profectum ex castris, cum expedito equitatu secutus. iterata deinde contentio et prendi Fabium Papirius iussit. ubi cum deprecantibus primoribus patrum atque universo senatu perstaret in incepto inmitis animus, tum pater M. Fabius „quando quidem“ inquit „apud te nec auctoritas senatus nec aetas mea cui orbitatem paras, nec virtus nobilitasque magistri equitum a te ipso nominati valet, nec preces quae saepe hostem mitigavere, quae deorum iras placant, tribunos plebis appello et provoco ad populum eum-

den Senat berufen, sich auf das lebhafteste über die gewaltthätige Verfahrungsweise des Dictators beklagte“. — Harl. I. Leid. I.: conqueretur. — In Harl. I. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al. verba *dictatoris repente strepitus ante curiam* neglegenter praetermissa sunt. — Harl. I.: audiator.

3. *et ipse infensus aderat:* PM rell. Maxima orationis vis posita est h. l. in particula *et*.

4. *iterata deinde contentio et prendi Fabium Papirius iussit:* P. — M Harl. I. Leid. I.: iterat deinde contentio et cet. Lov. 4.: iteratur deinde contentio. Neapol. Latinii: iterata deinde contentione prendi cet.

5. *ubi cum deprecantibus primoribus patrum atque* (P: adq.) *uniuerso senatu perstaret in incepto inmitis animus:* PM. In recc. quibusdam codd. scriptum est „perstaret incepto“.

12. *tribunos plē appello et prouoco ad populum:* PM. Cf. 2, 18.: „creato dictatore — magnus plebem metus incessit ut intentiores essent ad dicto parendum: neque enim ut in consulibus qui pari potestate essent, alterius auxilium neque provocatio erat, neque ullum usquam nisi in cura parendi auxilium“. Nihilo minus tamen, quod penes populum omnium rerum esset potestas neque quidquam dictatoris iram mitigare posse videretur, M. Fabius ad populum provocavit, si forte is rei tantae atrocitate exacerbatus dictatori resistere vellet, quem ad modum in simili re decemviris restitissent, qui magistratus et ipsi sine provocatione fuissent. — Paulo ante scriptum erat m. 1. in M *mitigare*, M m. 2. P: mitigauere.

— *eumque tibi fugienti exercitus tui fugienti senatus*

que tibi fugienti exercitus tui fugienti senatus iudicium iudicem fero, qui certe unus plus quam tua dictatura potest polletque: videro cessurusne provocationi sis, cui rex Romanus Tullus Hostilius cessit". ex curia in contionem itur. quo cum paucis dictator, cum omni agmine principum magister equitum cum escendisset, deduci eum de rostris Papirius in partem inferiorem iussit. secutus pater „bene agis" inquit, „cum eo nos deduci iussisti unde et privati vocem mittere possemus". ibi primo non tam perpetuae orationes quam altercatio exaudiebantur: vincit deinde stre-

iudicium iudicem fero: PM. — In Harl. I. exciderunt verba „fugienti exercitus tui". — Cf. 3, 24.: multi privatim ferebant Volscio iudicem. — M: uidero gessurusne prouocationi sis. — *Tullus Hostilius:* cf. 1, 26.: tum Horatius auctore Tullo clemente legis interprete „provoco" inquit. ita de provocatione certatum ad populum est.

4. *ex curia in contionem itur:* M. — P: ex curia in contionem igitur quo cū cet. — PM: quo cum paucis dictator cum omni agmine principum magister equitum (M: aequitum) escendisset. P m. 2. M m. 2.: ascendisset. Haec coniunctio *cum* praetermissa est in omnibus quoque Drakenb. codd. post „equi*tum*". Harl. I.: principium. Harl. I. cod. Klock. al.: escendisset. — Leid. I.: eum deduci.

7. *bene agis inquit cum eo nos deduci iussisti unde et priuati uocem mittere possemus:* P. „Du verfährst sehr gütig, sprach er, dass (in sofern als, indem) du uns dahin zu führen befohlen hast, von wo wir auch ohne ein Staatsamt zu bekleiden zum Volke sprechen könnten". Cf. ex. gr. 30, 11.: inde excursiones in vicem fieri et, cum pulsos indignatio accenderet, plures subire: quod inritamentum certaminum equestrium est, *cum* aut vincentibus spes aut pulsis ira *adgregat* suos. — M: „bene agis *cum* eo nos deduci *iussisti* unde et priuati uocem mittere posseimus": h. e. vel *possemus* vel *possimus*. minus tamen placet hoc alterum *possimus* propter *bene agis*. sed manu altera *i* erasum est.

9. *ibi primo non tam perpetuae orationes quam altercatio exaudiebantur:* PM. — Harl. I. al.: in primo. — I. Fr. Gron. pro Liviana scribendi ratione *exaudiebatur* malebat.

10. *uincit deinde strepitum:* M] vicit cet. (P). Cf. 9, 6. — P

pitum vox et indignatio Fabi senis increpantis superbiam crudelitatemque Papiri: se quoque dictatorem Romae fuisse nec a se quemquam ne plebis quidem hominem non centurionem non militem violatum: Papirium tamquam ex hostium ducibus sic ex Romano imperatore victoriam et triumphum petere. quantum interesse inter moderationem antiquorum et novam superbiam crudelitatemque: dictatorem Quinctium Cincinnatum in L. Minucium consulem ex obsidione a se ereptum non ultra saevisse quam ut legatum eum ad exercitum pro consule relinqueret: M. Furium Camillum in L. Furio, qui contempta sua senectute et auctoritate foedissimo cum eventu pugnasset, non solum in praesentia moderatum irae esse ne quid de collega secus populo aut senatui scriberet, sed cum revertisset potissimum ex tribunis consularibus habuisse quem ex collegis optione ab senatu data socium sibi imperii deligeret. nam populi

m. 1.: strepidum. — P: faui senis. — PM: papiri.

3. *nec a se quemquam:* PM. — M: „ne plebeis quidem hominem non centurionem non militem uiolatum"; h. e. vel *plebei* vel *plebis*. — P m. 1.: nec plebis quidem hominem non in centurione non milite uiolatum. m. 2.: non centurionē non militē.

6. *quantum interesse* restituit I. Fr. Gronovius, cum in codd. mscriptis inveniretur *quantum interesset.* sexcenties enim ita *et* atque *e* confusa sunt. — PM: interessæ. Leid. I.: interest. — P: dictatorem quintium cincinnatum. M: dictatorem quintium cicinnatum. Cf. 3, 29. — PM: in l. minutium cōs. ex obsidione a se areptum. P m. 2.: ereptum. — Leid. I. al.: non ultra saeuisset. — M: pro cons̄. relinqueret. P: ꝓcons̄. relinqueret.

12. *non solum in praesentia moderatum irae esse:* P. — M: moderatum prae esse. — PM: „ne quid de collega secus populo aut senatui scriberet". neminem fugerit, h. l. *aut* scriptum non esse pro *atque*. — P: potissimum ex tribunis consularibus habuissæ. M: habuisse. — P: obtione ab senatu data. Harl. I.: obitione ab senatu datu. M: sotium.

16. *deligeret:* Voss. II. Lov. 4. multique alii recc. codd.] delegerit (P m. 2.). — P m. 1. M m. 1.: deligerit. Leid. I. al.: delegeret.

quidem, penes quem potestas omnium rerum esset, ne iram quidem umquam atrociorem fuisse in eos qui temeritate atque inscitia exercitus amisissent, quam ut pecunia eos multaret: capite anquisitum ob rem bello male gestam de imperatore nullo ad eam diem esse: nunc ducibus populi Romani quae ne victis quidem bello fas fuerit virgas et secures victoribus et iustissimos meritis triumphos intentari. quid enim tandem passurum fuisse filium suum si exercitum ami-

1. *ne iram quidem umquam atrociorem* (M: atrotiorē) *fuisse in eos qui temeritate atque inscitia exercitus amisissent* (P: amissiassent) *quam ut pecunia eos multaret:* PM. cf. 4, 41. — In fragm. Havercamp. scriptum est „temeritate atque inscientia“, quod 22, 25. etiam in Put. legitur: „biennique clades per temeritatem atque inscientiam ducum acceptas“. 26, 2. in Put. Colb. scriptum est: „imperatores temeritate atque inscitia exercitum in locum praecipitem perduxisse“. in Bamberg.: „temeritate atque inscientia“. 6, 30.: ab ducibus utrobique proditae temeritate atque inscitia res.

4. *capite anquisitum:* P. — M: capiti an qui quisitum ob rem bello male gestam. — Idem quod in rell. codicibus mendum invenitur etiam in PM: „de imperatore null*um*“, cum in M m. 1. fuerit *nullam:* ut nisi paulo ante legeretur *umquam*, h. l. antiqua manu scriptum fuisse censerem *de imperatore nullo umquam:* cf. 2, 18. al. nec tamen raro eius generis menda facta sunt ut *o* et *ā* a librariis confunderentur: cf. ex. gr. 8, 35. ubi in M *templū* scriptum est pro *templo*. saepissime autem litteras *o* et *u* inter se permutatas esse notum est.

5. *nunc ducibus pīr.* (P: pr̄.) *quae ne* (M: nunc) *uictis quidem bello fas fuerit uirgas et secures uictoribus et iustissimos meritis triumphos* (M: et triumphos) *intentari:* PM. Quod in M *nunc* scriptum est pro *ne* mirum non est, cum facile *ne* pro *nc* haberi potuerit. sed in cod. Klock. et Lov. 4. scriptum esse dicitur *quae nec uictis quidem bello fas fuerit* scil. intentari. *Quae* scriptum est non *quas*, quasi et alia supplicia ad *virgas* et *secures* addenda viderentur.

7. *quid enim tandem passurum fuisse* (m. 1.: fuisse) *filium suum si exercitum amisisset* cet.: P. — M: quid enim tandem passurum fuisse | filium fuisse suum si cet. — M m. 1.: exsutus.

sisset, si fusus fugatus castris exutus fuisset? quo ultra iram violentiamque eius excessuram fuisse quam ut verberaret necaretque? quam conveniens esse propter Q. Fabium civitatem in laetitia victoria supplicationibus ac gratulationibus esse, eum, propter quem deum delubra pateant arae sacrificiis fument honore donis cumulentur, nudatum virgis lacerari in conspectu populi Romani intuentem Capitolium atque arcem deosque ab se duobus proeliis haud frustra advocatos? quo id animo exercitum qui eius ductu auspiciisque vicisset laturum? quem luctum in castris Romanis, quam laetitiam inter hostes fore? haec simul iurgans querens deum hominumque fidem obtestans et conplexus filium plurimis cum lacrumis agebat.

XXXIV. Stabat cum eo senatus maiestas favor populi tribunicium auxilium memoria absentis exercitus: ex parte altera imperium invictum populi Romani et disciplina

1. *quo ultra iram uiolentiamque eius excessuram fuisse:* P m. 2. M. — P m. 1.: quod ultra cet. — Haec octo verba praetermissa sunt in Harl. I. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al. — Harl. I. Lov. 4.: quam ut uerberaretur necareturque.

3. *propter q̄. fabium ciuitatem in laetitia uictoria supplicationibus* (P: subplicationibus) *ac gratulationibus esse:* M m. 1. P. — M m. 2.: propter q̄ fabium cet. — Recc. quid. codd.: eum*que* propter quem cet. Mallem in antiquis libris scriptum esse *et eum*. — P m. 1.: comulentur. — M: lecerari. — PM: in conspectu pir̄. (P: pr.). — M m. 1. P Harl. I. Leid. I. Voss. II. al.: intuente. M m. 2.: intuentē. — P m. 1. M m. 1.: deosque ab se duobus proeliis aufrustra aduocatos. P m. 2.: haud. M m. 3.: aut. — Cf. 8, 30.: auctores habeo bis cum hoste signa conlata dictatore absente, bis rem egregie gestam.

9. *quo id animo exercitum:* P m. 2. M. — P m. 1.: exercitatum. — Harl. I. Leid. I.: quid animo exercitum cet.

11. *haec simul iurgans querens deum hominumque fidem obtestans et conplexus filium plurimis cum lacrumis agebat:* PM: nisi quod in M m. 1. „obtestas“ scriptum erat et in P „lacrimis“.

15. *ex parte altera imperium inuictum pir̄.:* M. — P: pr̄. — PM: et Manliana imperia. cf. 4, 29. 8, 7.

rei militaris et dictatoris edictum pro numine semper observatum et Manliana imperia et posthabita filii caritas publicae utilitati iactabantur: hoc etiam L. Brutum conditorem Romanae libertatis antea in duobus liberis fecisse: nunc patres comes et senes faciles de alieno imperio spreto — tamquam rei parvae — disciplinae militaris eversae iuventuti gratiam facere. se tamen perstaturum in incepto nec ei qui adversus dictum suum turbatis religionibus ac dubiis auspiciis pugnasset quicquam ex iusta poena remissurum. maiestas imperii perpetua ne esset, non esse in sua

5. *nunc patres comes et senes faciles de alieno imperio spreto* (M: spraeto) *tamquā rei paruae disciplinae* cet.: PM. — M: disciplinę mi | litareseuersę iuuentuti gratiam facere. P: disciplinae militari euerse iuuentuti gratiam facere. — Quem ad modum 3, 1. legimus *principem civitatis largiendo de alieno* („durch die Verschenkung fremden Eigenthums") *popularem fieri*, sic h. l. scriptum est, illos comes et faciles senes gratiam disciplinae militaris eversae tamquam rei parvae facere iuventuti de alieno imperio spreto: „jetzt wüssten diese milden Väter und gefälligen Greise den Umsturz der Kriegszucht, als ob das nichts weiter zu bedeuten habe, der Jugend zu Gute zu halten und zwar auf Unkosten des Befehlshabers, dessen Anordnungen von eben jener Jugend mit Füssen getreten worden".

7. *se tamen perstaturum in incepto:* P m. 2. M. — P m. 1.: prestaturum. m. 2.: p̄staturum, Recc. quidam codd.: perstaturum incepto. — Voss. II. al.: „aduersus edictum suum": sed cf. 22, 25. — P: ex iusta pena.

10. *maiestas imperii perpetua ne esset:* P al. — Si ea quam in P invenimus scriptura vera est, *ne* non tam pro enclitica interrogativa quam pro finali coniunctione habendum esse arbitror, ut Papirius dicere voluerit, non esse in sua potestate quidquam concedere quo maiestatem imperii imminui necesse esset: tantam enim esse imperii maiestatem ut a nullo nec fieri nec concedi quidquam deberet, quo impediretur ne perpetua ea esset maiestas: „etwas zuzugeben, wodurch die Hoheit des Oberbefehls nicht in ihrer Unverletzlichkeit aufrecht erhalten werde, dazu habe er vermöge seiner Stellung durchaus kein Recht". Conr. Heusingerus,

potestate: L. Papirium nihil ex eius iure diminuturum: optare ne potestas tribunicia — inviolata ipsa — violet intercessione sua Romanum imperium, neu populus in se potissimum di-

quod in Harl. I. scriptum sit *perpetua necesset*, scribendum coniicit „maiestas imperii perpetua necne esset, non esse in sua potestate": nec ea coniectura displicet. verum quod contendit, si *ne* esse voluisset coniunctionem finalem, futurum fuisse ut Livius *ne perpetua esset* scriberet, id concedi non potest, cum vix dubium sit quin hac ipsa structura *perpetua ne esset*, multo maior vis in particula *ne* posita videatur. sed ut dubius sim an non antiqua manus in Harl. I. servata sit, praeter alia faciunt multi loci quibus in hoc libro *nec* pro *ne* falso scriptum est (cf. ex. gr. 8, 32. „vetuerimne": „cave vocem mittas":). In M vero scriptum est „perpetua ne esset ñ ēēt in sua | potestate": itaque cum Livius inprimis particulas negativas cumulare solitus sit (cf. 2, 29.: ne praedictum negetis. 9, 1. al.), dubitari potest an prima manu scriptum fuerit sic: „maiestas imperii perpetua ne non esset, non esse in sua potestate: L. Papirium nihil ex eius iure diminuturum": „dass die Heiligkeit des Oberbefehls auch späterhin anerkannt werde, das zu bewirken stehe nicht in seiner Macht: was er dazu beitragen könne das wolle er thun, damit Niemand einst sagen könne, auch L. Papirius habe etwas von ihrem Rechte vermindert".

1. *L. Papirium nihil ex eius iure diminuturum:* ex coni. m.] L. Papirium nihil eius [iure] deminuturum. — Particulas *ex* et *e* persaepe a librariis praetermissas esse notum est (cf. ex. gr. 8, 36.: ex insidiis): quod quo facilius h. l. fieret, effecit prima littera vocis *eius*. Cf. 2, 1.: libertatis autem originem inde magis quia annuum imperium consulare factum est, quam quod diminutum quicquam sit ex regia potestate numeres. — P: l. papirium nihil eius iure diminuturum. Leid. I. Lov. 4.: nihil eius diminuturum M: nihil eius diminu | tum. In Harl. I. al.: scriptum esse dicitur: „nihil eius iure deminuturum".

3. *neu populus* (P: populū) *in se potissimum dictatorem et ius dictaturae extinguat:* PM: h. e. *et ius dictaturae*, quem ad modum multa alia iura invitis patribus et pessimo publico eripuerint: „noch dass das Volk gerade gegen ihn seinen Angriff richte und auch das Recht der Dictatur vernichte". — Dukerus scri-

ctatorem et ius dictaturae extinguat. quod si fecisset, non L. Papirium sed tribunos sed pravum populi iudicium nequiquam posteros accusaturos, cum polluta semel militari disciplina non miles centurionis non centurio tribuni non tribunus legati non legatus consulis non magister equitum dictatoris pareat imperio, nemo hominum nemo deorum verecundiam habeat, non edicta imperatorum non auspicia observentur, sine commeatu vagi milites in pacato in hostico errent, inmemores sacramenti licentia sola sua se ubi velint exauctorent, infrequentia deserantur signa neque conveniatur

bendum coniecit: *in se potissimum dictatore ius* cet. sed *et* deesse non potest.

1. *quod si fecisset non L. Papirium sed tribunos sed prauum populi iudicium nequiquam posteros accusaturos:* P: nisi quod m. 1. *accussaturos* scriptum fuerat. — M: sed tribunos sed paruū | populi iudiciū quiquam posteros accusaturos. Cf. 3, 11.: neque suum cuique ius modum faciebat, *sed* virium spe *sed* manu obtinendum erat quod intenderes. — Voss. II. al.: dictatorio pareat imperio.

7. *non edicta imperatorum non auspicia obseruentur:* M m. 2. P. — M m. 1.: nonnedicta imperatorum cet. — PM Harl. I. al.: in pacato in hostico errarent. Leid. I.: in hostic*o* coerrarent. Lov. 4.: coerrent. Cum temporum rationes non mutentur et quae reliquorum huius loci verborum est eadem et in *errent* valeat vis, imperfectum nisi librariorum mendo scriptum videri non potest.

9. *inmemores sacramenti licentia sola sua se ubi uelint exauctorent:* ex coni. m.] inmemores sacramenti licentia sola se ubi cet. (M). — Cuiusnam licentia? non ducum sed militum ipsorum: quare *sua* deesse vix potest. sed ut ita a Livio scriptum esse arbitrer, facit multorum et bonorum librorum auctoritas: nam in Thuan. Harl. I. al. inventum est „licentia sola uase ubi", et in Leid. I. Lov. 4.: „licentia*s* sola *ua*se ubi". Quod I. Fr. Gron. coniecit, pro *uā* scribendum esse *uagi* probari vix possit, cum eadem vox paulo ante legatur. — Recc. quidam codd.: licentia sola qua se ubi uelint cet. P cod. Klock. al.: licentia sola ubi uelint exauctorent. — In Harl. I. Leid. I. Lov. 4. al. scriptum est *ubi uelut* pro *ubi uelint.*

10. *infrequentia deserantur si-*

ad edictum, nec discernatur interdiu nocte aequo iniquo loco iussu iniussu imperatoris pugnent, et non signa non ordines servent, latrocinii modo caeca et fortuita pro sollemni et sacrata militia sit —: horum criminum vos reos in omnia saecula offerte tribuni plebi, vestra obnoxia capita pro licentia Q. Fabi obicite.

XXXV. Stupentes tribunos et suam iam vicem magis anxios quam eius cui auxilium ab se petebatur, liberavit onere consensus populi Romani ad preces et obtestationem versus ut sibi poenam magistri equitum dictator remitteret. tribuni quoque inclinatam rem in preces subsecuti orare di-

gna neque conueniatur ad edictum: PM.

2. *iussu iniussu imperatoris pugnent* restituit S. Gelenius, cum *iussu* in omnibus codd. praetermissum esset. — P: interdiu nocte æquo iniquo loco iniussu imperatoris pugnent.

3. *latrocinii modo caeca et fortuita pro solemni et sacrata militia sit:* M. — P: latrocinii modo cetera et fortuna pro sollemni et sacrata militia sit. m. 2.: modo caeca et fortuna cet. — PM: horum criminum uos reos in omnia scla offerte tribuni plebi. Harl. r. Leid. I.: tribuni plebi. — M: nestra obnoxia capita pro licentia que fabii obicite. m. 4.: pro licentia qnti fabii. Harl. I. al.: pro licentia fabii.

7. *stupentes tribunos et suam iam uicem magis anxios quam eius cui auxilium ab se petebatur:* PM: praeterquam quod in M m. 1. fuerat „petebantur". — Leid. I. Pall. 1. 3. Voss. n. Lov. 4. al.: tepentes tribunos cet.

8. *liberauit onere consensus pr̄. ad praeces et obtestationem uersus:* M: „da rettete die Tribunen, die bei diesen Worten bestürzt da standen und schon mehr um sich selbst besorgt waren als um den für den ihre Hülfe in Anspruch genommen worden, das römische Volk aus ihrer drückenden Lage, indem es sich einmüthig mit der Bitte an den Dictator wandte, dass er ihm zur Liebe die Strafe dem Fabius erlassen möchte". — P: liberauit honore consensus pr̄. ad preces cet.

11. *inclinatam rem in preces subsecuti:* P. — M: in praeces. „Auch die Tribunen schlossen sich an das Volk an, als sie sahen dass dasselbe allein durch Bitten glaube etwas bewirken zu können, und bestürmen den Dictator" u. s. w. — P: ue-

ctatorem insistunt ut veniam errori humano veniam adulescentiae Q. Fabii daret: satis eum poenarum dedisse: iam ipse adulescens iam pater M. Fabius contentionis obliti procumbere ad genua et iram deprecari dictatoris. tum dictator silentio facto „bene habet“ inquit „Quirites: vicit disciplina militaris vicit imperii maiestas, quae in discrimine fuerunt an ulla post hanc diem essent: non noxae eximitur Q. Fabius qui contra edictum imperatoris pugnavit, sed noxae damnatus donatur populo Romano donatur tribuniciae potestati precarium non iustum auxilium ferenti. vive Quinte Fabi, felicior hoc consensu civitatis ad tuendum te quam qua paulo ante exsultabas victoria: vive, id facinus ausus cuius tibi ne parens quidem, si eodem loco fuisset quo fuit L. Papirius, veniam dedisset. mecum ut voles reverteris in gratiam: populo Romano, cui vitam debes, nihil maius praestiteris quam si hic tibi dies satis documenti dederit ut bello

niam adulescentiae q̄. fabii daret. M: ueniam adulescentię fabii daret.

2. *iam ipse adulescens iam pater M. Fabius:* PM.

4. *tum dictator silentio facto bene habet inquit quirites:* PM: nisi quod in M est bene abet. — Harl. I. Leid. I. tum dictatori silentio facto bene habe inquit. Lov. 4.: bene habetis. Cf. 6, 35.

6. *quae in discrimine fuerunt an ulla post hanc diem essent:* PM. — Lov. 4. al.: fuerat. Leid. I. Voss. II. al.: esset. — P: non noxie eximitur q̄. fabius. Voss. II. Lov. 4.: non noxa (6, 24.). — M Harl. I. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: eximitur fabius. — PM: sed noxae damnatus donatur p̄. r̄. — M: donatur tribunitię potestati. P: donatur tribuniciae potestatis. — PM: precarium non iustum auxilium ferent*e*.

10. *uiue Q. Fabi:* P. — M: uiue quinte fabii. — P cod. Klock.: ad tuendum te quā paulo ante *ex*sultabas uictoria. M: quam qua paulo ante *exin*sultabas uictoria. Leid. I.: quamquam paulo ante exinsultabas uictoria. Pall. 1. 3. al.: *in*sultabas.

12. *uiue id facinus ausus:* PM. — Harl. I. Leid. I. Lov. 4.: uiues id facinus ausus. — Lov. 4.: si hoc loco fuisset.

14. *mecum ut uoles reuerteris in gratiam:* M. — P: mecum ut uoles reuerteres in gratiam. m. 2.: reuertes. — PM: p̄r̄. cui uitam debes nihil maius praestiteris. Voss. II. al.: populoque romano. — Voss. II.: haec tibi dies.

ac pace pati legitima imperia possis". cum se nihil morari magistrum equitum pronuntiasset, digressum eum templo laetus senatus laetior populus — circumfusi ac gratulantes hinc magistro equitum hinc dictatori — prosecuti sunt, firmatumque imperium militare haud minus periculo Q. Fabii quam supplicio miserabili adulescentis Manlii videbatur. forte ita eo anno evenit ut, quotienscumque dictator ab exercitu recessit, hostes in Samnio moverentur: ceterum in oculis exemplum erat Q. Fabius M. Valerio legato qui castris praeerat, ne quam vim hostium magis quam trucem dictatoris iram timeret: itaque frumentatores cum circumventi ex insidiis caesi loco iniquo essent, creditum vulgo est subveniri eis ab legato potuisse ni tristia edicta exhorruisset. ea quoque ira alienavit a dictatore militum animos iam ante infensos, quod inplacabilis Q. Fabio fuisset et, quod suis precibus negasset, eius populo rei veniam dedisset.

2. *digressum eum:* PM rell.] degressum eum. Cf. 4, 17.: digressi sunt. 4, 39. al. — M m. 2. P: templo. M m. 1.: templū. Cf. 8, 14.: rostraque id templum appellatum. Cic. in Vatin. 10, 24.: in rostris, in illo inquam augurato templo ac loco. — PM: firmatumque imperium militare haud (M m. 1.: aud) minus periculo q. fabii (M m. 3.: q̲. fabii. Harl. I.: fabii) quam supplicio miserabili adulescentis manlii uidebatur. Multi recc. codd.: T. Manlii.

7. *quotienscumque dictator ab exercitu recessit:* PM. — Recc. quidam codd.: recessisset. cf. 6, 8.: ita quocumque se *intulisset* victoriam secum haud dubiam trahebat.

10. *ne quam uim hostium magis quam trucem dictatoris iram timeret:* P. — M: quā tru | *dem.*

13. *ni tristia edicta exhorruisset:* M. — P m. 1.: ni tristitia edicta exorruiss&. m. 2.: exhorruiss&. Cf. 2, 1.: laetior. — M m. 1.: eam quoq. ira. m. 2.: ea.

16. *quod suis precibus negasset eius populo rei ueniam dedisset*] quod suis precibus negasset eius populo romano veniam dedisset. — Hanc scripturam ex M restituendam duxi, in quo quamquam sic scriptum est „eius pop̄. rē. ueniā dedisset", nec *rem* pro vero haberi potest, tamen illa ipsa lineola docet, librarium in antiquioribus

XXXVI. Postquam dictator praeposito in urbe L. Papirio Crasso magistro equitum — Q. Fabio vetito quicquam pro magistratu agere — in castra rediit, neque civibus satis laetus adventus eius fuit nec hostibus quicquam adtulit terroris. namque postero die — seu ignari venisse dictatorem, seu adesset an abesset parvi facientes — instructa acie ad castra accesserunt. ceterum tantum momenti in uno viro L. Papirio fuit ut, si ducis consilia favor subsecutus militum foret, debellari eo die cum Samnitibus potuisse pro haud dubio habitum sit: ita instruxit aciem loco ac subsi-

quibus utebatur libris aliquid post *re* scriptum vidisse, quod quin h. l. *i* fuerit nihil dubito. in P quidem invenimus „eius pop̄. r. ueniam dedisset“, sed eius codicis librarius et aliis locis in his litteris erravit: ex. c. 4, 42. quo loco in M „tribuniciam potestatem pl.“ h. e. *plebis*, in P „tribuniciam potestatem pr.“ vidimus. nec in reliquis omnibus libris *pop. r.* scriptum videtur fuisse, cum in cod. Klock. al. inventum sit „eius populo ueniam dedisset“. nec idonea causa est, cur h. l. maior quaedam vis in *romano* ponenda fuerit, cum milites eiusdem populi romani essent. nihil igitur verius videtur quam ut *milites* opponantur *populo* h. e. togatis (cf. 3, 50.). quod vero *ea res* referatur oportet ad *quod*, id nemini mirum videri potest, cum nihil frequentius sit quam ut hae ipsae voces sibi respondeant. cf. 2, 38. 3, 38. 4, 4.: nullane res nova institui debet et *quod* nondum est factum — *ea* ne si utilia quidem sunt fieri oportet? 9, 4.: si quid *eorum*.

2. *Q. Fabio uetito quicquam pro magistratu agere:* M m. 2. P. — M m. 1.: que fabio cet. — P: neque ciuibus satis laetus aduentus eius fuit. M m. 1.: neque ciuibus satis laetus eius fuit nec hostibus cet. m. 3.: satis laetus eius fuit aduent' nec hostibus cet.

5. *namque postero die seu ignari uenisse dictatorem seu adesset an abesset parui facientes instructa acie ad castra accesserunt:* P. — M: namque postero die euuignari uenisse dictatorem. m. 4.: seuuignari. Harl. I. Leid. I.: uenisset dictatorem. M: abstructa acie.

9. *pro haud dubio habitum sit:* PM. — Leid. I. Pall. al.: pro haud dubio habitum. — Harl. I.: „omni arte“ cet. praetermissa voce *ita*.

diis, ita omni arte bellica firmavit: cessatum a milite ac de industria, ut obtrectaretur laudibus ducis, inpedita victoria est: plures Samnitium cecidere, plures Romani vulnerati sunt. sensit peritus dux quae res victoriae obstaret, temperandum ingenium suum esse et severitatem miscendam comitate: itaque adhibitis legatis ipse circum saucios milites inserens in tentoria caput singulosque ut sese haberent rogitans curam eorum nominatim legatis tribunisque et praefectis demandabat. rem per se popularem ita dexter egit ut medendis corporibus animi multo prius militum imperatori reconciliarentur, nec quicquam ad salubritatem effica-

2. *inpedita uictoria est:* P m. 2. M. — P m. 1.: uictoria & plures cet. m. 2.: uictoria ē.

5. *et seueritatem miscendam:* P. In M excidit *et.* — *Comitate* et nos scripsimus I. Fr. Gronovium secuti, cum etiam in PM *comitati* esset, quamquam dubii an Livius *comitati* pro ablativo habuerit (21, 45.). nam quamvis „miscere aliquid vel aliqua re vel alicui rei" dici possit, tamen h. l. dativus probari non potest, cum comitas, quae in L. Papirio nulla fuerat, severitati admiscenda fuerit, non severitas comitati.

6. *itaque adhibitis legatis ipse circum saucios milites inserens caput singulosque ut sese haberent rogitans* cet.: PM Harl. 1. Leid. 1. al. cum *haberet* scriberetur pro *haberēt.* — Cod. Rottendorf.: ipse circum*iens* saucios. — Tribuni erant peditum, praefecti equitum.

9. *rem per se popularem ita dexter egit:* PM al. — Duo recentiores codd.: „ita dextere egit": quod haud displicet. — PM: „ut medendis corporibus animi multo prius militum imperatoris reconciliarentur": quasi L. ad *imperatoris* suppleri voluerit *animo.* sed videtur *imperatoris,* quod et in Harl. 1. Leid. 1. inest, eodem mendo scriptum esse, quo 8, 35. in P *potestatis* scriptum est. De *medendis corporibus* cf. Prisc. 8, 4. 22. — M: nec quam ad salubritatem efficius fuerit. m. 3.: efficacius. — Paulo post M: ut ille ultissimus | eis dies conferendi signa cum dictatore fuerit. — P: „cum dictatore fuerit *quam quod grata* incessit deinde": sed media verba, quorum locus quattuor versibus ante est, m. 2. inducta sunt.

cius fuerit quam quod grato animo ea cura accepta est. refecto exercitu cum hoste congressus haud dubia spe sua militumque ita fudit fugavitque Samnites, ut ille ultimus eis dies conferendi signa cum dictatore fuerit. incessit deinde — qua duxit praedae spes — victor exercitus perlustravitque hostium agros nulla arma nullam vim nec apertam nec ex insidiis expertus: addebat alacritatem quod dictator praedam omnem edixerat militibus, nec ira magis publica quam privatum conpendium in hostem acuebat. his cladibus subacti Samnites pacem a dictatore petiere: cum quo pacti ut singula vestimenta militibus et annuum stipendium darent, cum ire ad senatum iussi essent, secuturos se dictatorem responderunt unius eius fidei virtutique causam suam commendantes: ita deductus ex Samnitibus exercitus.

XXXVII. Dictator triumphans urbem est ingressus, et cum se dictatura abdicare vellet, iussu patrum prius quam

5. *quo duxit praedae spes:* PM rell.: „*wohin* sie führte". cf. 7, 33.: qua micant. 1, 27.: qua — ea. — M: nulla arma nul | lamum nec apertam nec *ex insidiis* expertus. P m. 2. rell.: nec insidiis expertus. P m. 1.: expertos. Cf. 8, 35.: circumventi ex insidiis caesi.

7. *addebat alacritatem:* P. — M: adderat. cf. 8, 9.: „addebantque uires": quo loco eodem mendo in M *adderantque* scriptum erat. 22, 12. in Put. Colb. al.: impeperabat = impar erat. al. — P Harl. I.: nec ira magis *quam* publica priuatum conpendium cet. M: nec iramagis quam publicam | priuatum conpendium cet. Cf. de hac metathesi T. Livi l. XXX. p. LXIX. 2.

10. *pacem a dictatore petiere:* PM. — Lov. 4.: petiuerunt. — M: cum pacti ut singula uestimenta militibus et annuum stipendium darent cum ire cet. P: cum quo pacti ut singula uestimenta militibus et annu (m. 2.: annū) stipendium darent cum irē (m. 2.: ire) cet. — M: unius eius fidei uirtutique cau | sam cōmendantes. ita deductos ex samnitibus exercitus. m. 2.: deductus.

15. *dictator triumphans urbem est ingressus et cum se dictatura abdicare uellet:* PM. In Harl. I. exciderunt *urbem* atque *et*. — PM: cōs. creauit (P m. 1.: cereauit) c. sulpi-

abdicaret consules creavit C. Sulpicium Longum iterum Q. Aemilium Cerretanum. Samnites infecta pace quia de condicionibus agebatur indutias annuas ab urbe rettulerant, nec earum ipsarum sancta fides fuit, adeo, postquam Papirium abisse magistratu nuntiatum est, arrecti ad bellandum animi sunt. C. Sulpicio Q. Aemilio — Aulium quidam annales habent — consulibus ad defectionem Samnitium Apulum novum bellum accessit: utroque exercitus missi: Sulpicio Samnites, Apuli Aemilio sorte evenerunt. sunt qui non ipsis Apulis bellum inlatum sed socios eius gentis populos ab Samnitium vi atque iniuriis defensos scribant: ceterum fortuna Samnitium vix a se ipsis eo tempore propulsantium bellum propius ut sit vero facit non Apulis ab Samnitibus arma inlata, sed cum utraque simul gente bellum Romanis fuisse. nec tamen res ulla memorabilis acta: ager Apulus Samniumque evastatum, hostes nec hic nec illic inventi. Romae nocturnus terror ita ex somno trepidam repente civitatem excivit ut Capitolium atque arx moeniaque et

cium longum iterum q. aemilium cerretanum.

2. *quia de condicionibus agebatur:* PM: „weil man sich über die Bedingungen noch nicht vereinigt hatte“. — I. Fr. Gron. et A. Drakenborchius *ambigebatur* potius habuerunt: „weil man sich über die Bedingungen nicht vereinigen konnte“.

3. *inducias annuas ab urbe rettulerant:* M] indutias annuas ab urbe retulerunt (P m. 1.). — P m. 2.: inducias. — PM: nec (5, 33.) earum ipsarum sancta fides fuit. Harl. I. al.: facta fides fuit. — PM Harl. I. al.: arrecti ad bellandum animi sunt. P m. 1.: ad bellamdum. Leid. I. Voss. II. al.: porrecti ad bellandum cet. Recc. quidam codd.: erecti.

6. *Aulium quidam annales habent:* Sig. Gelenius. — PM rell.: aulum quidam ann. cet. Cf. 9, 15. 22. — PM: coss. (P: cos.) ad defectionem samnitium (M: samnicium) apulum nouum bellum accessit. — P: apuli emilio sorte euenerunt. — De Apulis cf. 8, 25.

12. *uix a se ipsis eo tempore propulsantium bellum:* P. — M: proculsantium. — P: proprius ut sit uero.

15. *ager apulus samniumque euastatum:* M m. 1. P Harl. I. Leid. I. al. — M m. 2.: uastatum.

portae plena armatorum fuerint: et cum concursatum clamatumque ad arma omnibus locis esset, prima luce nec auctor nec causa terroris conparuit. Eodem anno de Tusculanis Flavia rogatione populi fuit iudicium: M. Flavius tribunus plebis tulit ad populum ut in Tusculanos animadverteretur, quorum eorum ope ac consilio Veliterni Privernatesque populo Romano bellum fecissent. populus Tusculanus cum coniugibus ac liberis Romam venit: ea multitudo veste mutata et specie reorum tribus circuit genibus se omnium advolvens: plus itaque misericordia ad poenae veniam impetrandam quam causa ad crimen purgandum valuit: tribus omnes praeter Polliam antiquarunt legem. Pol-

1. *et cum concursatum clamatumque ad arma omnibus locis esset*: PM rell.] et cum concursatum conclamatumque cet. (cod. Sig.). — P m. 1.: consursatum. — Paulo ante M: capitolium *at* atque *que* arx cet. sed *at que* inductum est.

3. *eodem anno de Tusculanis Flauia rogatione populi fuit iudicium:* PM. — Harl. I.: fabia rogatione. — PM Harl. I. rell.: m. fabius tr̄ p̄l tulit ad populum. — Pall. Voss. II. al.: „in tusculanos animaduerteretur“ omissa coniunctione *ut*.

6. *quorum eorum ope ac consilio:* PM Harl. I. Leid. I. al. — Recc. tres codd.: quod eorum ope cet. prob. C. Dukero. Unus Lovel. II.: quoniam eorum ope cet. — I. Fr. Gron. *quorum eorum* h. l. significare censet *quorum ex eis Tusculanis ope*: quamquam, ut alia omittam, vel quae sequuntur satis ostendunt Livium de toto populo Tusculanorum, non de auctoribus quibusdam defectionis scripsisse. *Eorum*, si integrum est, ad *quorum* additum videtur quo maior vis in pronomine ipso inesset, quem ad modum *hic is, hic ille, hic idem* al. apud Livium tot locis coniuncta leguntur. — P: ueliterni priuernatesque popoplo. r̄. bellum fecissent. m. 2.: populo, r̄. — M: ueliterni priuernatesq. | populos (m. 2.: populus) tusculanus cum coniugibus cet. m. 3.: uelīterni priuernatesq. descissēt | . — De Veliternis cf. 8, 12. 13., de Privernatibus 8, 19. seqq.

9. *genibus se omnium aduoluens:* P m. 2. M. — P m. 1.: gentibus. — *Valuit:* h. e. cum causa eorum ad crimen purgandum non valeret, valuit misericordia.

12. *tribus omnes praeter Pol-*

liae sententia fuit puberes verberatos necari, coniuges liberosque sub corona lege belli venire: memoriamque eius irae Tusculanis in poenae tam atrocis auctores mansisse ad patrum aetatem constat, nec quemquam ferme ex Pollia tribu candidatum Papiriam ferre solitum.

XXXVIII. Insequenti anno Q. Fabio L. Fulvio consulibus A. Cornelius Arvina dictator et M. Fabius Ambustus magister equitum metu gravioris in Samnio belli — conducta enim pretio a finitimis iuventus dicebatur — intentiore dilectu habito egregium exercitum adversus Samnites duxerunt. castra in hostico incuriose ita posita tamquam procul abesset hostis, cum subito advenere Samnitium le-

liam antiquarunt legem: PM. — Voss. II.: antiquare.

2. *memoriamque eius irae:* PM. — Harl. I. Voss. II. al.: memoriam eius irae. — PM: in poena tam atrocis auctores (M: auctorem) mansisse ad patrum aetatem constat, — Quae sequuntur et nos ita scripsimus, quem ad modum Gelenius in suis libris invenisse vult, quamquam dubium videtur an antiqua manu vel *candidatum datum* vel omissa priore loco voce „ferme“ *candidatum ferme datum* scriptum fuerit. sed cum *datum* ex nomine *candidatum* ortum esse posset, nihil ex recepta scriptura mutare ausi sumus. — P: „nec quemquam ferme ex polia tribu candidatum ferme datum papiriā ferme (dein eadem m. 1.: ferre) solitum“. M: „nec quemquam ferme ex pollia tribu candidatum ferme datū | papiriam datū ferre ferre solitū“: prius *ferre* inductum est. — Papiriae tribui adscripti erant Tusculani: numquam igitur ferme, qui ex Pollia tribu candidati magistratus petiverunt, tribus Papiriae suffragia tulerunt.

6. *insequenti anno Q. Fabio L. Fuluio coš.:* P. — M m. 1.: insequentim anno fabio l. fuluio coš. m. 2.: *insequenti.* Et in Harl. I. Leid. I. multisque aliis praetermissum est *Q.* — PM: a. cornelius aruina dictator et (M: est) m. fabius ambustus cet. Harl. I. Leid. I.: sī aulus cornelius cet. — M m. 1.: condue | tenim praecio. P: conducta † | praetio a finitimis iuuentus ducebatur. m. 2.: dicebatur. — M m. 2. P: intentiore dilectu habito. M m. 1.: dilecto habitu.

12. *cum subito aduenere:* P. — M m. 1.: aduene. m. 3.:

sine magno incommodo progredi non poterat, eum ipsum in quo constiterat locum castris dimetari iussit: id vero circumfuso undique equitatu ut vallum peteretur opusque inciperet, fieri non poterat: itaque ubi neque eundi neque manendi copiam esse videt, instruit aciem inpedimentis ex agmine remotis. instruunt contra et hostes et animis et viribus pares: auxerat id maxime animos quod — ignari loco iniquo non hosti cessum — velut fugientes ac territos terribiles ipsi secuti fuerant: id aliquamdiu aequavit pugnam iam pridem desueto Samnite clamorem Romani exercitus pati. et hercule illo die ab hora diei tertia ad octavam ita

1. *eum ipsum in quo constiterat locum castris dimetari iussit:* P cod. Gel. Harl. I. — M: dimetare | iussit. Cod. Klock.: metari iussit. Leid. I. Voss. II. Pall. 1. 3. Lov. 4. al.: dimicari iussit. Cod. Sig. al.: communiri iussit.

2. *id uero circumfuso* (M m. 1.: circumfunso) *undique equitatu ut uallum peteretur opusque inciperet fieri non poterat:* PM: h. e. ut vero vallum peteretur fieri non poterat cum equitatus undique circumfusus esset. I. Fr. Gron. aut *ut vallum peterent* aut *ut vallus peteretur* scribendum censet: sed quem ad modum *vallus* pro *vallum* nonnumquam legitur, sic h. l. *vallum* pro *vallus* scriptum videtur, nisi forte L. voce *vallum* omnia ea quibus ad aggerem faciendum opus erat significare voluit.

5. *instruit aciem inpedimentis ex agmine remotis:* P rell. — M Lovel. 4.: instituit aciem cet. Simili errore 33, 15. *instituit* scriptum videtur, et ex Bamberg. restituendum: „ipse raptim capere arma iussis militibus infrequenti agmine porta egressus pro flumine instruit aciem. ceterae copiae vix conligi atque instrui cum potuissent" cet. — P m. 1.: intruunt. M m. 1.: instruunt contra et hostes et anim sed uiribus pares. m. 4.: et animiseduiribus.

7. *ignari loco iniquo non hosti cessum:* PM: h. e. quod Samnites sibi persuaserant, Romanum non loco iniquo sed sibi cessisse. — PM: id aliquamdiu aequauit pugnam. — M: clamore romani exercitus pati.

11. *et hercule:* PM rell.] at hercule (cod. Gel.). Cf. ex. gr. 7, 11.: et hercule tanti ea ad universi belli eventum momenti dimicatio fuit, ut Gal-

anceps dicitur certamen stetisse ut neque clamor, ut primo semel concursu est sublatus, iteratus sit neque signa promota loco retrovè recepta neque recursum ab ulla sit parte: in suo quisquis gradu obnixi urgentes scutis sine respiratione ac respectu pugnabant: fremitus aequalis tenorque

lorum exercitus — in Campaniam transierit. — P m. 2.: ab hora diei tertia ad octauam ita anceps dicitur certamen stetisse. P m. 1. M m. 2.: ab ora. M m. 1.: ab oram.

1. *ut primo semel concursu est sublatus:* M m. 2. — M m. 1. P Harl. I. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: ut primo semel concursu*m* est sublatus.

4. *in suo quisquis gradu obnixi*] in suo quisque gradu obnixi. — PM: in suo quisquis gradu obnoxii (Harl. I. Leid. I. al.). — *Obnoxii* veram huius loci scripturam esse non posse facile est intellectu. sic quoque 7, 33. in M quidem *obnixi*, sed in P m. 1. *obnoxi*, in Harl. I. Leid. I. *obnoxii* inventum est. verum *quisquis* pro *quisque* ab errantibus librariis scriptum esse persuadere mihi non possum: nec aliud discrimen in his duabus vocibus hoc quidem loco videtur inesse quam quod *quisquis* maiore vi idem quod *quisque* exprimat. ceterum pro *quisque* dictum nonnumquam *quisquis* esse vel illud *unum quidquid* docet quod apud Lucret. 5, 1387. apud Plaut. in Trin. 4, 2. 881. legitur, et cuius loco apud Terent. in Ad. 4, 2. 51. *unum quodque* poni non oportuit. nam quamquam licentia quadam poetarum sic scriptum esse videri potest, tamen id certe non potest dubium esse quin latine ita dici potuerit. nec hoc uno loco apud Livium in hac voce erratum esse alii loci docent, ex. gr. 27, 28. quo loco cum Put. (Colb. Med. Bamb.) scribendum est: „Crispinus et morte conlegae et suo vulnere territus silentio insequentis noctis profectus, *quosquos proxumos* nanctus est montis, in iis loco alto et tuto undique castra posuit“: h. e. in proximis quibusque montibus.

5. *fremitus aequalis tenorque idem pugnae in defatigationem ultimam aut noctem spectabat:* PM: „und diese auf beiden Seiten gleiche Hartnäckigkeit und Ausdauer liessen erwarten, dass nur eine gänzliche Erschöpfung aller Kräfte oder die Nacht dem Kampfe ein Ende machen werde“. I. Fr. Gron.

idem pugnae in defatigationem ultimam aut noctem spectabat. iam viris vires iam ferro sua vis iam consilia ducibus deerant, cum subito Samnitium equites, cum turma una longius provecta accepissent inpedimenta Romanorum procul ab armatis sine praesidio sine munimento stare, aviditate praedae impetum faciunt. quod ubi dictatori trepidus nuntius adtulit, „sine modo" inquit „sese praeda praepediant". alii deinde super alios diripi passim ferrique fortunas militum vociferabantur. tum magistro equitum accito „vides tu" inquit „M. Fabi ab hostium equite omissam pugnam? haerent inpediti inpedimentis nostris: adgredere — quod inter praedandum omni multitudini evenit — dissipatos: raros equis insidentes, raros quibus ferrum in manu sit, invenies: equosque dum praeda onerant, caede inermes cruen-

non *aut* sed *ad noctem* scribendum censuit. — Multi recc. codd.: spectabant.

2. *iam uiris uires iam ferro sua uis iam consilia ducibus deerant:* PM. Cf. 6, 22.: „vegetum ingenium in vivido pectore vigebat virebatque integris sensibus"; et quod paulo post 8, 38. legitur „praeda praepediant", „haerent inpediti inpedimentis nostris". — M: con turma unā | longius prouectam accepissent. m. 2.: cū turmā unā | cet. — PM: „auiditate praedae impetum faciunt": scil. in inpedimenta.

7. *sine modo inquit sese praeda praepediant:* PM. — M m. 3.: si^c^ne modo. — Harl. I. Leid. I.: esse praedam praepediant. — P m. 1.: alii deinde supillos alios cet., sed *illos* inductum est. — PM: uociferabantur. Lov. 4.: uociferabant (cf. 7, 12.). Recc. quid codd.: uociferantur.

9. *tum magistro equitum accito uides tu inquit m. fabii ab hostium equite omissam pugnam:* PM. Nihil dubito quin multis aliis locis hoc *ii* librariis debeamus. — P: herent.

11. *adgredere quod inter praedandum* (P: p̄tandum) *omni multitudini euenit dissipatos:* PM: h. e. adgredere eos dissipatos, id quod inter praedandum omni multitudini evenire solet.

14. *equosque dum praeda onerant:* P. — In M scriptum erat vel „ecquos | que" vel „etquos | que". — Leid. I. al.: et quosque dum cet. — M: caede inermes cruentamque pugnę curae erunt | pe-

tamque illis praedam redde. mihi legiones peditumque pugna curae erunt: penes te equestre sit decus".

XXXIX. Equitum acies — qualis quae esse instructissima potest — invecta in dissipatos inpeditosque hostes caede omnia replet: inter sarcinas omissas repente obiacentes pedibus fugientium consternatorumque equorum neque pugnae neque fugae satis potentes caeduntur. tum deleto prope equitatu hostium M. Fabius circumductis paulum aliis ab tergo pedestrem aciem adoritur: clamor inde novus accidens et Samnitium terruit animos, et dictator, ubi respectantes hostium antesignanos turbataque signa et fluctuantem aciem vidit, tum appellare tum adhortari milites, tribunos principesque ordinum nominatim ad iterandam secum

nes te cet. Media praetermissa sunt. — P: mihi lesiones peditumque pugna curae erunt. Lov. 4.: peditumque pugna mihi curae erit.

3. *qualis quae esse instructissima potest:* P: h. e. talis, qualis vel instructissima acies videri potest: „in der vollkommensten Ordnung". Cf. 7, 33.: proelium, ut quod maxime umquam pari spe utrimque — commissum est cet. — M: qualis*q*. esse instructissima potest inuecta in dis*c*ipatos inpeditosq. hostes caede omnia replet. P m. 1.: in dissipatos in*d*editosque. — P m. 2.: *con*sternatorumque equorum. M: *cō*sternatorumque. P m. 1.: *co*sternatorumque.

8. *paulum:* PM cod. Klock.] paullulum (Pall. rell.). — Persaepe hae voces inter se confusae sunt optimorumque librorum auctoritate scribendum est ex. gr. 21, 46.: iam magna ex parte ad pedes pugna iverat, donec Numidae qui in cornibus erant, circumvecti paulum ab tergo se ostenderunt. 23, 13.: debellatumque mox fore si adniti paulum voluissent rebantur. al. — PM Harl. I. Leid. I. al.: circumductis paulum al*iis*. Cf. 8, 38.: M. Fabi. — Paulo ante scriptum erat in P m. 1.: tum de loco prope equitatu hostium. m. 2.: equitatū.

9. *clamor inde nouus accidens:* PM cod. Gel. al. — Voss. II. al.: accedens. — Lov. 4. multique alii recc. codd.: antesignarios. — M: „turbataque signę fluctuantem aciem": h. e. „signa e": quod *e* persaepe loco particulae *et* deprehenditur.

pugnam vocare. novato clamore signa inferuntur et, quidquid progrediebantur, magis magisque turbatos hostes cernebant. eques ipse iam primis erat in conspectu, et Cornelius respiciens ad manipulos militum quod manu quod voce poterat monstrabat vexilla se suorum parmasque cernere equitum. quod ubi auditum simul visumque est, adeo repente laboris per diem paene totum tolerati vulnerumque obliti sunt, ut haud secus quam si tum integri e castris signum pugnae accepissent, concitaverint se in hostem. nec ultra Samnis tolerare terrorem equitum peditumque vim potuit: partim in medio caesi, partim in fugam dissipati sunt: pedes restantes ac circumventos cecidit: ab equite fugien-

1. *nouato clamore signa inferuntur' et quidquid progrediebantur* cet.: P m. 2. M cod. Gel. al. — P m. 1.: uocato clamore. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: quocumque progrediebantur. Cf. 7, 32.: quidquid ab urbe longius proferrent arma.

3. *eques ipse iam primis erat in conspectu:* PM. — Voss. II. omnesque recc. Drakenb.: primus. — PM: quod manu quod uoce poterat: „so viel er mit der Hand, so viel er mit der Stimme deutlich machen konnte".

6. *quod ubi auditum simul uisumque est:* PM Harl. I. Leid. I. c. Klock. Lov. 4.] quod ubi auditum simulque visum est. — „Als dies in demselben Augenblicke gehört und gesehen worden". Cf. 3, 50.: simul his quae videbant iisque quae acta Romae audierant. 31, 41.: cum sescentorum aegre simul equites peditesque numerum explessent. al. — PM: adeo repente laboris per diem paene (M: poene) totum tolerati (P m. 1.: tolerari) uulnerumque obliti sunt. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: laboris quem per diem pene totum tulerant. Leid. I.: tulerat. — P m. 1.: sinum pugnae. m. 2.: signum.

9. *nec ultra samnis tollerare terrorem equitum peditumque uim potuit:* M. — P m. 1.: nec ultra samnis tollerarem equitum peditumque cet. m. 2.: tollerare.

12. *pedes restantes ac circumuentos cecidit:* cod. Gel. — M: pedes res *res*tantes ac cet. P rell.: pedes*tr*es restantes ac circumuentos cecidit. — I. Fr. Gron. *ac* deletum voluit. — In Harl. I. exciderunt omnia, quae ab „ab equite" ad „*cecidit*" in PM leguntur, eodem mendo quo

tium strages est facta, inter quos et ipse imperator cecidit. Hoc demum proelium Samnitium res ita infregit, ut omnibus conciliis fremerent minime id quidem mirum esse, si inpio bello et contra foedus suscepto infestioribus merito deis quam hominibus nihil prospere agerent: expiandum id bellum magna mercede luendumque esse: id referre tantum, utrum supplicia noxio paucorum an omnium innoxio praebeant sanguine: audebantque iam quidam nominare auctores armorum, unum maxime nomen per consensum clamantium Brutuli Papi exaudiebatur: vir nobilis potensque erat, haud dubie proximarum indutiarum ruptor. de eo coacti referre praetores decretum fecerunt, ut Brutulus Papius Romanis dederetur et cum eo praeda omnis Romana captivique ut Romam mitterentur, quaeque res per fetiales ex foedere repetitae essent, secundum ius fasque restituerentur. fetiales Romam ut censuerunt missi et corpus Brutuli exa-

paulo ante in P *terrorem* praetermissum erat.

2. *ut omnibus conciliis fremerent:* P. — M: fermerent.

5. *deis:* P m. 2. M m. 2. Leid. I. al.] diis. — P m. 1. M m. 1.: de*h*is. Cf. 8, 6.: „deis ducibus" — „deis manibus". al. — P m. 1.: quam ominibus. m. 2.: hominibus.

6. *id referre tantum utrum supplicia noxio paucorum an omnium innoxio praebeant sanguine:* PM: „nur dies Eine sei in Erwägung zu ziehen, ob für den Frevel das Blut der Wenigen die als Anstifter des Krieges den Tod verdient, fliesse oder ob sie denselben mit dem unschuldigen Blute Aller büssen sollten". — Harl. I.: supplicio noxio.

10. *Brutuli Papi:* P Harl. I. Leid. I. Voss. II. — M: brutuli papri. — M: aut dubiae proximarum indutiarum raptor. P m. 2.: induciarum.

12. *Brutulus Papius:* P. — M: brutulus papus. — PM Leid. I. al.: „romanis dedetur" pro *dederetur.* — M: per feciales. — M: secundum ius fasque res*ti*erentur. feciales cet. m. 2.: restituerentur.

16. *ut censuerunt:* M. — P m. 1.: ut censuerem. m. 2.: ut censuere. — P m. 1.: et corpus brutuli examine. m. 2.: exanime. — M: „ipse morte uoluntaria ignominia ae se ac supplicio subtraxit": sed *ae* inductum est.

nime: ipse morte voluntaria ignominiae se ac supplicio subtraxit: placuit cum corpore bona quoque eius dedi. nihil tamen earum rerum praeter captivos ac si qua cognita ex praeda sunt acceptum est, ceterarum rerum inrita fuit deditio. dictator ex senatus consulto triumphavit.

XL. Hoc bellum a consulibus bellatum quidam auctores sunt eosque de Samnitibus triumphasse, Fabium etiam in Apuliam processisse atque inde magnas praedas egisse: nec discrepat quin dictator eo anno A. Cornelius fuerit: id ambigitur, belline gerendi causa creatus sit an ut esset qui ludis Romanis, quia L. Plautius praetor gravi morbo forte inplicitus erat, signum mittendis quadrigis daret functusque eo haud sane memorandi imperii ministerio se dictatura abdicaret. nec facile est aut rem rei aut auctorem auctori praeferre: vitiatam memoriam funebribus laudibus reor fal-

4. *acceptum est:* PM. — Voss. II. al.: accepta. — PM: ceterarum rerum inrita fuit deditio (M: dedicio). Voss. II. multique recc. codd.: sed ceterarum rerum cet.

5. *dictator ex s̄c̄. triumphauit:* P. — M: dictator ex s̄c̄. p̄. triumphauit. — In Harl. I. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. multisque recc. codd. excidit *ex s̄c̄.*

6. *hoc bellum a coss. bellatum quidam auctores sunt:* PM. — Lov. 4. al.: debellatum.

9. *nec discrepat quin dictator eo anno A. Cornelius fuerit:* PM rell. Cf. 9, 46.: id quod haud discrepat. 22, 61.: mirari magis adeo discrepare inter auctores quam quid veri sit discernere queas. al. — Voss. II. Lov. 4. al.: M. Cornelius. Leid. I. al.: a. m. cornelius. Cf. 8, 38.

9. *id ambigitur:* P. — M: fuerit ambigitur. m. 4.: fuerit s; ambigitur. — M: l. plaucius. — M m. 1.: mittentis quadrigis. m. 2.: mittendis.

15. *uitiatam memoriam funebribus laudibus reor:* PM rell. — M. Ant. Muretus *laudationibus* scribi voluit, quod non *laudes funebres* sed *laudationes funebres* dicerentur. et sic cum multis aliis locis tum 5, 50. scriptum legimus: „matronis gratiae actae honosque additus, ut earum sic ut virorum post mortem sollemnis laudatio esset“. nec tamen dubito quin h. l. *laudibus* recte se habeat, cum L. videatur dicere voluisse

sisque imaginum titulis, dum familia ad se quaeque famam rèrum gestarum honorumque fallenti mendacio trahunt: inde certe et singulorum gesta et publica monumenta rerum confusa: nec quisquam aequalis temporibus illis scriptor extat quo satis certo auctore stetur.

memoriam vitiari solitam *laudibus ipsis*, quibus in *laudationibus funebribus* illustrium hominum gloria cumulata esset. — PM: falsisque imaginum titulis. Cf. 22, 31. 30, 45. al.

2. *fallenti:* M] fallente (P). Cf. 6, 14.: differentique. — P m. 1.: mendatio. m. 2.: mendacio. M: dum familia ad se quaeque famam rerum gestarum *ho*rumque | fallenti mendatio trahunt. Recc. quidam codd.: famili*ae*. — M m. 1.: nec quisquam aequalis temporibus illi *s*criptor extat. m. 2.: illis. — Verba ab *extat* ad *stetur* praetermissa sunt in Harl. I.: et — quod multo magis dolendum est — integri etiam libri duo sequentes in hoc antiquo elegantique codice desiderantur. — In P adscriptum legitur in fine huius libri octavi: „Titi Liui ab urbe condita lib. VIII. expl.“ in M: „emendaui nico flauianus | titi liui. nē ter praef urb̄ | apud term̄ ab urbe cond | uictorianus ūc emenda | bam domni symmachis | lib. VIII. explic. incip. VIIII“.

TITI LIVI
AB URBE CONDITA
LIBER IX.

I. Sequitur hunc annum nobilis clade Romana Caudina pax T. Veturio Calvino Sp. Postumio consulibus. Samnites eo anno imperatorem C. Pontium Herenni filium habuerunt, patre longe prudentissimo natum, primum ipsum bellatorem ducemque. is, ubi legati qui ad dedendas res missi erant pace infecta redierunt, „ne nihil actum" inquit „hac legatione censeatis, expiatum est quidquid ex foedere rupto irarum in nos caelestium fuit: satis scio, quibuscum-

1. *Sequitur hunc annum nobilis clade romana caudina pax T. Veturio Caluino Sp. Postumio coss.:* PM. Cf. primus versus libri quarti: „*hos* secuti M. Genucius et C. Curtius consules".

3. *imperatorem C. Pontium Herenni f. habuerunt:* P. — M: herem | ni. f. habuerunt.

5. *ubi legati qui ad dedendas res missi erant pace infecta redierunt:* P. — M: ubi legati *quo* ad dedendas res missi erant pace cet. Pall. 1. 3. al.: missi erant *romam* pace cet. Dubium igitur videri potest an m. 1. scriptum fuerit: „is ubi legati, quo ad dedendas res missi erant, roma pace infecta redierunt" cet. — PM: ne nihil actum inquit hac legatione censeatis, expiatum est quidquid cet. Cf. 22, 18.: ne nihil actum censeret extracta prope aestate per ludificationem hostis. 8, 34.: perpetua ne esset.

8. *quibuscumque dis cordi fuit:* Voss. I. — PM: „quibuscumque diis cordi fuit". Cf. quod paulo post legitur „arbitr*is*".

que dis cordi fuit subigi nos ad necessitatem dedendi res quae ab nobis ex foedere repetitae fuerant, is non fuisse cordi tam superbe ab Romanis foederis expiationem spretam. quid enim ultra fieri ad placandos deos mitigandosque homines potuit quam quod nos fecimus? res hostium in praeda captas quae belli iure nostrae videbantur remisimus, auctores belli quia vivos non potuimus perfunctos iam fato dedidimus, bona eorum, ne quid ex contagione noxae remaneret penes nos, Romam portavimus —: quid ultra tibi Romane, quid foederi quid diis arbitris foederis debeo? quem tibi tuarum irarum quem meorum suppliciorum iudicem feram, neminem neque populum neque privatum fu-

2. *quae ab nobis ex foedere repetitae fuerant:* PM] quae a nobis cet. — M: ex federe. — *is non fuisse cordi:* PM] iis non fuisse cordi. Cf. 4, 46.: ex is. al. — M: cordi t supbe ab romanis foederis expiationem spretam. m. 2.: cordi supbe cet.

6. *quae belli iure nostrae uidebantur:* M. — P: uideantur. — M: „remisimis *auctores belli iurę* | *nostrae uidebantur remisimus* | auctores belli quia uiuos non potuimus perfunctos iam fato edidimus bona eorum *bona eorum* ne quid ex contagione noxae remaneret paenes nos" cet. sed utroque loco, quae verba media male bis scripta erant, m. 3. expuncta sunt. — P Leid. I. Lov. 4. cod. Klock.: dedidimus. Pall. Voss. II. rell.: dedimus.

9. *quid ultra tibi romane quid foederi:* P. — M: qui ultra tibi romanae quid foederi. m. 3.: quid ultra. — M m. 1. P: quid diis arbitriis. M m. 2.: arbitris. — P: „foederis expiationem debeo". sed *expiationem*, quae vox octo versibus ante legitur, inductum est.

11. *quem tibi tuarum irarum quem meorum suppliciorum iudicem feram neminem neque populum neque priuatum fugio:* PM. —Lov. 4.: quem *nostrorum* suppliciorum. — Pall. Voss. II. Lov. 4. multique alii recc. codd.: „neminem neque *publicum* neque priuatum fugio". cf. 8, 23.: cum romanus legatus ad disceptandum eos *ad communes socios* atque amicos vocaret cet. 3, 71.: Aricini atque Ardeates de ambiguo agro cum saepe bello certassent, multis in vicem cladibus fessi *iudicem populum romanum cepere*. al. — Cf. 3, 24.: multi privatim *ferebant* Volscio *iudicem*.

gio. quod si nihil cum potentiore iuris humani relinquitur inopi, at ego ad deos vindices intolerandae superbiae confugiam, et precabor ut iras suas vertant in eos quibus non suae redditae res non alienae adcumulatae satis sint, quorum saevitiam non mors noxiorum non deditio exanimatorum corporum non bona sequentia domini deditionem exsatient, placari nequeant nisi hauriendum sanguinem laniandaque viscera nostra praebuerimus. iustum est bellum Samnites quibus necessarium, et pia arma quibus nulla nisi in armis relinquitur spes: proinde cum rerum humanarum ma-

1. *quod si nihil cum potentiore iuris humani relinquitur inopi at ego ad deos uindices intolerandae superbiae confugiam:* P. — Quod si nihil iuris humani relinquitur *inopi cum potentiore*, h. e. tum cum contendendum est inopi cum potentiore, cum inopi de eo, quod suo sibi iure videtur postulare, a potentiore recusatur. cf. 38, 48.: „si — postularem ut diis inmortalibus honos haberetur et ipse triumphans in Capitolium ascenderem unde votis rite nuncupatis profectus sum, negaretis hoc mihi *cum* diis inmortalibus"? h. e. „*mihi* qui deorum auxilio adiutus tantum hostem devicerim, *deis* qui mihi exercituique victoriam dare voluerint". quo igitur sensu haec praepositio *cum* scripta sit, ex singulorum locorum rationibus intelligi poterit. — M: quod si nihil compo | tentiore iuris humani relinquitur inopiata ego ad deos cet. Cf. 8, 32.: responde at. — In Pall. 1. 3. al. praetermissum est *at.* cf. 3, 56.: quod si tribuni eodem foedere obligatos se fateantur — at se provocare ad populum, inplorare leges. 9,8. al. — M: et praecabor. — PM: adcumulate. — M m. 1.: satisint. M m. 2.: satis sint quorum seuitiam cet.

7. *placari nequeant:* PM Leid. I. al.] placari qui nequeant (ex coni. Drakenb.). — Et I. Fr. Gron. aut *qui placari nequeant* aut *placari nequeunt* (cod. Klock.) scribendum censuit: sed *qui* facili coniectura ex prioribus *quibus quorum* suppleri potest, nec sine causa L. ita scripsisse videtur, sed ut consuetudinem hominum quam maxime commotorum iraque perturbatorum hoc breviore dicendi genere exprimeret, cuius generis tot similes loci in Livianis annalibus leguntur. — Pal. 2. aliique recentissimi libri: placarique nequeant. — M: nisi auriendum sanguinem.

ximum momentum sit, quam propitiis rem quam adversis agant diis, pro certo habete priora bella adversus deos magis quam homines gessisse, hoc quod instat ducibus ipsis diis gesturos.

II. Haec non laeta magis quam vera vaticinatus exercitu educto circa Caudium castra quam potest occultissime locat: inde ad Calatiam, ubi iam consules Romanos castraque esse audiebat, milites decem pastorum habitu mittit pecoraque diversos alium alibi haud procul Romanis pascere iubet praesidiis: ubi inciderint in praedatores, ut idem omnibus sermo constet, legiones Samnitium in Apuliam esse, Luceriam omnibus copiis circumsedere nec procul abesse quin vi capiant. iam is et rumor ante de industria volga-

1. *quam propitiis rem quam aduersis agant diis:* P] quam propitiis quam adversis agantur diis (ex coni. I. Fr. Gron.). — M: proinde cum rerum humanarum maximum momentum propitiis rem | quam aduersis agant diis. Leid. I.: momentum sed quam propitiis rem quam cet. Lov. 2.: agamus. — P: pro certo habere. — In Neapol. Latinii scriptum est *nos gesturos:* sed ad *gessisse* et *gesturos* facile suppleri potest *vos* ex *habete.*

6. *circa Caudium:* M. — P: circa gaudium. — P Voss. II. Lov. 4. multique alii codd.: „castra quam occultissime ducit“. sed margini libri P adscriptum m. 2. est *locat.* — M: castra occultisime ducit locat. Voss. I.: locat ducit. Cf. 2, 7.: fieri. — PM: inde ad calatiam ubi iam coss̄. romanos castraque esse audiebat milites decem pastorum habitu mittit (M: mitit).

11. *legiones samnitium in apulliam esse:* M] legiones Samnitium in Apulia esse (P). — „Die Legionen der Samniten seien nach Apulien“. — P m. 1.: sermo constat. m. 2.: constet. — Recc. codd.: circumsidere. — PM: nec procul *ad*esse quin ui capiant. Leid. I. al.: quin ut capiant. Lov. 4.: „quin capiant“. sed si Samnites *vi* capturi credebantur Luceriam, quam maxime Romano ut fidelibus sociis auxilio esset festinandum erat: quo nihil Samnitibus optatius evenire potuit. — Legimus quidem 8, 37. Apulos a populo Romano defecisse, sed illa defectio non omnium civitatum eorum videtur fuisse. cf. 8, 27.

13. *iam is et rumor ante de industria uolgatus:* M] iam is etiam rumor — vulgatus.

tus venerat ad Romanos sed fidem auxere captivi eo maxime quod sermo inter omnes congruebat. haud erat dubium quin Lucerinis opem Romanus ferret bonis ac fidelibus sociis, simul ne Apulia omnis ad praesentem terrorem deficeret. ea modo qua irent consultatio fuit: duae ad Luceriam ferebant viae, altera praeter oram superi maris patens apertaque sed quanto tutior tanto fere longior, altera per Furculas Caudinas brevior. sed ita natus locus est: sal-

— P: „iam et is † rumor ante de industria uolgatus“: inter *is* et *rumor* aliquid erasum est. Drakenb. codd. et Pall.: iam is rumor cet.

2. *haut erat dubium quin Lucerinis opem Romanus ferret bonis ac fidelibus sociis:* P. — M: haud erat dubium q̄y lucerinis opem romanus ferret bonis ac fidelibus sotiis simul ne apullia cet. — Lov. 4.: quin lucerinis romanus opem ferret.

5. *qua irent:* M. — P Leid. I. cod. Klock.: qui irent. Cf. 7, 33.: qua. — M: consolatio fuit. — „Darüber war man sogleich einig, dass den Lucerinern Hülfe gebracht werden müsse, und zwar vorzüglich weil sie bei dem letzten Aufstande treu an Rom gehalten, zugleich aber auch damit nicht ganz Apulien aus Furcht vor dem feindlichen Heere abfalle: nur das schien zu erwägen, auf welchem Wege man dahin marschire“.

6. *altera praeter oram superi maris:* PM. — P: altera p̄t oram cet. m. 2.: p̄ter oram. — M m. 2. P: sed quamto tutior tanto fere longior. M m. 1.: sed tamto tutior tanto cet. — PM: altera per furculas gaudinas breuior. Cf. 9, 5. 10. 12. al.

8. *sed ita natus locus est:* PM: „die natürliche Beschaffenheit des Ortes aber ist folgende“. — Cod. Klock.: sed ita natus insidiis locus is est.

— *saltus duo alti angusti siluosique sunt montibus circa perpetuis inter se iuncti:* M m. 1. P. — M m. 2.: iunctis. — Hi duo saltus postea angustiae nominantur. „Es sind zwei hohe enge und waldige Schluchten, die durch eine ununterbrochene einen Kreis bildende Kette von Bergen mit einander verbunden werden: zwischen ihnen liegt in der Mitte eingeschlossen ein ziemlich ausgedehntes gras- und wasserreiches Thal, durch welches mitten hindurch der Weg geht“. Cod. Sig.: „montibus perpetuis inter se iuncti“: sed cf. 28, 33.: campus ante montibus *circa* saeptus erat. — Multi recc. codd.: patens claususque.

tus duo alti angusti silvosique sunt montibus circa perpetuis inter se iuncti: iacet inter eos satis patens clausus in medio campus herbidus aquosusque per quem medium iter est: sed ante quam venias ad eum intrandae primae angustiae sunt, et aut eadem qua te insinuaveris retro via repetenda aut, si ire porro pergas, per alium saltum artiorem inpeditioremque evadendum. in eum campum via alia per

4. *intrandae primae angustiae sunt:* M m. 4. P. — M m. 1.: intrade. m. 4.: intrāde. — PM: et aut eadem qua te insinuaueris retro uia repetenda: „und man muss entweder auf demselben Wege auf dem man hinabgestiegen wieder zurück". — M: si irae porro pergas. — PM: „per alium saltum *artiorem* inpeditioremque euadendum": h. e. per alteras angustias. Pall. et Drak. codd.: per alium saltum altiorem inped. cet.

7. *in eum campum uia alia per cauam rupem romani remisso agmine qm̄ ad alias angustias protinus pergerent:* P] in eum campum via alia per cavam rupem Romani demisso agmine cum ad alias angustias protinus pergerent (ed. Frob. 1531.). — De coniunctione *qm̄* h. e. *quoniam* cf. 7, 34.: „qm̄ caeci reliquere samnites". In M scriptum est „in eum campum uia alia per cauam rupem romani remisso agmine| *quad* alias angustias protinus pergerent", simili eius mendo quo 8, 33. in Harl. I. Leid. I. *quid* scriptum est pro *quo* *id.* In melioribus Drak. libris *qm̄* excidit. In omnibus vero et Pall. et Drakenb. codd. recte scriptum est *remisso agmine.* sed ut haec integra scriptura praetermitteretur, factum est quod interpretes id, quod h. l. *remittere* significaret, prorsus fugisse videtur. in hoc enim verbo non modo id inest quod *demisso agmine* exprimere voluerunt, sed idem significat etiam h. l., maxima securitate atque temeritate agmen immittere nullis adhibitis ducibus locorum peritis, nullis exploratoribus missis, nulla omnino hostium quippe qui procul abèsse viderentur ratione habita. tum demum, cum haec recte percepta erunt, intelligi possunt ea quae sequuntur, quibus causa eius tantae temeritatis expressa sit. „Als die Consuln das Heer in dieses Thal auf dem ersten Passe durch die Felsschlucht hatten rücken lassen und zwar in gänzlicher Sorglosigkeit, weil sie ja sogleich nach dem anderen Passe hindurch zu marschiren gedächten, da fanden sie denselben durch vorgezogene

cavam rupem Romani remisso agmine, quoniam ad alias angustias protinus pergerent, saeptas deiectu arborum saxorumque ingentium obiacentem molem invenere. cum fraus hostilis apparuisset, praesidium etiam in summo saltu conspicitur: citati inde retro qua venerant pergunt repetere viam: eam quoque clausam sua obice armisque inveniunt. sistunt inde gradum sine ullius imperio stuporque omnium animos ac velut torpor quidam insolitus membra tenet, intuentesque alii alios, cum alterum quisque compotem magis mentis ac consilii ducerent, diu inmobiles silent: deinde ubi praetoria consulum erigi videre et expedire quosdam utilia operi quamquam ludibrio fore munientes perditis rebus ac spe omni adempta cernebant, tamen, ne culpam malis adderent, pro se quisque nec hortante ullo nec imperante ad muniendum versi castra propter aquam vallo circumdant sua ipsi opera laboremque inritum — praeterquam quod hostes superbe increpabant — cum miserabili confessione eludentes. ad consules maestos — ne advocantes quidem

Baumstämme verrammelt und dahinter einen Wall von ungeheuren Felsstücken". Cf. ex. gr. 9, 16.: „ne nihil *remissum* dicatis" h. e. laxatum. — M: obiacentem moleminuere.

6. *eam quoque clausam sua obice armisque inueniunt:* PM. — Cod. Klock.: „clausam iam obice": sed *sua obice* significantur et arbores et saxa quae eius loci erant. „Auch ihn finden sie durch Bäume und Steine, die der Ort genugsam bot, gesperrt und mit Truppen besetzt".

7. *sistunt inde gradum:* M m. 2. — M m. 1.: granum. P: sistunt inde grandum. — M: menbra tenet. — P m. 1. M m. 1.: cum alterum quisque conpotem magis mentes ac consilli ducerent. P m. 2. M m. 2.: mentis. Lov. 4. al.: cum alterum quisque — duceret.

10. *ubi praetoria coss. erigi uidere et expedire quosdam utilia operi:* PM. — M: „ac spe om̄a dempta"; h. e. omnia dempta, hinc Harl. II. „spe omni dempta", Voss. II. al. „spe omnia adempta".

15. *propter aquam uallo circumdant:* PM cod. Gel. — Recc. quidam codd.: prope aquam.

18. *ad coss. maestos ne aduocantes quidem in consilium:* M m. 1. P. — M m. 3.: nec aduocantes | quidem in

in consilium, quando nec consilio nec auxilio locus esset — sua sponte legati ac tribuni conveniunt, militesque ad praetorium versi opem quam vix dii inmortales ferre poterant ab ducibus exposcunt.

III. Querentes magis quam consultantes nox oppressit, cum pro ingenio quisque fremerent, alius „per obices viarum“, alius „per adversa montium per silvas qua ferri arma poterunt eamus: modo ad hostem pervenire liceat, quem per annos iam prope triginta vincimus: omnia aequa et plana erunt Romano in perfidum Samnitem pugnanti“: alius „quo aut qua eamus? num montes moliri sede sua paramus? dum haec inminebunt iuga, qua tu ad hostem venies? armati inermes fortes ignavi pariter omnes capti at-

consilium. — P m. 1.: qua donec in consilio nec auxilio locus esset. m. 2.: quandonec in consilio cet.

6. *cum pro ingenio quisque fremerent alius* (M: alium) *per obices uiarum alius per aduersa montium per siluas qua ferri arma poterunt eamus:* PM] cum pro ingenio quisque fremerent alius per obices viarum per adversa montium cet. (ex coni. Mureti). — Voss. II. multique recc. codd.: fremeret. — Alterum *alius* Muretus deletum voluit ut una voce fortes milites, qui audacissima quaeque obeunda suaderent, distinguerentur ab ignavis. sed quibus per obices viarum eundum videbatur, non idem consilium erat cum eis qui per adversa montium eniti voluerunt. illi enim per angustias illas unde venerant et in quibus praesidia hostium collocata erant, pervadere voluerunt, hi per adversos montes qui circa erant, ubi cum una locorum natura luctandum esset. quod ut exprimeretur Livius et altero loco *alius* adiecerat.

9. *quem per annos iam prope triginta uincimus:* M cod. Gel. — P m. 1.: „quem per annos iam prope xxx uicinus“. dein eadem m. 1.: uicimus. Idem *uicimus* Drakenb. in suis codd. invenit. — PM: omnia aequa et plana erunt romano in perfidum samnitem pugnanti. Leid. I. Voss. II. al.: omnia aequata plana erunt. Pall. 1.3. Lov. 4.: omnia aequata ac plana erunt.

11. *alius quo aut qua eamus:* PM. — P m. 1.: num montes morili sede sua paramus. m. 2.: moliri.

que victi sumus: ne ferrum quidem ad bene moriendum oblaturus est hostis, sedens bellum conficiet". his in vicem sermonibus qua cibi qua quietis inmemor nox traducta est. Ne Samnitibus quidem consilium in tam laetis suppetebat rebus: itaque universi Herennium Pontium patrem imperatoris per litteras consulendum censent. iam is gravis annis non militaribus solum sed civilibus quoque abscesserat muneribus, in corpore tamen adfecto vigebat vis animi consiliique: is ubi accepit ad Furculas Caudinas inter duos saltus clausos esse exercitus Romanos, consultus ab nuntio filii censuit omnes inde quam primum inviolatos dimittendos. quae ubi spreta sententia est iterumque eodem re-

1. *ne ferrum quidem ad bene moriendum oblaturus est hostis:* M m. 3. P. — M m. 1.: ad bene memoriendum. — Lov. 4.: nec ferrum quidem.

2. *his in uicem sermonibus qua cibi qua quietis inmemor nox traducta est:* P m. 2. cod. Gel. Voss. II. al.: prima enim manu in P et in M scriptum erat „quiestis". — M: „his in uicem sermonibus qua cibi qua quietis inmemores nox traducta est": quae scriptura si integra est, Livium anacolutho usum esse oportet. nec tamen illa altera scriptura aliena est a Liviano scribendi genere, utpote quo haud raro quae poetarum sunt expressa videamus.

5. *itaque uniuersi Herennium Pontium patrem imperatoris per litteras consulemdum censent:* PM. — P: iam is grauius annis non militibus solum sed ciuilibus quoque abscesserat muneribus. M m. 1.: censent a is grauius annis non militaribus solum cet. m. 2.: iā is grauis annis. P m. 2.: grauis. — P: in corpore tamen adfecto uigebat uis animi consiliisq. is ubi cet.

9. *is ubi accepit ad furculas caudinas inter duos saltus clausos esse exercitus romanos:* P m. 2. M. — P m. 1.: exercitos romanus. — Leid. I. al.: clausus esset exercitus romanus. Pall. 1. 3. Voss. II.: ut clausus esset exercitus romanus. Multi recc. codd.: clausum esse exercitum romanum. — M: inuiolatos dimi | tendos.

12. *quae ubi spreta sententia est:* P. — M: sperta. — PM: iterumque eodem remeante nuntio consulebatur. — Harl. II.: „iterumque *ab* eodem remeante nuntio consulebatur": quem ad modum paulo ante scriptum est. sed huius posterioris loci ratio participio

meante nuntio consulebatur, censuit ad unum omnes interficiendos. quae ubi tam discordia inter se velut ex ancipiti oraculo responsa data sunt, quamquam filius ipse in primis iam animum quoque patris consenuisse in adfecto corpore rebatur, tamen consensu omnium victus est ut ipsum in consilium acciret. nec gravatus senex plaustro in castra dicitur advectus vocatusque in consilium ita ferme locutus esse ut nihil sententiae suae mutaret, causas tantum adiceret: priore se consilio, quod optimum duceret, cum potentissimo populo per ingens beneficium perpetuam firmare pacem amicitiamque: altero consilio in multas aetates, quibus

remeante adiecto prorsus alia est. nec raro ita videmus ablativos absolutos scriptos nulla eius verbi, unde reliqua pendere oporteret, ratione habita. sic scriptum est ex. gr. 8, 15. in optimis libris „Aurunci *T. Manlio consule* in deditionem accepti", non „*a* T. Manlio consule" quod vulgo fertur.

2. *quae ubi tam discordia inter se uelut ex ancipiti oraculo responsa data sunt:* P m. 2. M m. 3. — P m. 1.: oracuolo. — M m. 1.: quae ubi tam discord†a inter se uelut ex ancupiti oracuolo responsadta sunt.

5. *ut ipsum in consilium acciret:* M Leid. I. cod. Klock. al.] ut ipsum in concilium acciret. — P: ut ipsum in consilium acciperet negratus senex plaustro in castra ducitur aduectus. m. 2.: ne grauatus. M: nec grauatus senex plaustro in castra dicitur aduectus. m. 3.: ducitur. Pall. 1. 3. al.: plaustro in claustra dicitur aduectus. — P m. 1.: uocatusque in consilium ita ferme locutos esse. m. 2.: locutus esse. M m. 1.: locutus es†ut nihil sententiae suae mutaret. m. 3.: locutus est ut nihil cet.

11. *altero consilio in multas aetates quibus amissis duobus exercitibus haud* (M: aud) *facile receptura uires romanares bellum differre:* PM: „durch seinen zweiten Rath verschiebe er den Krieg auf lange Zeit, in der nur allmälig der römische Staat die durch den Verlust zweier Heere eingebüssten Streitkräfte wieder gewinnen würde". *Esset*, quod abesse nolim, praetermissum est et in omnibus Drakenb. codd., quare dubium videri potest, utrum „receptura uir*es* esset romana res", an „receptura uires romana r*es* esset" manu antiqua scriptum fuerit. sed scriptura recepta et mihi pro-

amissis duobus exercitibus haud facile receptura vires Romana res esset, bellum differre: tertium nullum consilium esse. cum filius alique principes percunctando exsequerentur, quid, si media via consilii caperetur ut et dimitterentur incolumes et leges iis iure belli victis inponerentur? „ista quidem sententia“ inquit „ea est quae neque amicos parat nec inimicos tollit: servate modo quos ignominia inritaveritis, ea est Romana gens quae victa quiescere nesciat: vivet semper in pectoribus illorum quidquid istuc praesens ne-

batur: sic enim tum aliis locis tum 9, 5. „acta res esset“ scriptum est. — Leid. I. al.: amissis exercitibus duobus. Voss. I. al.: duobus exercitibus amissis.

3. *alique:* M m. 1.] aliique (M m. 3. P). Cf. 26, 11.: Capenates alique accolae eius erant (Put.). al. — M:. cum filiis alique principes percunctando exequirentur. P m. 1.: percunctando exequirerent. m. 2.: „exquirerent“. sed in Leid. I. recte scriptum videtur „percunctando exsequerentur“. — Pall. 1. 3.: percunctando persequerentur (3, 20.). — Cf. 6, 14.: exsequebantur quaerendo. 9, 16.: exsecuntur quaerendo. 22, 3.: summa omnia cum cura inquirendo exsequebatur. 25, 29.: exsequentibus sciscitando quae acta cum Romanis essent dilucere — coepit cet. al. — PM: „quid si media uia consilii (M m. 1.: consilia) caperetur“: *quid* scil. ei videretur.

6. *quae neque amicos parat nec inimicos tollit:* PM Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.] quae neque amicos parat neque cet. Cf. 1, 18. 9, 9. al. — M: ista quidem sententia inquit *ae* est cet. — PM: ea est romana gens quae uicta quiescere nesciat. Voss. II.: quiescere nequeat nesciat. — Quem ad modum scriptum est „ea est gens quae nesciat“, desiderari quoque potest „ista sententia ea est quae neque paret neque tollat“, cum utroque loco in pronomine *quae* inesse videatur *ut*. sed priore loco indicativus rem extra omnem dubitationem ponit, coniunctivus altero loco fieri posse concedit ut res aliis aliter se habere videatur.

8. *uiuet semper in pectoribus illorum quidquid istuc praesens necessitas inuserit:* M. — P Leid. I.: uiuat semper. — P cod. Gel. Leid. I. Lov. 4.: inusserit. Pall. al.: immiserit. Recc. quidam codd.: iniunxerit.

cessitas iusserit, nec eos ante multiplices poenas expetitas a vobis quiescere sinet“.

IV. Neutra sententia accepta Herennius domum e castris est avectus. et in castris Romanis cum frustra multi conatus ad erumpendum capti essent et iam omnium rerum inopia esset, victi necessitate legatos mittunt qui primum pacem aequam peterent: si pacem non inpetrarent, uti provocarent ad pugnam. tum Pontius debellatum esse respondit, et quoniam ne victi quidem ac capti fortunam fateri scirent, inermes cum singulis vestimentis sub iugum missurum: alias condiciones pacis aequas victis ac victoribus fore: si agro Samnitium decederetur coloniae abducerentur, suis inde legibus Romanum ac Samnitem aequo foedere victurum. iis condicionibus paratum se esse foedus cum consu-

1. *nec eos ante multiplices poenas expetitas a uobis quiescere sinet:* M m. 2.] neque eos cet. — M m. 1.: nec eos ante eos multiplices cet. sed altero loco *eos* inductum est. — P: neque eos ante multiplices poenas expeditas a uobis cet.

3. *Herennius domum e castris est auectus:* PM: nisi quod in M scriptum est „herenius“. — Cod. Sig. al.: reuectus. Lov. 4.: e castris domum est auectus.

7. *si pacem non inpetrarent utiprouocarent adpugnam:* P cod. Gel. al. — M m. 1.: „si pacem ††† ad pugnam“: mediis erasis. dein eadem m. 1. scriptum est „si pacem non inpetrarent ad pugnam. tum cet.

8. *tum* (P m. 1.: dum) *Pontius debellatum esse respondit et qm̄ ne uicti quidem ac capti fortunam fateri scirent inermes cum singulis uestimentis sub iugum missurum:* PM. In Leid. I. praetermissum est *sub iugum*, quod h. l. deesse non potest. — PM: alias conditiones pacis aequas uictis ac (P: a) uictoribus esse. P m. 2.: condiciones.

12. *suis inde legibus:* PM] suis deinde legibus. — Mirum est quod h. l. et in Pal. II. et in cod. Sigoniano, qui recentium librorum prope pessimi sunt, *inde* scriptum legitur, *deinde* in melioribus et Palatinis et Drakenborchianis. — M: si agro samnitium decideretur coloniae ducerentur suis inde legibus romanum ac samnitim aequo foedere uicturum. Leid. I. Lov. 4.: decideretur. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: decederent.

14. *iis conditionibus paratum*

libus ferire: si quid eorum displiceat, legatos redire ad se vetuit. haec cum legatio renuntiaretur, tantus gemitus omnium subito exortus est tantaque maestitia incessit, ut non gravius accepturi viderentur si nuntiaretur omnibus eo loco mortem oppetendam esse. cum diu silentium fuisset nec consules aut pro foedere tam turpi aut contra foedus tam necessarium hiscere possent, tum L. Lentulus, qui tum princeps legatorum virtute atque honoribus erat, „patrem meum" inquit, „consules, saepe audivi memorantem se in Capitolio unum non fuisse auctorem senatui redimendae auro a Gallis civitatis, quando nec fossa valloque ab igna-

se esse foedus cum consulibus ferire: PM] his cond. cet. — PM: „si quid *eorum* displiceat": scil. quae a se proposita essent. cf. 8, 35.: *quod* — negasset, *eius rei* veniam dedisset. — Duo recc. codd.: si quid eorum displiceret. — Voss. II.: legatos ad se redire uetuit.

2. *tantus gemitus omnium subito exortus est:* P. — M: tanti gemitus cet. In Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al. excidit *tantus.* — Deinde scriptum est et in PM et in Drakenb. libris „mortem *ad*petendam esse" vel „appetendam esse": quod integrum esse non potest. mortem enim appetunt aut fortes milites ab hostibus circumventi, aut vitae quodam taedio tristes senes. quod si h. l. Livius *mortem appetendam esse* scripsisset, totum exercitum ignavissimorum hominum iudicasset, utpote quibus nihil morte gravius videri posset. notum tamen est, saepissime *ad ab ob* inter se a librariis permutata esse.

6. *nec consules aut pro foedere tam turpi aut contra foedus tam necessarium hiscere possent:* P. In M excidit *pro.* — P.: tum l. lentulus qui tum princeps legatorum uirtute atque honoribus erat. M: tum l. lecturus qui tum princeps cet. — Cod. Gärtnerianus: „qui princeps legatorum" cet. quod haud displiceat: sed videtur hoc alterum *tum* idem quod *tum maxime* significare et scriptum esse, quo plus auctoritatis Lentuli verbis tribueretur: „da sprach L. Lentulus, der unter den Legaten gerade der bedeutendste war". — M m. 1.: patrem meam. M m. 2. P: patrem meum inquit coss. saepe audiui memorantem cet.

11. *quando nec fossa ualloque ab ignauissimo ad opera ac muniendum hoste clausi es-*

vissimo ad opera ac muniendum hoste clausi essent et erumpere si non sine magno periculo tamen sine certa pernicie possent. quod si illis ut decurrere ex Capitolio armatis in hostem licuit quo saepe modo obsessi in obsidentes erupe runt, ita nobis aequo aut iniquo loco dimicandi tantum modo cum hoste copia esset, non mihi paterni animi indoles in consilio dando deesset: equidem mortem pro patria praeclaram esse fateor et me vel devovere pro populo Romano legionibusque vel in medios me immittere hostes paratus sum: sed hic patriam video, hic quidquid Romanarum legionum est: quae nisi pro se ipsis ad mortem ruere volunt, quid habent quod morte sua servent? tecta urbis — dicat aliquis — et moenia et eam turbam a qua urbs incolitur. immo hercule produntur ea omnia deleto hoc exercitu non

sent: PM: „da sie ja nicht einmal durch Graben und Wall eingeschlossen wären". cf. 8, 37.: nec earum ipsarum sancta fides fuit. — Leid. I.: *nec* fossa *nec* uallo.

1. *et erumpere si non sine magno periculo tamen sine certa pernicie possent:* PM] et erumpere si non sine periculo magno, tamen cet. — *Sine magno periculo* scriptum est et in omnibus prope Drakenb. codicibus, sed in Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al. praetermissum est *si non.* — Pall. 1. 3. Voss. II.: *et* tamen sine certa cet.

3. *quod si illis ut decurrere ex capitolio armatis in hostem licuit:* P et omnes prope Drak. codd.] quod si ut illis decurrere cet. Voluit igitur Livius ut non minor orationis vis poneretur in *illis* — *nobis* quam in *ut* — *ita*. — M: quod si illis ut de | currere ex capitolio armatis in hoste licuit. — M: „erumperunt": pauloque post „animi indol*e*".

8. *et me uel deuouere pro p̄r. legionibusque uel in medios me inmittere hostes paratus sum:* P m. 2. — P m. 1.: in medios me inquittere hostes. — M: et me uel deuouere pro p̄r. legionib; qui uel in medios me inmittere hostes paratus sum. — PM: quidquid romanarum legionum. Cf. 1, 25.: quidquid civium domi quidquid in exercitu sit, illorum tunc arma illorum intueri manus. al.

11. *quae nisi pro se ipsis ad mortem ruere uolunt quid habent quod morte sua seruent:* PM cod. Gel.

14. *immo hercule produntur ea omnia deleto hoc exercitu non seruantur quis enim ea tuebitur inbellis uidelicet*

servantur. quis enim ea tuebitur? inbellis videlicet atque inermis multitudo —: tam hercule quam a Gallorum impetu defendit. an a Veis exercitum Camillumque ducem inplorabunt? hic omnes spes opesque sunt, quas servando patriam servamus, dedendo ad necem patriam deserimus ac prodimus. at foeda atque ignominiosa deditio est —: sed ea caritas patriae est ut tam ignominia eam quam morte nostra si opus sit servemus. subeatur ergo ista quantacumque est indignitas et pareatur necessitati quam ne dii quidem superant: ite consules, redimite armis civitatem quam auro maiores vestri redemerunt".

atque inermis multitudo tam hercule cet.: P. — Omnibus eis quae inter *immo hercule* et *tam hercule* in P leguntur neglegenter praetermissis nihil in M scriptum est nisi hoc „incolitur | immo *ercule* his quam a gallorum impetu defendit" cet. In Neapol. Latinii inventum est „*una* hercule produntur ea omnia" cet.

2. *tam hercule quam a gallorum impetu defendit:* P. — Quamquam in M invenimus „ercule his quam a gall." cet., tamen vix dubium est quin illud *his* erranti librario debeatur: nisi forte dicere voluit in aliis libris inveniri „*hercules*", aut pronomen *haec* in *his* latet: „tam hercule haec (scil. multitudo inbellis) urbem defendet quam a Gallis defendit".

3. *an a Veis exercitum Camillumque ducem inplorabunt:* P m. 2.] an a Veiis cet. Cf. 5, 52.: a Veis. al. — P m. 1.: an auehis exercitum cet. M: an auheis exercitum | camillumque cet.

4. *hic omnes spes opesque sunt:* PM cod. Gel. — M: hic oms spes cet. — M: dedendo ad necem patriam deser*imus*. at foe | da atque ignominiosa dedicio est sed ea caritas patriae est ut tam ignomini *eam* quam morte nostra si opus est seruemus. m. 2.: ignomini a quam morte cet. Leid. I. al.: ignominie eam quam morte.

8. *subeatur ergo ista quantacūque est indignitas:* P. — M: quan | tocumq. est. — PM: ne dii quidem. Voss. II. Lov. 4. al.: nec dii quidem.

10. *ite coss. redimite armis ciuitatem quam auro maiores uestri redemerunt:* PM Lov. 4. — Leid. I.: maiores *ueno*stri. Recc. codd.: maiores nostri. Cf. 5, 54.: maximo gaudio patrum uestrorum. al.

V. Consules profecti ad Pontium in conloquium, cum de foedere victor agitaret, negarunt iniussu populi foedus fieri posse nec sine fetialibus caerimoniaque alia sollemni. itaque non — ut vulgo credunt Claudiusque etiam scribit — foedere pax Caudina sed per sponsionem facta est: quid enim aut sponsoribus in foedere opus esset aut obsidibus ubi precatione res transigitur, per quem populum fiat quo minus legibus dictis stetur, ut eum ita Iuppiter feriat quem ad modum a fetialibus porcus feriatur. spoponderunt consules legati quaestores tribuni militum, nominaque omnium qui spoponderunt extant, ubi si ex foedere acta res esset praeterquam duorum fetialium non extarent: et propter ne-

1. *cum de foedere uictor agitaret:* P. — M: fędere. — PM: negarunt iniussu populi foedus fieri posse *nec* sine fetialibus caerimoniaque alia sollemni: „als sich die Consuln der Unterhandlung wegen zum Pontius begeben hatten, und der Sieger ein Bündniss geschlossen wissen wollte, so erwiederten sie dass dies nicht ohne Erlaubniss des röm. Volkes geschehen könne noch ohne Bundespriester und mit Übergehung der anderen herkömmlichen religiösen Verbindlichkeiten“. Cf. 1, 24.

4. *ut uulgo credunt Claudiusque etiam scribit:* M m. 2. P. — M m. 1.: ut ulgo credunt. — M m. 1.: sec per sponsionem. m. 4.: set. — Iac. Perizonius de hoc bello foedereque icto Ciceronem cum Livio dissentientem conferri vult de inv. 2, 30., C. Dukerus eundem de offic. 3, 30. de senect 12.

7. *ubi precatione res transigitur:* M. — P m. 1.: ubi p̄catione restant igitur per quem populum cet. m. 2.: „ubi p̄catione res an sigitur“ duobus *t* inductis. — Non foedus ictum sed per sponsionem rem transactam esse, ex eo Livius dicit intelligi posse, quod omnium eorum qui spopondissent nomina extarent. quid enim sponsoribus aut obsidibus opus fuisse, si res transacta esset ea precatione, qua in foederibus feriendis uti solerent, ut Iuppiter eum populum, per quem fieret ne legibus dictis stari posset, ita feriret quem ad modum porcus a fetialibus feriretur.

9. *spoponderunt coss̄.* (P: cos̄.) *legati quaestores tr̄. mil. nominaque omnium qui spoponderunt extant:* PM.

12. *et propter necessariam foe-*

cessariam foederis dilationem obsides etiam sescenti equites imperati qui capite luerent si pacto non staretur: tempus inde statutum tradendis obsidibus exercituque inermi mittendo. redintegravit luctum in castris consulum adventus ut vix ab iis abstinerent manus quorum temeritate in eum locum deducti essent, quorum ignavia foedius inde quam venissent abituri: illis non ducem locorum non exploratorem fuisse, beluarum modo caecos in foveam missos. alii

deris dilationem obsides etiam. dc. equites imperati: P m. 2. M. — P m. 1.: „obsides etiam†equites“ mediis litteris erasis. — Leid. I. ceterique Drakenb. codd.: „obsides etiam *ac* equites imperati“: de quo errore cf. 3, 62.: sexcenti. 8, 11. — In Harl. II. vero, ne *ac* ante vocalem positum videretur, scriptum est: „obsides etiam *atque* equites imperati“.

2. *tempus inde statutum tradendis obsidibus:* M. — P cod. Klock.: „tempus inde statum“: haud scio an non minus latine. sic enim non modo *stato tempore die* al. dictum est sed etiam loci inveniuntur quibus dubium fiat an librariorum licentia *statutum* pro *statum* positum sit. in Put. quidem 24, 27. scriptum vidimus: „statusessent | statutus essent ce | mitiis dies“ cet. sed m. 2. *status essent* inducta sunt. 23, 35. scriptum erat m. 1. in Put. „campanisomnibus | statum sacrificium adhamas“: sed m. 2. addidit *tu* ut *statutum* fieret, idque in Colb. al. receptum est. — PM: „exercituque inermi mittendo“. scil. sub iugum. de hoc dativo cf. 4, 12.: vendere quod usu menstruo superesset.

4. *redintegrauit luctum in castris coss. aduentus:* P m. 2. M. — P m. 1. cod. Klock.: sed integrauit. — P: ut uix ab iis abstinerent manus quorum temeritate in eum locum deducti essent quorum ignauia foedius inde quam uenissent abituri. M: „ut uix ab iis abstinerent manus *quorū* ignauia foedius inde quam uenissent abituri“ mediis praetermissis: sed inter *manus* et *quorū* adscriptum est *h;*. Eadem verba exciderunt in Leid. I. Voss. II. Lov. 4. — In Lov. 2. et 4. scriptum est „uen*issent essent* abituri“: sed prius *essent* videtur L. et ad *abituri* relatum voluisse.

8. *beluarum modo caecos in foueam missos: labsos:* P (cod. Klock.): „blindlings seien sie in die Grube in die man sie verlockt gestürzt“. sed si haec scriptura vera est, maior orationis vis posita videbitur in *lapsos* quam in

alios intueri, contemplari arma mox tradenda et inermes futuras dextras obnoxiaque corpora hosti: proponere sibimet ipsi ante oculos iugum hostile et ludibria victoris et vultus superbos et per armatos inermium iter, inde foedi agminis miserabilem viam per sociorum urbes, reditum in patriam ac parentes quo saepe ipsi maioresque eorum triumphantes venissent: se solos sine vulnere sine ferro sine acie victos, sibi non stringere licuisse gladios non manum cum hoste conferre, sibi nequiquam arma sibi nequiquam animos da-

missos: quod probari non potest: id enim ipsum tam graviter milites incusant quod consulum culpa in insidias praecipitati essent. videntur igitur *missos lapsos* duae scripturae esse (cf. 9, 2.: locat:), et recte deletum esse in M *missos.* — M m. 1.: bel*li*arum modo. m. 4.: belluarum.

2. *obnoxiaque corpora hosti:* M m. 1. P m. 2. — P m. 1.: obnoxaque corpiora hosti. M m. 2.: corpiora.

4. *inde faedi agminis miserabilem uiam per sociorum urbes:* P. — M m. 1.: miserabilem uitam p sotiorū urbes. m. 2.: uiam.

5. *reditum in patriam ac parentes:* PM rell. — *Parentes* videtur aeque h. l. ad *patriam* adiectum esse ac multis aliis locis ad vim eius sensus qui in *patria* inest augendam. sic scriptum legimus 1, 25. „cum sui utrosque adhortarentur, deos patrios patriam ac parentes, quidquid civium domi quidquid in exercitu sit, illorum tunc arma illorum intueri manus“ al. nec offendere potest praepositio *in* etiam ad *parentes* referenda, non tam quod et alibi modo *in* modo *ad* cum eisdem verbis coniuncta leguntur quam quod inprimis illa voce utebantur si quid quo spectasse dicendum erat. Minus placet igitur I. Fr. Gronovii coniectura qua *ad parentes* scribi voluerit, quamquam haud raro ita relatum reperitur: ex. gr. 30, 32.: in manibus esse praedam Carthaginis, reditum domum in patriam ad parentes liberos coniuges penatesque deos.

9. *sibi nequiquam arma sibi nequiquam animos datos:* ex coni. m.] sibi nequicquam arma nequicquam vires nequicquam animos datos. — In P nihil invenimus nisi hoc „conferre sibi nequiquam animos datos“: in M „conferre si bene | quiquam animos datos“, unde coniici possit, h. l. illud *sibe*, cuius Quintilianus 1, 7. 24. mentionem fecit, recte servatum esse, quamquam mihi hoc quidem loco *bene*

tos. haec frementibus hora fatalis ignominiae advenit omnia tristiora experiundo factura quam quae praeceperant animis: iam primum cum singulis vestimentis inermes extra vallum exire iussi et primi traditi obsides atque in custodiam abducti: tum a consulibus abire lictores iussi paludamentaque detracta, tantam inter ipsos qui paulo ante eos execrantes dedendos lacerandosque censuerant miserationem fecit, ut suae quisque condicionis oblitus ab illa deformatione tantae maiestatis velut ab nefando spectaculo averteret oculos.

librario cuidam deberi videtur. sed utut id se habet, media verba nec in PM nec in Drakenb. codicibus reperta sunt. nec satis intelligi potest utrum Gelenius, qui primus ea in integram orationem recepit, sic scriptum viderit in antiquis suis libris an ex coniectura ad orationis vim augendam additum voluerit, cum scripturae a se laudatae id tantum adiecerit „hoc scribae oscitanti imputandum". nec ausus essem *sibi nequiquam arma* recipere, nisi *armatos*, quod in Vossiano altero pro *animos* inventum est, veri simile faceret *arma* ab antiquis libris non defuisse. videant igitur docti homines quid potius habendum sit, cum non dubitem quin aliis „sibi nequiquam arma animos datos" magis probatum fuerit.

1. *haec frementibus hora fatalis ignominiae aduenit:* M. — P: ignominia. — PM: omnia tristiora experiundo factura quam quae praeceperant animis. Leid. 1. omnesque prope Drakenb. codd.: experiendo. — Cf. 7, 26.: adeo duorum militum eventum — utraque acies animis praeceperat.

4. *et primi traditi obsides atque in custodiam abducti:* PM: nisi quod in M *obside* scriptum erat. — M m. 4.: obsidesq. in custodiam abducti. — Deinde scriptum est in M „tum a coss.", in P „tum a cōs."

6. *tantam inter ipsos qui paulo ante eos execrantes dedendos lacerandosque censuerant miserationem fecit:* PM cod. Gel. h. e. „id quod tantam miserationem fecit". I. Fr. Gronovius *fecerunt* scribi voluit, quod ad *iussi* relatum placere non potest. Drakenborchius „tantam *id* inter ipsos" cet. sed ne ea quidem voce opus est. — Pal. 1. 3. Lov. 4. al.: eos execrandos lacerandosque censuerant. — P m. 1. M: conditionis.

VI. Primi consules prope seminudi sub iugum missi, tum ut quisque gradu proxumus erat ita ignominiae obiectus, tum deinceps singulae legiones. circumstabant armati hostes exprobrantes eludentesque: gladii etiam plerisque intentati et vulnerati quidam necatique, si vultus eorum indignitate rerum acrior victorem offendisset. Ita traducti sub iugum et — quod paene gravius erat — per hostium oculos cum e saltu evasissent, etsi velut ab inferis extracti tum primum lucem aspicere visi sunt, tamen ipsa lux ita deforme intuentibus agmen omni morte tristior fuit. itaque cum ante noctem Capuam pervenire possent, incerti de fide sociorum et quod pudor praepediebat, circa viam haud procul Capua omnium egena corpora humi prostraverunt. quod ubi est Capuam nuntiatum, evincit miseratio iusta sociorum superbiam ingenitam Campanis: confestim insignia sua consulibus fasces lictores, arma equos vestimenta commeatus militibus benigne mittunt, et venientibus Capuam cunctus se-

1. *primi coss. prope seminudi sub iugum missi:* P. — M: primi cos. — M m. 1. P: proxumus.

3. *circumstabant armati hostes:* P. — M: „circumstabant armis hostes“ quasi librarius *cum armis* scribi voluisset. Cf. 28, 26.: simul et imperator in tribunal escendit et reducti armati a portis inermi contioni se ab tergo circumfuderunt. al. — P: uulnerati quidem necatiq. Hinc Leid. I. al.: uulnerati quidem quidam necatique.

7. *per hostium oculos:* PM. Cf. 2, 38.: vos omnibus — spectaculo abeuntes fuisse, vestras coniuges vestros liberos traductos per ora hominum.

8. *etsi uelut ab inferis extracti tum primum lucem aspicere uisi sunt:* P. — M: tum lucem aspicere cet.

13. *omnium egena corpora:* PM Leid. I. Lov. 4. al. — Pall. eod. Sig.: omnium egeni corpora humi prostrauerunt. — M: prostraue | uerunt.

14. *euincit:* M] evicit (P). — M: sotiorum.

17. *et uenientibus Capuam cunctus senatus populusque obuiam egressus iustis omnibus hospitalibus priuatisque et publicis fungitur officiis:* PM cod. Klock. multique al.] et venientibus Capuam cunctus senatus populusque obviam egressi — funguntur officiis (Pall. 1. 3. Voss. II.). — Leid. I. Lov. 4.

natus populusque obviam egressus iustis omnibus hospitalibus privatisque et publicis fungitur officiis. neque illis sociorum comitas vultusque benigni et adloquia non modo sermonem elicere sed ne ut oculos quidem attollerent aut consolantes amicos contra intuerentur efficere poterant, adeo super maerorem pudor quidam fugere conloquia et coetus hominum cogebant. postero die cum iuvenes nobiles missi a Capua ut proficiscentes ad finem Campanum prosequerentur revertissent, vocatique in curiam percunctantibus maio-

al.: egressi — fungitur. — Notum est nomina *senatus populusque* non modo *romanus* sed etiam aliarum civitatum apud optimos quosque scriptores cum singulari numero coniuncta legi. cf. ex. gr. 28, 39.: nos decem legatos Saguntinos senatus populosque ad vos misit. — *Iusta hospitalia* sunt omnia ea quae amicis ab hospitibus fieri iustum aequumque est.

2. *neque:* „*aber* diese Freundlichkeit der Bundesgenossen" u. s. w. Cf. 6, 4 : laborque.

4. *ne ut oculos quidem attollerent:* M. — P: ne ut oculos adtollerent. Cf. 38, 27.: ceterum *ne* primum coniectum telorum tulerunt (cod. Bamberg.). Cic. Cat. mai. 11, 34.: itaque non modo quod non possumus sed *ne* quantum possumus cogimur (cod. Erfurt.). al.

7. *cogebant:* M cod. Gel. Leid. I.] cogebat (P). — Voces *super maerorem pudor* ita ad verbum *cogere* referri potuerunt ut scriptor aut dicere vellet maiorem sibi videri vim in *pudore* quam in *maerore* positam fuisse, aut ut vellet exprimere, qua vi *pudor* animos hominum affecisset eadem videri *maerorem* eos adflixisse, h. e. praeterquam quod maeror coegisset coegisse etiam pudorem quendam fugere colloquia. hac altera ratione *super maerorem pudor quidam* idem significat quod *et maeror et pudor quidam*, et pluralis verbi *cogebant* non minus latine est quam 21, 60. *dux cum principibus capiuntur.* cf. 9, 8.: debentur. — *Super maerorem* nec in P nec in M scriptum est. in P invenimus „super memorem", in M m. 1. „super maemorem", m. 4. „super maerrorem". — M: sive „coetus ominum" sive „coetus omnium": recentiore dein manu „hominum". — Paulo post M: „prosequerem | tur": cum nihil frequentius sit quam ut in fine versuum *m* pro *n* scriptum inveniatur.

ribus natu multo sibi maestiores et abiectiores animi visos referrent, adeo silens ac prope mutum agmen incessisse, tacere indolem illam Romanam ablatosque cum armis animos, non reddere salutem non salutantibus dare responsum non hiscere quemquam prae metu potuisse tamquam ferentibus adhuc cervicibus iugum sub quod emissi essent: habere Samnites victoriam non praeclaram solum sed etiam perpetuam, cepisse enim eos non Romam sic ut ante Gallos sed — quod multo bellicosius fuerit — Romanam virtutem ferociamque: —

VII. Cum haec dicerentur audirenturque et deploratum paene Romanum nomen in concilio sociorum fidelium esset, dicitur Ofillius Calavius Ovi filius — clarus genere factisque tum etiam aetate verendus — longe aliter se habere rem dixisse: silentium illud obstinatum fixosque in ter-

1. *multo sibi mestiores et abiectiores animi uisos:* PM Leid. I. cod. Klock. al.] multo sibi maestiores et abiectioris animi visos (Voss. II.). — Cod. Sig.: maestioris et abiectioris animi. — *Abiectiores animi* scriptum est ut 7,34. „consuli territo animi": 8, 13. „tot populos inter spem metumque suspensos animi habetis": al. — Recentiore manu scriptum est in M „animis", sed *s* erasum est.

2. *tacere indolem illam:* PM rell.] iacere cet. (ex coni. Gruteri). — H. e.: iam nihil audiri ex illa superbia insolentiaque Romana, quae ad id tempus eorum animis ita insitae atque innatae visae fuissent ut extingui nulla vi possent. — P: „romanam ablatosque cum armis animos". haec verba praetermissa sunt in M Leid. I. Lov. 4. al. — M: non iscere quemquam.

6. *sub quod emissi essent:* PM cod. Klock. al.] sub quo emissi essent (Voss. I. Leid. II.). — Leid. I. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: sub quo demissi essent. — Cf. 10, 36.: et quod captivos — sub iugum misisset. al. 3, 28.: sub hoc iugo dictator Aequos misit. al.

11. *cum haec dicerentur audirenturque:* M m. 4. P. — M m. 1.: cum haec dicerenturque et deploratum paene cet. — Haec verba referenda esse ad ea quae paulo ante leguntur *postero die cum iuvenes referrent*, totiusque loci apodosin incipere ab *dicitur Ofillius*, neminem fugerit. Cf. 3, 52. — P: ofillius a calauius oui filius. M: ofil|lius clarus genere cet. Cf. 9, 26.

ram oculos et surdas ad omnia solatia aures et pudorem intuendae lucis ingentem molem irarum ex alto animo cientis indicia esse: aut Romana se ignorare ingenia aut silentium illud Samnitibus flebiles brevi clamores gemitusque excitaturum, Caudinaeque pacis aliquanto Samnitibus quam Romanis tristiorem memoriam fore: quippe suos quemque eorum animos habiturum ubicumque congressuri sint, saltus Caudinos non ubique Samnitibus fore. Iam Romae etiam sua infamis clades erat: obsessos primum audierunt, tristior deinde ignominiosae pacis magis quam periculi nuntius fuit.

2. *ingentem molem irarum ex alto animo cientis indicia esse:* PM cod. Gel. rell.] ingentem molem irarum ex alto animi cientis indicia esse. — Quamquam primo aspectu I. Fr. Gronovius videri potest recte vidisse, cum „indicia *animi* ex alto *cientis* ingentem molem irarum" scribi vellet, tamen non minus probandum est quod antiquorum librorum auctoritate firmatur: nam quod *cientis* h. l. scriptum est pro *hominis cientis*, id sane mirum videri non poterit: „jenes anhaltende Schweigen und dass sie die Augen an den Boden geheftet und dass kein Wort des Trostes auf sie Eindruck gemacht, und jenes Schamgefühl sich von der Sonne beleuchtet zu sehen, dies Alles seien Zeichen dessen der aus tiefer Seele eine ungeheure Macht der Leidenschaft heraufbeschwöre". — Leid. 1.: „ingentem *mole minarum*". hinc Pall. omnesque prope recc. libri: „ingentem molem minarum". — Paulo post M m. 1.: aut silentio illud, m. 2.: silentiū.

8. *iam romae x̄ sua infamis clades erat:* M. — P rell.: iam romae et sua infamis clades erat. — PM: „*tristior* deinde ignominiosae pacis *magis* quam periculi nuntius (M: nuncius) fuit". Neminem fugerit *magis* non ad *tristior* pertinere, sed positum esse ut *pax* et *periculum* inter se conferrentur sibique quasi opponerentur. minus tamen gravitatis in hoc *magis* inest quam si scriptum esset „tristior deinde nuntius fuit ignominiosi *non* periculi *sed* pacis". Cf. 21, 59.: pugna raro magis ulla ea aut utriusque partis pernicie clarior fuisset si cet.: „selten würde irgend ein Kampf mehr als dieser oder durch den gleichen Verlust auf beiden Seiten berühmter geworden sein".

ad famam obsidionis dilectus haberi coeptus erat, dimissus deinde auxiliorum apparatus postquam deditionem tam foede factam acceperunt, extemploque sine ulla publica auctoritate consensum in omnem formam luctus est: tabernae circa forum clausae iustitiumque in foro sua sponte coeptum prius quam indictum, lati clavi, anuli aurei positi, paene maestior exercitu ipso civitas esse, nec ducibus solum atque auctoribus sponsoribusque pacis irasci sed innoxios etiam milites odisse et negare urbe tectisve accipiendos. quam concitationem animorum fregit adventus exercitus etiam iratis miserabilis: non enim tamquam in patriam revertentes ex insperato incolumes sed captorum habitu vultuque ingressi sero in urbem ita se in suis quisque tectis abdiderunt, ut postero atque insequentibus diebus nemo eorum forum aut publicum aspicere vellet. consules in privato abditi nihil pro magistratu agere nisi quod expressum

1. *dilectus haberi coeptus erat:* PM] delectus cet. — M m. 3.: postquam deditionē tam foede factam acceperunt. M m. 1. P m. 2.: postquam deditione tam foede factam acceperunt. P m. 1.: tam foede*re*. — PM: extemploque sine ulla publica auctoritate consensum in omnem formam luctus est: „und ohne dass eine Aufforderung nöthig gewesen wäre zeigten sich sogleich überall öffentlich die Zeichen der Trauer". In cod. Sigon. aliisque recc. scriptum est: extemploque sine ulla publica auctoritate consensuue in omnem formam luctus populus uersus est"! Cf. 4, 35.: comitate — ad quam consenserant consilio publico.

6. *anuli aurei positi:* PM] anuli cet. Cf. 1, 11. al. — P m. 1.: paene mestiore *e*xercitu ipso ciuitas est|. m. 2.: ciuitas | ēē. — PM: odisse. Cod. Klock.: odire.

12. *ex insperato:* M m. 3. P. — M m. 1.: ex inspirato. — P m. 2. M: postero atque insequentibus diebus. P m. 1.: dies.

15. *coss̄. in priuato abditi nihil pro magistratu agere:* P. In M praetermissum est *abditi.*

16. *nisi quod expressum senatus consultum est:* Voss. I. II. al.] nisi quod expressum senatus consulto est. — M: „nisi quod expresum smc̄ est:" quod pro *scm* eadem metathesi scriptum est qua totiens erratum videmus: 5, 50. — Leid. I. al.: expressum tum

senatus consultum est ut dictatorem dicerent comitiorum causa. Q. Fabium Ambustum dixerunt et P. Aelium Paetum magistrum equitum: quibus vitio creatis suffecti M. Aemilius Papus dictator L. Valerius Flaccus magister equitum. nec per eos comitia habita et, quia taedebat populum omnium magistratuum eius anni, res ad interregnum rediit: interreges Q. Fabius Maximus M. Valerius Corvus: is consules creavit Q. Publilium Philonem et L. Papirium Cursorem iterum haud dubio consensu civitatis, quod nulli ea tempestate duces clariores essent.

VIII. Quo creati sunt die eo — sic enim placuerat patribus — magistratum inierunt, sollemnibusque senatus

est. Lov. 4.: expressum sanctum tum est. P: expressum s̄c̄. ÷ ut dictatorem dicerent cet. — *Senatus consultum ab consulibus expressum* non ita scriptum est ut 2, 13. *expressa necessitas* (obsides dandi), ut 21, 18. *confessio culpae exprimitur*, sed cum *sen. consultum* nihil aliud sit quam id *quod senatus censuerat*, h. l. *expressum s̄c̄* significat coactos esse consules id quod senatus censuerat facere ut dicerent dictatorem, quamvis negassent se quidquam pro magistratu facturos esse. — M: dicatorem. m. 3.: dictatorem.

2. *Q. Fabium Ambustum dixerunt et P. Aemilium Paetum māg. equitum:* P cod. Klock. al. — M: que farium ambustum dixerunt et p. aemilium paetum māg. equitum. M m. 2.: q̄nt. fabium ambustum cet. — Leid. i. Voss. ii. Lov. 4. multique alii codd.: „Q. Fabium Ambustum dixerunt P. Aemilium Paetum“: sed Paetorum cognomen non Aemiliae sed Aeliae gentis erat. itaque factum videtur ut Loveliani ii. librarius scriberet „P. Aemilium *Papum* mag. equitum“. — M: quibus uicio creatis. — PM: suffecti m̄. aemilius papus dictator. l̄. ualerius flaccus māg. equitum.

7. *interreges Q. Fabius Maximus M. Valerius Coruus:* PM. — M: „is consules creauit publilium philonem et l. papirium cursorem iterum“: de L. Papirio cf. 8, 23. — P: „is creauit q. publium philonem cursorem iterum“ cet. sed margini adscriptum m. 2. est „& lucium papirium“. — P m 1.: dcces clariores. m. 2.: duces.

11. *quo creati sunt die eo sic enim placuerat patribus magistratum inier̄ solemnib.*

consultis perfectis de pace Caudina rettulerunt. et Publilius penes quem fasces erant „dic Sp. Postumi“ inquit. qui ubi surrexit, eodem illo vultu quo sub iugum missus erat, „haud sum ignarus“ inquit „consules, ignominiae non honoris causa me primum excitatum iussumque dicere, non tamquam senatorem sed tamquam reum qua infelicis belli qua ignominiosae pacis. ego tamen, quando neque de noxa nostra neque de poena rettulistis, omissa defensione quae non difficillima esset apud haud ignaros fortunarum humanarum necessitatiumque, sententiam de eo de quo rettulistis paucis peragam: quae sententia testis erit, mihine an

q; sc̄is ꝑfectīs de pace caudina rettulerunt: M m. 3. — M m. 1.: quo creati sunt eo sic enim placuerat patribus magistratum ineř. cet. P: quo creati sunt die eo sic enim placuerat patribus magistratum inderunt sollemnib; q. sc̄. iis ꝑfectis cet. Cf. quod de C. Flaminio magistratum ineunte 21, 63. dictum est: „sollemnem votorum nuncupationem fugisse, ne die initi magistratus Iovis optimi maximi templum adiret, ne senatum invisus ipse et sibi uni invisum videret consuleretque, ne Latinas indiceret Iovique Latiari sollemne sacrum in monte (scil. Albano) faceret cet. — PM: et pu*blius*. Cf. 8, 15. seqq. — M m. 1.: penes que | uem fasces erant. m. 3.: penes quē | fasces erant.

4. *haud sum ignarus inquit coss̄.:* M. — P: „cos̄“: idem *consul* in recentibus quibusdam codd. inest, sed paulo post sequitur *rettulistis*.

5. *non tanquam senatorem sed tamquam reum qua infelicis belli qua ignominiosae pacis:* M. — P: non tamquam senatorem sed tāquam reum quam infelicis belli qua ignominiosae pacis ego tamen quando neque de noxa nostrae neq. de paene retulistis (m. 2.: poene). — M: de pena rettullistis. — In multis recc. codd. non *qua — qua* („theils theils“) scriptum est sed *tam — quam*. cf. ex. gr. 2, 35.: usique sunt qua suis quisque qua totius ordinis viribus. 2, 45.: qua consules ipsos qua exercitum increpando. — M m. 1.: difficilima. — PM: necessitatiumque. — P: de quo rettullistis.

11. *mihine an legionibus uestris pepercerim:* P. — M: mihine am legionibus cet. — M m. 1.: quando iniussu popili facta ē. m. 3.: populi. — PM: non tenetur *p. s. r.*

legionibus vestris pepercerim cum me seu turpi seu necessaria sponsione obstrinxi: qua tamen, quando iniussu populi facta est, non tenetur populus Romanus, nec quicquam ex ea praeter quam corpora nostra debentur Samnitibus: dedamur per fetiales nudi vinctique, exsolvamus religione populum si qua obligavimus, ne quid divini humanive obstet quo minus iustum piumque de integro ineatur bellum. inter ea consules exercitum scribere armare educere placet nec prius ingredi hostium fines quam omnia iusta in deditionem nostram perfecta erunt. vos dii inmortales precor

3. *nec quicquam ex ea praeterquam corpora nostra debentur samnitibus:* PM. — Quod non *corpora* sed *quicquam* ad *debentur* referendum esset, Loveliani quarti librarius *debetur* scribi voluit: sed illam alteram scribendi rationem non numquam apud Livium reperimus, ex. gr. 1, 1.: „ut quibus ab inmenso prope errore nihil praeter arma et naves superessent“: h. e. arma et naves supererant, sed nihil praeter ea supererat. cf. 9, 6.: cogebant.

4. *dedamur per fetiales nudi uinctiq.:* P m. 2. — P m. 1.: *l*udi uinctiq. M m. 1.: dedamur per fectiales nudi uintique. m. 3.: uinctique. — M m. 1.: ineatur bellu. m. 3.: bellū. — *Iustum piumque:* h. e. salva religione iustitiaque.

7. *inter ea consules exercitum scribere armare educere placet nec prius* („nicht früher *aber*“: 6, 4.) *ingredi hostium fines quam omnia iusta in deditionem nostram perfecta erunt:* PM: nisi quod in M contrahendo scriptum est „perfecterunt“. — In recc. quibusdam codd. inventum est „exercitum scribere armatos educere placet“. — Leid. I. Lov. 4. al.: in deditione nostra.

10. *uos dii inmortales precor quaesoque, si uobis non fuit cordi Sp. Postumium T. Veturium coš. cum Samnitibus prospere bellum gerere at uos satis habeatis* cet.: P: „euch aber, unsterbliche Götter, bitte ich und flehe ich an, wenn es euch nicht am Herzen lag, dass die Consuln Sp. P. T. V. glücklich im Kampfe mit den Samniten wären, nun so möget ihr wenigstens damit zufrieden gestellt sein uns so tief erniedrigt gesehen zu haben“ u. s. w. — M: sp̄. postumium. i. ueturium coš. — M Leid. I.: „*ad* uos satis habeatis“. cf. de hoc *at* 9, 1.:

quaesoque, si vobis non fuit cordi Sp. Postumium T. Veturium consules cum Samnitibus prospere bellum gerere, at vos satis habeatis vidisse nos sub iugum missos vidisse sponsione infami obligatos, videre nudos vinctosque hostibus deditos omnem iram hostium nostris capitibus excipientes: novos consules legionesque Romanas ita cum Samnite gerere bellum velitis ut omnia ante nos consules bella gesta sunt". quae ubi dixit, tanta simul admiratio miseratioque viri incessit homines ut modo vix crederent illum eundem esse Sp. Postumium qui auctor tam foedae pacis fuisset, modo

quod si — at ego. 6, 9.: diis cordi fuisse. — PM: „uidere nudos uinctosque hostibus deditos omnem iram hostium nostris capitibus excipientes". Non *vidisse* potuit hoc tertio loco scribi sed *videre*, cum Postumius ad id pergeret quod nondum factum erat sed quod in eo erant ut facerent. *deditos* tamen non *dedi* scriptum est quem ad modum *aliquid factum velle* pro *fieri* al. dicebatur.

5. *nouos coš. legionesque romanas ita cum samnite gere bellum uelitis ut omnia ante nos consules bella gesta sunt:* M m. 1. P: sed in M scriptum est m. 3.: *gerē:* h. e. gerere. — Leid. I.: geri bellum uelitis ut — gestarunt. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: geri bellum uelitis ut — gesserunt.

8. *quae ubi dixit tanta simul admiratio miseratioque uiri* (M: uirim) *incessit homines:* PM] quae ubi dixit — incessit omnes (I. Fr. Gron. cum Lov. 4.). — Quamvis in suis codd. *homines* inveniret, tamen hoc quidem loco Drakenborchius cum Gronovio a vero aberrare quam iustae scripturae auctores sequi maluit. non enim semper eum Gronovio in his obtemperare voluisse alii loci eiusdem condicionis docent, ex. gr. 23, 23.: „ita centum septuaginta septem cum ingenti adprobatione hominum in senatum lectis extemplo se magistratu abdicavit". cf. 3, 54.: abdicantque se magistratu ingenti hominum laetitia. — Paulo post scriptum erat m. 1. in M: tam foedae paucis.

10. *modo miserarentur quod uir talis etiam praecipuum apud hostes supplicium passurus esset ob iram diremptae pacis:* M: „bald es beklagten dass ein solcher Mann einer so schrecklichen Strafe entgegen gehen sollte um zur Sühne für den Friedensbruch zu dienen". — Leid. I. al.: directae pacis. Recc. alii codd.: direptae pacis. Cf. 25, 18.: si parum publicis foederibus

miserarentur quod vir talis etiam praecipuum apud hostes supplicium passurus esset ob iram diremptae pacis. cum omnes laudibus modo prosequentes virum in sententiam eius pedibus irent, temptata paulisper intercessio est ab L. Livio et Q. Maelio tribunis plebis, qui neque exsolvi religione populum aiebant deditione sua, nisi omnia Samnitibus qualia apud Caudium fuissent restituerentur, neque se pro eo quod spondendo pacem servassent exercitum populi Romani poenam ullam meritos esse, neque ad extremum cum sacrosancti essent dedi hostibus violarive posse.

IX. Tum Postumius „dedite inter ea dedite“ inquit

ruptis dirempta simul et privata iura esse putet cet. — P: „modo misera*rentur* neq. se pro eo quod spondendo pacem seruassent“ cet. omnibus praetermissis quae inter „misera*rentur*“ et „restitue*rentur*“ scripta erant.

2. *cum omnes laudibus modo prosequentes uirum in sententiam eius pedibus irent:* M. „Laudibus *modo* prosequentes“ scriptum est a Livio ut iam mutatos hominum animos diceret, quippe qui paulo ante opprobriis et conviciis et Postumium et ceteros sponsores insectati essent: „obgleich jetzt Alle der Erklärung des Postumius beipflichteten und nur auf eine ehrende Weise des Mannes erwähnten“. — M: temptata paulisper intercessio est ab l. liuio et que moelio tr̄. p̄l. qui neque exsolui religione populum agebant deditione sua cet. Cf. 6, 6.: te Q. Servili. — De nominibus illorum tribunorum pl., qui tribuni designati ad Caudium fuerant et reversi Romam magistratum occeperant, cf. quoque interprr. ad Cic. de off. 3, 30. — PM: seruassent exercitum p̄r̄.

9. *neque ad extremum cum sacrosancti essent dedi hostibus uiolariue poss&:* P m. 1. M m. 1. Manu altera dein in utroque libro *n* supra *&* adscriptum est ut *possent* fieret. — Voss. II. Lov. 4. multique alii codd.: immolariue possent. — *Ad extremum* videtur plus dicere quam *postremo:* „noch könnten sie überhaupt und unter keiner Bedingung verletzt werden“. — Cf. 3, 55.: sacrosancti.

11. *dedite inter ea dedite inquit profanos nos:* P cod. Klock.] interea dedite inquit cet. (M.) — Cf. 8, 4.: unde unde haec illis tanta modestia. — P m. 1.: tum postumus. m. 2.: postumius. M: tum posthumius.

„profanos nos quod salva religione potestis: dedetis deinde et istos sacrosanctos cum primum magistratu abierint, sed si me audiatis, priusquam dedantur hic in comitio virgis caesos, hanc iam ut intercalatae poenae usuram habeant. nam quod deditione nostra negant exsolvi religione populum, id istos magis, ne dedantur quam quia ita se res habeat, dicere, quis adeo iuris fetialium expers est qui ignoret? neque ego infitias eo patres conscripti tam sponsores

1. *quod salua religione potestis:* M] quos salva cet. — P: quos saluare religione potestis. — PM: dedetis deinde et istos sacrosanctos. M: cum primum magistratu abierint. P: cum primo magistratu cet. — P m. 1.: in commitio. — PM: hanc iam ut *intercalatae* poenae usuram habeant: „damit ihnen so doch auch ein Vortheil für den Aufschub ihrer Strafe zu Theil werde". sic enim sub finem huius cap. legitur „consulite utrum praesens deditio eorum fieri possit an *in diem differatur*".

5. *nam quod deditione nostra negant:* M. — P: neganti. — PM Leid. I.: exsolui religionem populum. Cf. 9, 8.: dedamur per fetiales nudi vinctique, exsolvamus religione populum si qua obligavimus. „Denn wenn sie meinen dass durch unsere Auslieferung das Volk keinesweges von jeder Verantwortlichkeit frei gemacht werde, so ist wohl Niemand des Rechtes der Bundespriester so ganz unkundig nicht einzusehen, dass jene mehr um nicht ausgeliefert zu werden als weil sie von der Richtigkeit der Sache überzeugt wären, so sprechen". — M m. 1.: quis adeosiuris fecialium expres est. m. 2.: adeo. Cf. Cic. de off. 3, 29. 30.

8. *neque ego infitias eo patres conscripti:* cod. Gärtn. — Leid. I. al.: inficiasse o patres conscripti. PM: infitiasse. pc. Cf. 6, 40. ubi in PM primo scriptum erat „neque nego neque infitias eo", sed m. 2. in M scriptum est „neque infitiase". 31, 31.: neque infitias imus.

— *tam sponsores quam foedera sancta esse:* PM rell.] tam sponsiones quam foedera cet. — *Sponsores* videtur Livius pro *sponsionibus* scripsisse non variandae modo orationis causa, qua lege et res pro hominibus qui in eis versabantur et homines pro rebus dici solebant, sed etiam quod in hac re de qua agebatur *sponsores* aptior vox erat. non enim id dubium esse poterat quin sponsiones, quae publice essent factae, sanctae habendae viderentur:

quam foedera sancta esse apud eos homines apud quos iuxta divinas religiones fides humana colitur, sed iniussu populi nego quicquam sanciri posse quod populum teneat. an si eadem superbia, qua sponsionem istam expresserunt nobis Samnites, coegissent nos verba legitima dedentium urbes nuncupare, deditum populum Romanum vos tribuni diceretis et hanc urbem templa delubra fines aquas Samnitium esse? omitto deditionem, quoniam de sponsione agitur. quid tandem, si spopondissemus urbem hanc relicturum populum Romanum, si incensurum, si magistratus si senatum si leges non habiturum, si sub regibus futurum —? di me-

sed si sponsores quiqui obligati haberentur ut id quod spopondissent perficeretur, id demum erat populi qui humanam fidem aeque atque religiones colendam censeret. hac re Postumius sub finem orationis ait, Samnitibus se ceterosque sponsores deberi, quippe quibus pacem spopondissent: sed populum Romanum, cum iniussu populi spopondissent, tali sponsione teneri non posse. hoc igitur interesse inter iustos et iniustos populos, quod ab improbis populis sponsores eis quibus spopondissent, non dederentur, ab probis dederentur, si id quod spopondissent fieri non posset. — M m. 1.: iuxta diuines | religiones. m. 2.: diuinas. — M m. 1.: sancire posse. m. 2.: sanciri. — Deinde scriptum est in M: „quod populum teneat | mānsi eadem superbia" cet. quod si verum est, metathesi illa, quam tot locis deprehendimus, *man* scriptum est pro *nam:* nisi forte *m* scriptum est pro *ur*, ut antiquior librarius legi voluerit „quo populus teneatur. an si eadem superbia" cet.

6. *deditum pmr. uos tribuni diceretis:* P. — M: deditum p̄r. nos cet. Cf. 1, 38. — Lov. 4.: deditum senatum populumque romanum uobis tribuni diceretis.

8. *omitto deditionem qm̄ de sponsione agitur:* PM. Cf. 7, 34. — P: quid tandem si *spon*dissemus urbem hanc relicturum p̄r. M: quid tamdem si spondisemus urbem hanc relicturum pmr̄.

11. *di meliora:* PM] dii meliora. — Perspicuum est supplendum esse vel *dent*, *duint* (Ter. Phorm. 5, 8. 16.), vel *ferant* (Tib. 3, 4. 1.). Cf. 6, 18.: dii prohibebunt haec. — „Das mögen die Götter verhüten! sagst du. Gleichwohl aber ist es keine Frage, dass durch das Unwürdige

liora, inquis: atqui non indignitas rerum sponsionis vinculum levat: si quid est in quo obligari populus possit, in omnia potest. et ne illud quidem quod quosdam forsitan moveat refert, consul an dictator an praetor spoponderit: et hoc ipsi etiam Samnites iudicaverunt, quibus non fuit satis consules spondere sed legatos quaestores tribunos militum spondere coegerunt. nec a me nunc quisquam quaesiverit quid ita spoponderim, cum id nec consulis ius esset nec illis spondere pacem, quae mei non erat arbitrii, nec pro vobis, qui nihil mandaveratis, possem: nihil ad Caudium patres conscripti humanis consiliis gestum est: dii inmortales et vestris et hostium imperatoribus mentem ademerunt: nec nos in bello satis cavimus et illi male partam

der Zumuthung die Verbindlichkeit des Gelübdes nicht verringert werden kann".

2. *si quid est in quo obligari populus possit in omnia potest:* PM cod. Gel. al.] si quid est in quod obligari populus possit, in omnia potest (Leid. I. Lov. 4.). — Neminem fugerit, *in quod* ab illis librariis scriptum esse, quod *in omnia* sequeretur. sed cum *obligari aliqua re*, *in aliqua re* (Cic. pro Caec. 3, 7.), *in aliquam rem* dici posset, et Livius orationem mutare ac variare soleret, non dubitavimus optimorum librorum auctoritatem potiorem habere: „wenn es etwas giebt, worin durch solches Gelöbniss das Volk als gebunden erscheinen kann, so kann es auf dieselbe Weise zu Allem verpflichtet werden".

5. *et hoc ipsi* (M m. 1.: ipse) *etiam Samnites iudicauerunt quibus non fuit satis coss̄. spondere sed legatos quaestores* (M: questores) *tr̄ mīl spondere coegerunt:* PM.

7. *nec a me nunc quisquam quaesiuerit quid ita spoponderim:* PM. — Lov. 4.: nec *tamen* nunc quisquam quaesiuerit cet. Leid. I. Voss. II. al.: nec tamen hunc quisquam quaesiuerit cet. — P: cum id ne consulis ius esset. M: cum id nec consulit ius esset. — M m. 1.: qui nihil mandaueratatis. m. 2.: mandaueratis. Multi recc. codd.: mandaueritis. — PM: nihil ad caudium. p̄c. humanis consiliis gestum est.

13. *nec nos in bello satis cauimus et illi male partam uictoriam male perdiderunt:* M. — P: et illi malapartem uictoriam mala perdiderunt. m. 2.: mala partam uictoriam male perdiderunt. — PM:

victoriam male perdiderunt, dum vix locis quibus vicerant credunt, dum quacumque condicione arma viris in arma natis auferre festinant. an, si sana mens fuisset, difficile illis fuit, dum senes ab domo ad consultandum accersunt, mittere Romam legatos, cum senatu cum populo de pace ac foedere agere? — tridui iter expeditis erat: — inter ea in indutiis res fuisset, donec ab Roma legati aut victoriam illis certam aut pacem adferrent: ea demum sponsio esset quam populi iussu spopondissemus. sed neque vos tulisse-

dum quacumque conditione (P m. 2.: condicione) *arma uiris in arma natis* auferre festinant. Cf. 6, 22.: vegetum ingenium in vivido pectore vigebat.

3. *an si sana mens fuisset difficile illis fuit dum senes ab domo ad consultandum accersunt mittere romam legatos:* P. — M: an sisamens fuisset. m. 3.: si sana mens. — M: dum senes ab domo ad consultandum accenserunt. Leid. I. Voss. II. multique alii codd.: accerserunt. Lov. 4.: arcesserunt. Cf. 7, 32.: ad accersenda — auxilia. — Cf. 2, 38.: et hanc urbem vos non hostium ducitis, ubi *si* unum diem *morati essetis*, moriendum omnibus *fuit*. 2, 10.: iter paene hostibus dedit ni unus vir fuisset. al.

6. *inter ea in indutiis res fuisset:* P. — M: „interea*m* inducus res fuisset". hinc recc. quidam codd.: interim in induciis res fuisset.

9. *spopondissemus.* Num recte fecerim ut hoc loco pauloque post *spopondissemus* scribi iuberem nescio. nam quem ad modum supra in P „si spondissemus", in M „si spondisemus" invenimus, sic hoc loco in P reperimus „quam populi iussu spondisemus sed neque uos tulissetis nec nos spondisemus", in M (Leid. I. Lov. 4. al.) „spondissemus — spondissemus": et ut 6, 41. (occinerit) Livium in verbis quibusdam compositis modo reduplicatione usum esse modo eam neglexisse vidimus, sic etiam nunc *spopondi* nunc *spondi* ille scripsisse potest. huc pertinet quod Festus in precatione augurali *sponsis bene* pro *spoponderis* inventum esse tradit et quod ab Tertull. adv. Marc. 3, 135. „quae sponderat omnia fecit" scriptum est. sed cum etiam fieri potuerit ut duarum similium syllabarum altera ab librariis apud Livium neglegenter praetermitteretur, in recepta scriptura nihil mutare ausi sumus.

tis nec nos spopondissemus, nec fas fuit alium rerum exitum esse quam ut illi velut somnio laetiore quam quod mentes eorum capere possent nequiquam eluderentur, et nostrum exercitum eadem quae inpedierat fortuna expediret, vanam victoriam vanior inritam faceret pax, sponsio interponeretur quae neminem praeter sponsorem obligaret. quid enim vobiscum patres conscripti, quid cum populo Romano actum est? quis vos appellare potest, quis se a vobis dicere deceptum? hostis an civis? hosti nihil spopondistis, civem neminem spondere pro vobis iussistis. nihil ergo

1. *nec fas fuit alium rerum exitum esse:* PM. Livius transit ab coniunctivo ad indicativum, cum ab illa hypothetica condicione iam ad verum rerum statum describendum transeat. — P m. 1.: quam ut illi somnio laetiore cet. m. 2.: uelut somnio. — PM: nequiquam. — M m. 1.: fortuna*m* expediret. m. 2.: fortuna. — Cod. Klock.: uanam uictoriam uanior*em* inrita faceret pax. — „Aber weder würdet ihr auf etwas der Art eingegangen sein noch würden wir uns zu einem solchen Gelöbniss verstanden haben, noch durfte überhaupt das Ganze einen anderen Ausgang gewinnen als dass jene sich gleichsam durch einen glücklicheren Traum, als sie zu fassen im Stande waren, ohne irgend einen weiteren Vortheil verhöhnt sähen, und dass unser Heer durch eben jenes Verhängniss welches uns gebunden auch wieder frei würde, den nichtigen Sieg ein noch nichtigerer Friedensschluss wiederaufhöbe, wenn ein Gelöbniss zum Unterpfande verlangt ward das keinen weiter als den der es gegeben binden konnte“.

7. *quid enim uobiscum p̄c̄. quid cum pop̄. r. actum est:* PM. — M: quis uos appella | rē (m. 3.: appellare) potest quis se a uobis appellare | potest quis se a uobis dicere deceptum.

9. *hostis an ciuis:* PM. — Leid. I.: hostis ancius. — PM: „hosti nihil spopondistis *quem* neminem spondere pro uobis iussistis“. idem *quem* in Leid. I. Voss. II. multisque aliis codd. scriptum est: ciuem = quem.

10. *nihil ergo uobis nec nobiscum est:* M. — P: nihil ergo uobis nec uobiscum est. — PM: quibus nihil mandatis. — P: nec cum samnitibus cum quibus nihil egistis. M: „mandatis his samnitibus sponsores nos sumus“ cet. Eadem neglegentia verba ab

vobis nec nobiscum est quibus nihil mandastis, nec cum Samnitibus cum quibus nihil egistis. Samnitibus sponsores nos sumus rei satis locupletes: in id quod nostrum est, in id quod praestare possumus — corpora nostra et animos — in haec saeviant, in haec ferrum in haec iras acuant. quod ad tribunos attinet, consulite utrum praesens deditio eorum fieri possit an in diem differatur: nos interim T. Veturi vosque ceteri vilia haec capita luendae sponsionis feramus et nostro supplicio liberemus Romana arma".

X. Movit patres conscriptos cum causa tum auctor, nec ceteros solum sed tribunos etiam plebei, ut se in senatus dicerent fore potestate: magistratu inde se extemplo abdicaverunt traditique fetialibus cum ceteris Caudium du-

nec ad *egistis* praetermissa sunt in Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.

2. *Samnitibus sponsores nos sumus rei satis locupletes:* PM: „wir allein haben uns den Samniten verbürgt, und wollen, da wir unserem Gelübde nicht stehen können, durch keine Ausflucht das Vertrauen, das man zu uns hegte, täuschen". *Rei* sponsores facti sunt Samnitium, quod ea quae spoponderant praestare non possent: *satis locupletes* visi fuerant et Samnitibus quorum sponsioni fides haberetur. — M: in haec seuiuiant in haec ferrum in haec ira acuant. m. 3.: irā. Lov. 4.: *ex*acuant.

5. *quod ad tribunos attinet:* M. — P: quod at tribunos attenet. m. 2.: attinet. — M: dedicio. — PM: „*in diem* differatur": h. e. quo magistratu abierint.

7. *nos interim T. Veturi uosque ceteri:* PM. — P: uiliae haec capita. M: „uilię haec capita". hinc omnes prope Drakenb. codd.: uilia *et* haec capita. — PM: luendae sponsionis. Cf. 5, 3.: dissolvendae tribuniciae potestatis. — PM: „et nostro supplicio liberemus romana arma": h. e. exercitus nostros qui ad Caudium fuerant.

10. *mouit pc. cum causa tum auctor nec ceteros solum sed tribunos etiam plebei:* PM. — M: „ut senatus dicerent fore potestatem|. magistratu inde se extemplo adicauerunt" cet. sed cf. 2, 14.: in potestatem. — M m. 1. P: traditique fetialibus cum ceteris caudium ducendi. M m. 2. multique recc. codd.: ducendis.

cendi. hoc senatus consulto facto lux quaedam adfulsisse civitati visa est: Postumius in ore erat, eum laudibus ad caelum ferebant, devotioni P. Decii consulis aliis claris facinoribus aequabant: emersisse civitatem ex obnoxia pace illius consilio et opera, ipsum se cruciatibus et hostium irae offerre piaculaque pro populo Romano dare. arma cuncti spectant et bellum: en umquam futurum ut congredi armatis cum Samnite liceat? In civitate ira odioque ardente dilectus prope omnium voluntariorum fuit: rescriptae ex eodem milite novae legiones ductusque ad Caudium exercitus. praegressi fetiales ubi ad portam venere, vestem detrahi pacis sponsoribus iubent, manus post tergum vinciri. cum apparitor verecundia maiestatis Postumi laxe vinciret,

1. *hoc sc̄. facto:* PM (omnesque prope Drak. codd.)] hoc facto senatus consulto. — PM: adfulsisse. Pall. Voss. II. al.: adfluxisse. Leid. I.: adfusisse. Lov. 4.: adfuisse. — M: ciuitatis.

3. *deuotioni P. Decii consulis aliis claris facinoribus aequabant:* PM: „und stellten seine Aufopferung der eines Consuls Decius und anderen ähnlichen grossen Erscheinungen (dem Tode des M. Curtius 7, 6.) gleich. In M scriptum primo erat *alis*, sed eadem m. 1. alterum *i* additum est. — Pall. 1. 3. al.: „deuotioni Decii consulis alii, alii claris facinoribus": hinc Drakenb. scribendum coniecit: „devotioni Decii consulis, alii aliis claris facinoribus": sed illi librarii asyndeton hoc Livianum non ceperant. — M m. 1.: emerisse. m. 2.: emersisse. — P: piaculaque pro pop̄. dare. M: pro pr̄. dare.

6. *arma cuncti spectant et bellum:* M m. 2. P. — M m. 1.: arma cunc spectant cet. — PM cod. Gel.: en umquam futurum. Cf. 4, 3.: en numquam. — Paulo post PM Leid. I. al.: dilectus.

11. *praegressi fetiales ubi ad portam uenere:* PM: nisi quod in M *feciales* est scriptum. — P: uestem detrahi paci sponsoribus iubent. — M: manus postergum uinciri.

13. *cum apparitor uerecundia maiestatis Postumi laxe uinciret:* PM (Drak. codd.)] cum apparitor verecundia maiestatis Postumium laxe vinciret. — *Postumi* pertinet et ad *verecundia maiestatis* („als der Gerichtsdiener aus Achtung vor der Würde des Postumius lose band"), et ad *vinciret*, cum ex praecedente versu supplendum sit *manus*.

„quin tu“ inquit „adduces lorum ut iusta fiat deditio!“ tum ubi in coetum Samnitium et ad tribunal ventum Pontii est, A. Cornelius Arvina fetialis ita verba fecit: „quandoque hisce homines iniussu populi Romani Quiritium foedus ictum iri spoponderunt atque ob eam rem noxam nocuerunt, ob eam rem — quo populus Romanus scelere inpio sit solutus — hosce homines vobis dedo“. haec dicenti fetiali Postumius genu femur quanta maxime poterat vi perculit et clara voce ait se Samnitem civem esse, il-

1. *quin tu inquit adduces lorum:* PM omnesque et Pall. et Drakenb. codd.] quin tu inquit adducis lorum (edit. Frob. 1531.). „Wirst du, sprach er, den Riemen schärfer anziehen“! Nemo non videt futurum multo fortius dictum esse quam praesens. scio equidem in his dicendi generibus indicativum praesentis scribi solere: sed cum et coniunctivus praesentis et imperativus eandem hanc coniunctionem sequi potuerint, ne futurum quidem tempus ab latinae linguae ratione abhorruerit. — M m. 1.: „tum bi in coetum samnitium“ cet. dein „tum ubi“.

3. *quandoque hisce homines:* PM Leid. I. Pall. 1, 3. al. — Cod. Haverc.: quandoquidem. Lovel. II.: quando. Cf. 8, 7.: quandoque — extra ordinem in hostem pugnasti. — Nominativum plur. *hisce* ab antiquis pro *hice* scriptum esse cum *s* euphoniae causa interponeretur Prisc. 12, 5. 26. docet. — P: iniussu pop. r̄. quirites foedus ictu iris spoponderunt. m. 2.: ictū. M m. 1.: iniussu pop̄. r̄. | quirit foedus icturi spopondern̄t | atque cet. m. 3.: quirit̄. Recc. quidam codd.: quiritum. Cf. 41, 16. al. — P m. 2. M: atque ob eam rem noxam nocuerunt ob eam rem quo p̄r̄. scelere inpio sit solutus hosce homines uobis dedo. P m. 1.: scelere inposuit solutus. Cod. Klock.: noxiam nocuerunt. — *Quo* = „ut ita hoc scelere inpio“ cet.

7. *haec dicenti fetiali Postumius genu femur quanta maxime poterat ui* (m. 1.: uim) *perculit:* P. — M: haec dicenti feciali postumius cenu femur quanta maxime poterat ui perculit. m. 3.: genu. — Recc. quidam codd.: quanta maxim*a* poterat ui. Cf. 10, 39.: opus esse et illum quanta maxuma vi posset Comminium oppugnare. 24, 35. al.

9. *se Samnitem ciuem esse illum legatum fetialem* (M: fecialem) *a se contra ius gentium uiolatum eo iustius bellum gesturos:* PM] se Samnitem civem esse, illum

lum legatum fetialem a se contra ius gentium violatum, eo iustius bellum gesturos.

XI. Tum Pontius „nec ego istam deditionem accipiam“ inquit „nec Samnites ratam habebunt. quin tu Spuri

legatum; fetialem a se contra ius gentium uiolatum; eo iustius bellum gesturos. — Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: se samnitem ciuem, romanum illum legatum esse: fetialem a se cet. Pall. 1. 3.: se samnitem ciuem, romanum esse illum legatum cet. Recc. alii codd.: se samnitem ciuem esse, romanum illum legatum cet. — Cod. Sig. Pal. 2. al.: romanos eo iustius bellum gesturos. — Omnes illas coniecturas natas esse, quod librarios fugerat quem ad modum verba inter se coniungenda essent, non est difficile intellectu. nam cum priorem huius loci partem voce *legatum* finiri arbitrarentur, vere sibi videbantur videre *romanum* addendum esse ad *legatum*, ut *romanus legatus* responderet *civi Samniti*, sed *se Samnitem civem esse* dicta sunt ita quem ad modum eadem verba 9, 11. a Pontio relata videmus „Samnitem civem Postumium non civem Romanum esse“: idemque posterior locus („quando Sp. Postumius modo *legatum fetialem* genu perculit“) docet ne priore quidem loco *legatum* a *fetialem* disiungi posse. et quod in recentissimis libris ad ea quae sequuntur *romanos* adscriptum videmus, hoc non scribendum sed facillima coniectura supplendum erat. „Bei diesen Worten stiess Postumius so heftig er nur irgend konnte den Bundespriester in die Hüfte und rief mit lauter Stimme, er sei ein Samnitischer Bürger, von ihm sei jener abgesandte Bundespriester dem Völkerrechte zuwider verletzt worden, mit um so grösserem Rechte würde man nun den Krieg führen“.

4. *quin tu spuri postumi si deos esse censes aut omnia inrita facis aut pacto stas:* P m. 2. — P m. 1. M: spurii postumi. „Warum, wenn du anders glaubst dass es Götter giebt, machst du nicht entweder Alles rückgängig oder bleibst dem Vertrage getreu? Dem Samnitischen Volke müssen entweder Alle die es in seiner Gewalt hatte wieder ausgeliefert werden, oder es gebührt ihm statt dieser der Friede“. — P: aut pro *his* pax debetur. M m. 1.: aupro his pax debetur, m. 3.: aud pro his cet. Bekk.: aut pro *eis* cet. — In Leid. I. Voss. II. Lov. 4. scriptum est „pax *ha*betur“: pauloque post „restitu*e*t legiones“.

Postumi, si deos esse censes, aut omnia inrita facis aut pacto stas? Samniti populo omnes quos in potestate habuit aut pro his pax debetur. sed quid ego te appello, qui te captum victori cum qua potes fide restituis: populum Romanum appello, quem si sponsionis ad Furculas Caudinas factae paenitet, restituat legiones intra saltum quo saeptae fuerunt: nemo quemquam deceperit, omnia pro infecto sint, recipiant arma quae per pactionem tradiderunt, redeant in castra sua, quidquid pridie habuerunt quam in conloquium est ventum, habeant: tum bellum et fortia consilia placeant, tum sponsio et pax repudietur: ea fortuna his locis quae

3. *sed quid ego te appello qui te captum uictori cum qua potes fide restituis.* pmī. *appello quem si sponsionis ad furculas caudinas factae paenitet* (M: penitet) *restituat legiones intra saltum quo saeptae* (M: saepte) *fuerunt:* PM.

7. *nemo quemquam deceperit omnia pro infecto sint* cet.: PM: „keiner soll den Anderen getäuscht haben, Alles soll für ungeschehen gelten". — P m. 1.: sedeant in castra. m. 2.: redeant. — PM: „quidquid pridie habuerunt quam in conloquium est uentum (M m. 1.: uendum) habeant": h. e. pridie eius diei quo in conl. ventum est. Cf. 22, 25.: pridie quam rogationis ferendae dies adesset. 23, 31.: pridie quam populus Campanus a populo Romano defecisset. al.

10. *tum bellum et fortia consilia placeant tum sponsio et pax repudietur* scripsimus quod anaphora id postulare videbatur, quamquam in PM et ut videtur in Drakenb. codd. *tunc sponsio* cet. scriptum est: sed hae voces tot locis ab antiquis librariis inter se permutatae sunt ut in eis scribendis vix fieri possit ut unam manuscriptorum auctoritatem sequamur.

11. *ea fortuna his locis quae ante pacis mentionem habuimus geramus bellum:* P] ea fortuna iis locis cet. — M: a fortuna his locis quae ante pacis mentionem habuimus cet. — *Quae* et ad fortunam et ad loca pertinere debet, sed cum non *iis* sed *his locis* scriberetur — sic enim et in omnibus prope Drakenb. codd. inventum est — maior vis in *locis* posita videtur: cf. 3, 35.: ea aetate hisque honoribus actis. Recte etiam I. Fr. Gronovius vidit, illud ἓν διὰ δυοῖν inesse in *fortuna* et *locis*: „an jenem für uns so günsti-

ante pacis mentionem habuimus geramus bellum, nec populus Romanus consulum sponsionem nec nos fidem populi Romani accusemus. numquamne causa defiet cur victi pacto non stetis? obsides Porsinnae dedistis: furto eos subduxistis. auro civitatem a Gallis redemistis: inter accipiendum aurum caesi sunt. pacem nobiscum pepigistis ut legiones vobis captas restitueremus: eam pacem inritam facitis. et semper aliquam fraudi speciem iuris inponitis: non probat populus Romanus ignominiosa pace legiones servatas? pacem sibi habeat, legiones captas victori restituat:

gen, für euch so nachtheiligen Platze lasst uns den Krieg führen, und das röm. Volk wird sich eben so wenig über den von den Consuln geschlossenen Frieden als wir über die Wortbrüchigkeit des röm. Volkes zu beklagen haben". Dicere enim vult Pontius, eas esse illas angustias ut fieri non possit ut quisquam Romanus Samnitium iram effugiat. — PM: nec p̄r̄. cos̄s̄. sponsionem nec nos fidem p̄r̄. accussemus. — Oxon. unus cod.: incusemus.

3. *numquamne causa defiet cur uicti pacto non stetis:* M m. 1. P. — M m. 3. omnesque ferme codd.: deficiet. Cf. Ter. Hec. 5, 2. 1.: nil apud me tibi Defieri patiar, quin quod est benigne praebeatur. al. Liv. 5, 50.: cum in publico deesset aurum ex quo summa pactae mercedis Gallis confieret.

4. *obsides Porsinnae dedistis:* M Leid. I.] obsides Porsennae dedistis. — P: obsides p̄r̄. sinne dedistis. Cf. 6, 40. — PM: furto. Recc. quidam codd.: furtim. — P: auro ciuitatem a gallis redemisistis. M m. 1.: auro ciuitatem a gallis redimi | sistis. m. 2.: „redimi | stis". Num antiqua manu *redempsistis* scriptum fuerit? sed 9, 4. in PM invenimus *redemerunt*.

6. *pacem nobiscum pepigistis:* P m. 2. — P m. 1. M: pepegistis. — M m. 2. P: ut legiones uobis captas restitueremus. M m. 1.: capta. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: eam pacem uanam facitis.

8. *et semper aliquam fraudi speciem iuris inponitis:* P. — M: et semper aliquam fraudis speciem cet. Haec septem verba praetermissa sunt in Voss. II. al. — P: non probat ps̄r̄. ignominiosa pace legiones seruatas. M m. 1.: non probat ps̄r̄. ignominiosa | pacem legiones seruatas. m. 2.: ignominiosā.

10. *pacem sibi habeat:* PM: „nun gut, so möge es seinen Frieden für sich behalten". — Recc. codd. alii „pacem

hoc fide hoc foederibus hoc fetialibus caerimoniis dignum erat. ut quidem tu quod petisti per pactionem habeas tot cives incolumes, ego pacem quam hos tibi remittendo pactus sum non habeam, hoc tu A. Corneli, hoc vos fetiales iuris gentibus dicitis? ego vero istos, quos dedi simulatis, nec accipio nec dedi arbitror, nec moror quo minus in ci-

habeat sibi", alii „pacem habeant sibi". — PM: „hoc fide hoc foederibus hoc fetialibus cerimoniis dignum erat". Desiderari potest *dignum est:* sed Livius scripsit *erat*, ut id exprimeret quod, si pacto stare noluissent, a populo rom. fieri aequum fuisset: „das hätte sich geziemt".

2. *ut quidem tu quod petisti per pactionem habeas tot ciues incolumes*: PM: nisi quod in M scriptum est „per pactio | tionem". Quo mendo in M *pactiotionem* scriptum erat, eodem in PM ceterisque codd. scriptum est „ego pacem quam hos*ti tibi* remittendo pactus sum non habeam". in uno tamen cod. Neapol. Latinius *quam hos tibi remittendo pactus sum* invenit, quam veram huius loci scripturam esse I. Fr. Gronovium non fugerat. „Damit du zwar das was du bei dem Vertrage beabsichtigtest das Leben so vieler Bürger erhalten könntest, ich aber des Friedens, den ich uns dafür dass ich dir diese Bürger wiedergab ausbedung, mich nicht erfreuen könnte, darum verkündest du Cornelius und ihr Bundespriester solch ein Recht den Völkern?" — P: quā hosti | tibi remmittendo pactus sum. — P m. 1. M: a. cornelii. P m. 2.: a. corneli. — M: feciales. — Deinde scriptum est in M: „ego uero istos quos dedi simulatis nec accipio *nec dedi simu | latis nec accipio* nec dedi arbitror": sed m. 3. media verba inducta sunt.

6. *nec accipio nec dedi arbitror:* PM: h. e. nec arbitror vos dedituros fuisse nisi persuasum habuissetis me eos accepturum non esse.

— *nec moror quo minus in ciuitatem obligatam sponsione commissa iratis omnibus diis quorum eluditur numen redeant.* — *Sponsio commissa* ea est quae irrita fieri non possit, cum ea quae spoponderant ab alterutra parte iam facta sint nec pro infectis fieri possint, „ein Bündniss bei dem die gegenseitigen Verpflichtungen von der einen Seite schon ins Werk gesetzt sind". simili modo apud Cic. act. II. Verr. 1, 10. legimus *hereditatem Veneri Erucinae commissam*

vitatem obligatam sponsione commissa iratis omnibus diis quorum eluditur numen redeant. gerite bellum, quando Sp. Postumius modo legatum fetialem genu perculit: ita dii credent Samnitem civem Postumium non civem Romanum esse et a Samnite legatum Romanum violatum, eo vobis iustum in nos factum esse bellum. haec ludibria religionum non

„eine Erbschaft die bereits verfallen ist“. *Non commissa* videretur *sponsio*, si romani exercitus a Furculis Caudinis abducti non essent, sed ibi inclusi relicti essent dum Roma legati redirent qui Pontium certiorem facerent utrum populus romanus eam sponsionem iuberet necne. cum igitur Pontius consulum ceterorumque sponsorum fide fretus Romanos remiserit, suo sibi iure postulasse videtur ut aut legiones captae restituerentur aut pax quam pactus esset daretur. — Quamquam in PM „in ciuitate oblactam sponsione (M: sponsionem) commissa“, in Leid. I. Voss. Pall. 1. 3. Lov. 4. „in ciuitatem obluctam sponsione commissa“ scriptum est, tamen nec *oblactam* nec *obluctam*, nec *obluctante* nec *pollutam* nec *obstrictam*, quae librariorum et interpretum emendationes sunt, sed Harleiani II. scripturam „*in ciuitatem obligatam sponsione*“ veram esse permulti similes loci superiorum cap. persuadent. et facile sane illud mendum (obl*ac*tam) oriri potuit, ut *i* post *l* praetermitteretur et *c* cum *g* permutaretur.

2. *quando Sp. Postumius modo legatum fecialem genu perculit:* M. — P: „legatum fetialem senu perculit“: sed margini adscriptum est *genu*.

5. *et a Samnite legatum romanum uiolatum:* P] et a Samnite Romanum legatum violatum. — Iustum verborum ordinem in P seruatum esse ostendunt etiam omnes illi libri in quibus ea quae inter *ciuem romanum* et *legatum romanum* in P scripta legimus, praetermissa sunt. nam in Leid. I. Voss. II. Pall. 1. 3. Lov. 4. multisque aliis scriptum est: „ita dii credent samnitem ciuem postumium non ciuem *romanum* uiolatum“. Simili errore scriptum est in M: ita dii credent samnitem ciuem postumium non ciuem romanum | hs uiolatum cuobis iustum in nos factum esse bellum. m. 4.: uiolatum eo uobis iustum cet.

6. *haec ludibria religionum non pudere in lucem proferre:* PM. — Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: „haec ludibria legionum“: quod docet in antiquioribus libris *relegionum*

pudere in lucem proferre, et vix pueris dignas ambages senes ac consulares fallendae fidei exquirere! i lictor deme vincla Romanis: moratus sit nemo quo minus ubi visum fuerit abeant". et illi quidem — forsitan et publica — sua certe liberata fide ab Caudio in castra Romana inviolati redierunt.

XII. Samnitibus pro superba pace infestissimum cernentibus renatum bellum omnia — quaequae deinde venerunt — non in animis solum sed prope in oculis esse, et

scriptum fuisse. — In recentissimis codd. *non pudet* inventum est: sed infinitivus recte se habet et suppleri potest *vix quisquam crediderit* vel simile quid. cf. 3, 67.: Esquilias quidem ab hoste prope captas. — *Fallendae fidei* non dativus est sed genitivus et pendet ex voce *ambages*: cf. 5, 3.

2. *ii lictor deme uincla romanis:* PM. Cf. 1, 26.: i caput obnube. — PM: moratus sit nemo quo minus ubi uisum fuerit habeant. M m. 2.: abeant. Cf. 5, 39.: nemo crederent.

4. *et illi quidem forsitan et publica sua certe liberata fide ab caudio* (P: gaudio) *in castra romana inuiolati redierunt:* PM. — Cod. Portug.: sua certe liberati fide. — Pal. 1. Voss. II. al.; rediere.

8. *quaequae deinde uenerunt*] quae deinde venerunt. — PM Leid. I. (Lov. 4.) al.: omnia quequae deinde uenerunt. Voss. II. al.: omnia quaeque deinde uenerunt. — In cod. Klock. scriptum esse dicitur: omnia quae deinceps euenerunt. Lov. 4. aliique recentissimi codd.: euenerunt. cf. 8, 1. I. Fr. Gron. scribendum coniecit: „quae dein evenerunt". — Cf. 25, 6.: quoniam *quidquid* postea viximus *id omne* destinatum ignominiae est. 30, 31.: et omnia quaecumque agimus subiecta esse mille casibus scio. al. — 25, 6. Put.: „asperrima quequae": al.

9. *et sero ac nequiquam laudare:* P. — M: „et sero agne | quicquam laudare": dein „acne". — PM: „inter quae se media lapsos uictoriae possessionem pace incerta mutasse (P m. 1. mutass&)". Ant. Perizonius *medio* (scil. consilio) scribi voluit, quod *media* ad *inter quae* referri non posset. nec tamen illa emendatione opus est, quamquam ne ea quidem interpretatio mihi placet qua *via* ad *media* suppleri volunt. nam *media* aut ablativus esse potest et pendere ex *pace incerta*, quod *pax ipsa incerta* illud medium consilium

sero ac nequiquam laudare senis Pontii utraque consilia, inter quae se media lapsos victoriae possessionem pace incerta mutasse et beneficii et maleficii occasione amissa pugnaturos cum eis, quos potuerint in perpetuum vel inimicos tollere vel amicos facere: adeoque nullodum certamine inclinatis viribus post Caudinam pacem animi mutaverant, ut clariorem inter Romanos deditio Postumium quam Pontium incruenta victoria inter Samnites faceret, et geri posse bellum Romani pro victoria certa haberent, Samnites simul rebellasse et vicisse crederent Romanum. Inter haec Satricani ad Samnites defecerunt et Fregellae colonia necopinato adventu Samnitium — fuisse et Satricanos cum iis satis constat — nocte occupata est. timor inde mutuus utrosque usque ad lucem quietos tenuit: lux pugnae initium fuit,

inter duo consilia ab Herennio sene proposita fuerat quo Samnites sibi lapsi videbantur: aut hoc *media* — eaque mihi verior videtur interpretatio — referendum est ad nihil aliud quam ad antecedens *quae*, cum multi similes loci doceant, vel ab optimis quibusque scriptoribus adiectivum *medium* coniunctum esse cum rebus, quae non ipsae pro mediis haberi possent, sed in quibus et inter quas aliquid medium significaretur. hac ratione scriptum m. 1. et in M erat (1, 21.) „lucus erat *quem medium* ex opaco specu fons perenni rigabat aqua“, sed m. 2. *medius* scribi voluit. 8, 24.: egregium facinus ausus per medios erumpit hostes. 9, 13.: per mediam aciem. al. — P: et beneficii et maleficii occassione amissa. M: et beneficii occasio | ne amissa.

5. *adeoque nullodum certamine inclinatis uiribus post caudinam pacem animi mutauerant:* PM. — Recc. quidam codd.: se mutauerant. Cf. 5, 19.: omnia repente mutaverunt. — M: „incruenta uictoria inter *samnites*. hd. simul reue | lasse et uicisse crederent romanum“. Eadem verba, quae in M exciderunt, praetermissa quoque sunt in Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.

10. *inter haec Satricani ad Samnites defecerunt:* PM. — Recc. quid. codd.: defecerant. — P: necoppinato aduentu. — M: fuisse et satricanos cum iis constat. — Paulo post PM Leid. I.: timor inde mutuus *utroque* usque ad lucem quietos tenuit.

quam aliquamdiu aequam et quia pro aris ac focis dimicabatur et quia ex tectis adiuvabat inbellis multitudo tamen Fregellani sustinuerunt. fraus deinde rem inclinavit quod vocem audiri praeconis passi sunt, incolumem abiturum qui arma posuisset: ea spes remisit a certamine animos et passim arma iactari coepta: pertinacior pars armata per aversam portam erupit tutiorque eis audacia fuit quam incautus ad credendum ceteris pavor, quos circumdatos igni nequiquam deos fidemque invocantes Samnites concremaverunt. Consules inter se partiti provincias: Papirius in Apu-

1. *quam aliquamdiu aequam:* PM: „Mit Tagesanbruch begann der Kampf, worin, obgleich er lange unentschieden blieb, die Fregellaner gleichwohl nicht unterlagen, theils weil sie für ihre Altäre und Familien stritten, theils weil von den Dächern herab Alles was nicht die Waffen führen konnte die Kämpfenden zu unterstützen und anzufeuern suchte". Videtur Livius, cum *tamen* scriberet, exprimere voluisse, victoriam primo se magis ad Samnites inclinare visam esse.

3. *quod uocem audiri praeconis passi sunt:* PM. Haec verba significare possunt aut non esse vetitum a Satricanis praeconem Samnitium per eas urbis partes quae hostium non essent incedere ad animos ab certamine avocandos, aut potestatem ab urbis magistratibus datam civibus esse arma ponendi urbemque relinquendi. — P: incolumen habiturum. — M: qui arma pouisset. m. 2.: posuisset.

6. *pertinacior* (M: pertinatior), *pars armata per auersam portam erupit:* PM. — Recc. codd.: aduersam. — PM: tutiorque *eis* audacia fuit quam incautus ad credendum ceteris pauor. — M: nequiquam. P: nequicquam.

10. *coš. inter se partiti prouincias* (M: prouintias) *papirius in apuliam ad luceriam pergit:* PM. — Quamquam Lucerini 9, 2. boni ac fideles socii nominantur quibus opem ferre Romanus dubitare non deberet, tamen iidem, cum Romani ad Caudium victi essent, sua sponte ad Samnites defecisse videntur adeoque novorum sociorum fidem coluisse ut eis vel obsides Romani custodiendi darentur. — M: „ubi equites romani *equites romani*|. obsides ad caudium dati": sed media verba m. 3. expuncta sunt. — P: publius in samnio substitit aduersus caudinas legiones.

liam ad Luceriam pergit ubi equites Romani obsides ad Caudium dati custodiebantur, Publilius in Samnio substitit adversus Caudinas legiones. distendit ea res Samnitium animos, quod nec ad Luceriam ire ne ab tergo instaret hostis, nec manere ne Luceria interim amitteretur satis audebant: optimum visum est committere rem fortunae et transigere cum Publilio certamen: itaque in aciem copias educunt.

XIII. Adversus quos Publilius consul cum dimicaturus esset, prius adloquendos milites ratus contionem advocari iussit. ceterum sic ut ingenti alacritate ad praetorium concursum est, ita prae clamore poscentium pugnam nulla adhortatio imperatoris audita est: suus cuique animus memor ignominiae adhortator aderat: vadunt igitur in proelium ur-

3. *distendit ea res Samnitium animos:* PM. — Cod. Neapol. Lat.: distenuit ea res cet. (5, 20. 9, 16. al.). sed cf. 27, 40.: consules diversis itineribus profecti ab urbe velut in duo pariter bella distenderant curas hominum. 3, 23. al. — M: quod nec ad lugeriam ire nec ab tergo instaret hostis. m. 2.: ne ab tergo. P: „quod nec ad luceriem ne ab tergo instaret hostis": sed *ire* m. 1. adscriptum est margini. Lov. 4.: ne a tergo obstaret hostis.

6. *optimum uisum est committere rem fortunae et transigere cum publico certamen:* M: sed eadem m. 1. scriptum est *in* supra *publico* ut *publicino* fieret. — P: committere rem fortunae et tran | sire cum publicio certamen. — *Transigere certamen* scriptum est quod Samnitibus persuasum videbatur, non magni momenti fore certamen cum Publilio: „das Beste schien es die Sache dem Glücke zu überlassen und den Kampf mit dem Publilius erst abzumachen". Cf. Suet. Aug. 13.: inita cum Antonio et Lepido societate Philippense quoque bellum quamquam invalidus atque aeger duplici proelio transegit. Liv. 10, 41.: Scipio, nisi in primo pavore priusquam colligerentur animi transacta res esset, lentiorem fore munitae urbis oppugnationem ratus cet. — M: itaque in aciem copia educunt. M m. 4. P: copias educunt.

8. *aduersus quos Publilius consul:* M. — P: aduersos quos publius ɔsul. m. 2.: aduersus. — Paulo post P: nulla adortatio imperatoris audita est. — Deinde recc. quidam codd.: *co*hortator aderat.

gentes signiferos et, ne mora in concursu pilis emittendis stringendisque inde gladiis esset, pila velut dato ad id signo abiciunt strictisque gladiis cursu in hostem feruntur. nihil illic imperatoriae artis ordinibus aut subsidiis locandis fuit, omnia ira militaris prope vesano impetu egit: itaque non fusi modo hostes sunt sed ne castris quidem suis fugam inpedire ausi Apuliam dissipati petiere: Luceriam tamen coacto rursus in unum agmine est perventum. Romanos ira eadem, quae per mediam aciem hostium tulerat, et in castra pertulit: ibi plus quam in acie sanguinis ac caedis factum praedaeque pars maior ira corrupta. Exercitus alter

1. *et ne mora in concursu pilis emittendis strigendisque* (P: stringedisque) *inde gladiis esset pila uelut dato ad id signo* (M m. 1.: signa) *abiciunt strictisque gladiis cursu in hostem feruntur:* PM. — Cod. Klock.: gladii se etiam pila.

3. *nihil illic imperatoriae artis ordinibus aut subsidiis locandis fuit:* M m. 2. P. — M m. 1.: ordinibus sidiis locandis. — PM: omnia ira militaris prope uesano impetu egit.

6. *sed ne castris quidem suis fugam inpedire ausi Apuliam dissipati petiere:* PM: nisi quod in M scriptum est „impedire ausi apulliam". — *Impedire fugam* non idem videtur dicere quod *inhibere:* duces ipsi Samnitium videntur tanto pavore perculsi fuisse ut non auderent milites in castris retinere eaque ab hostium vi defendere. et qui Samnites in castris ab Romanis caesi sunt, nulla alia causa castra petiverint quam quod fuga in eum locum minus impedita videretur.

8. *romanos ira eadem quae per mediam aciem hostium tulerat et in castra peulit:* PM. Idem *perculit* scriptum est in Leid. I. — P: ibi plus quam in acie sanguinis ac cedis factum. M: ibi plus quam in acies sanguinis ac caedis factum. Cf. 2, 30.: uno agmine victores cum victis in urbem inrupere: *plusque ibi sanguinis* promisca omnium generum caede quam in ipsa dimicatione *factum.*

11. *exercitus alter cum Papirio cos. locis maritimis peruenerat Arpos per omnia pacata Samnitium magis iniuriis et odio quam beneficio ullo p̄r.:* PM: „unterdess war das andere röm. Heer nach Arpi gelangt ohne auf dem Wege dahin von irgend wem beunruhigt zu werden, nicht etwa weil sich das

cum Papirio consule locis maritimis pervenerat. Arpos per omnia pacata Samnitium magis iniuriis et odio quam beneficio ullo populi Romani: nam Samnites ea tempestate in montibus vicatim habitantes campestria et maritima, loca contempto cultorum molliòre atque ut evenit fere locis simili genere ipsi montani atque agrestes depopulabantur: quae regio si fida Samnitibus fuisset, aut pervenire Arpos exercitus Romanus nequisset, aut interiecta inter Romam

röm. Volk um die Bewohner der Gegenden durch die man musste verdient gemacht, sondern aus Unwillen über die von den Samniten erlittenen Beleidigungen". — *Contempto*, quod paulo post legitur, non est scriptum nisi in recentioribus libris. in M m. 2. P Leid. I. cod. Klock. multisque aliis scriptum est: contempt*u* cultorum molliore atque ut euenit fere locis simili genere. Pall. 1. 3. Voss. II. Lov. 4. al.: loc*i* simili. — M m. 1.: „contempta": sed *contempto* verissimum est: „indem sie mit Verachtung auf das weichlichere und wie gewöhnlich seinem angebauten Boden ähnliche Geschlecht der Landbebauer herabsahen": ut enim aspera sunt loca montana asperique qui ea insidunt, sic molliores mitioresque videntur qui arva incolunt.

8. *aut interiecta inter Romam et Arpos penuria rerum omnium exclusos a commeatibus absumpsisset*: PM: nisi quod in P *excluso*, in M primo *exclussus* dein eadem manu *exclussos* scriptum est. — Et ad *interiecta* pertinere *regio* recte vidit I. Fr. Gronovius: nec tamen *interiecta* idem esse potest quod *cum interiecta esset*, id quod interpretes quidam opinati sunt, cum Livius ex ea interpretatione dicere videretur, illam omnem regionem sterilem fuisse propter nullam aliam causam quam quod inter Romam et Arpos interiaceret. dicit igitur Livius, duo itinera fuisse eis qui Roma Arpos aut Luceriam proficisci vellent: unum per loca maritima, quo itinere exercitus romanus usus esset: alterum via directa per Samnium. quod si fida illa maritima regio Samnitibus fuisset, fieri non potuisse ut Romani per eam proficiscerentur, quod sine ulla dubitatione aut inopia commeatus aut hostium gladio occidissent. illo altero vero itinere uti non potuisse quod Samnium inter Romam et Arpos iacens, cum omni cultura agrorum careret, rerum omnium penuria romanum exercitum absum-

et Arpos penuria rerum omnium exclusos a commeatibus absumpsisset. tum quoque profectos inde ad Luceriam iuxta obsidentes obsessosque inopia vexavit: omnia ab Arpis Romanis suppeditabantur ceterum adeo exigue ut militi occupato stationibus vigiliisque et opere eques folliculis in castra ab Arpis frumentum veheret, interdum occursu hostium cogeretur abiecto ex equo frumento pugnare: et obsessis prius quam alter consul victore exercitu advenit et commeatus ex montibus Samnitium invecti erant et auxilia intromissa: artiora omnia adventus Publilii fecit, qui obsidione

psisset. „Wären die Bewohner dieser Gegenden den Samniten zugethan gewesen, so würde das röm. Heer entweder gar nicht nach Arpi haben gelangen können, oder man hätte den anderen Weg durch Samnium einschlagen müssen, wo aber der Mangel an allem Nöthigen in diesen ganz unbebauten Strichen zwischen Rom und Arpi das Heer ohne Zweifel würde aufgerieben haben“.

2. *tum quoque profectos* (P: profectus) *inde ad Luceriam iuxta obsidentes obsessosque inopia uexauit:* PM: „auch nachher bedrängte die Noth die Einschliessenden nicht weniger als die Eingeschlossenen“ u. s. w. — Cf. 8, 6.: exclamat ita ut populo patribus*que* audita uox *pariter* sit. al.

3. *omnia ab Arpis Romanis suppeditabantur ceterum adeo exigue:* PM: „den Römern wurde der Bedarf an Allem zwar von Arpi aus gewährt aber in einem so geringen Masse dass“ u. s. w. — M m. 1.: ut militie occupato. m. 2.: ut milite cet. Simili modo scriptum est paulo post in Voss. II. al.: „uictor*ie* exercitu“.

7. *et obsessis:* P Drakenb. codd.] obsessis (M). — *Et*, qua particula Livius ad alteram partem de qua agendum erat transire solet, pertinet ad ea quae supra legimus *obsidentes obsessosque.* — M: „ex montibus samnitium“: h. e. ex montibus qui in potestate Samnitium erant. In P scriptum est *ex montibus samnitib;*, quo mendo et alibi *ium* et *ibus* permutata videmus. cf. ex. gr. 9, 15.: de hostium duce.

10. *artiora omnia aduentus publii fecit qui obsidione delegata in curam collegae uacuus* cet.: PM. Cf. 9, 7.: Q. Publilium Philonem. — *Vacuus* Dukerus voce *vagus* permutatum voluit, sed illud deesse nolim. significat enim

delegata in curam collegae vacuus per agros cuncta infesta commeatibus hostium fecerat: itaque cum spes nulla esset diutius obsessos inopiam laturos, coacti Samnites qui ad Luceriam castra habebant undique contractis viribus signa cum Papirio conferre.

XIV. Per id tempus parantibus utrisque se ad proelium legati Tarentini interveniunt denuntiantes Samnitibus Romanisque ut bellum omitterent: per utros stetisset quo minus discederetur ab armis, adversus eos se pro alteris pugnaturos. ea legatione Papirius audita perinde ac motus dictis eorum cum collega se communicaturum respondit, accitoque eo cum tempus omne in apparatu pugnae consumpsisset, conlocutus de re haud dubia signum pugnae proposuit. agentibus divina humanaque quae adsolent cum acie

omnem curam obsidionis in collegam delegatam esse ut ipse nulli alii rei prospiceret quam ut ne qui commeatus obsessis a Samnitibus suppeditari posset. — P m. 1.: inopiam latures. m. 2.: laturos. — M: undiq. cūtractis | uirib. signa cum papirio conferre.

6. *parantibusque utrisque se ad proelium:* PM. — Lov. 4. al.: parantibus se utrisque cet. — M: legati tarenttini. — Paulo post M: quo minus disceretur ab armis. M m. 3. P: discederetur.

10. *ea legatione Papirius audita perinde ac motus dictis eorum cum collega se communicaturum respondit:* P. — M: ea legatio|ne papirius *uim samnis potitur* cet. quae posteriora verba capitis XXII. sunt. Margini etiam m. 4. adscriptum est „multū deficit“. sed omnia ea quae hoc loco desiderantur, in capite quadragesimo h. l. post verba „p̄sidio p̱usiae inposito legationib. etruria amici *audita*“ cet. scripta inveni. cf. 7, 4.: „at quam ob noxiam? quia infacundior sit et lingua inpromptus“.

12. *cum tempus omne in apparatu pugnae consūpsisset:* PM (Leid. I. Pall. 1. 3. Voss. II. cod. Klock. al.)] cum tempus omne in apparatu consumpsisset. — Lov. 4. al.: in apparatu consumpsisset pugnae. — PM: conlocutus de re haud dubia signum pugnae proposuit: „und nachdem er sich mit ihm über die Ausführung dessen was sie entschlossen waren zu thun besprochen liess er das Zeichen zur Schlacht aufpflanzen“. Cf. 6, 1.: urbem.

14. *agentibus diuina humana-*

dimicandum est consulibus Tarentini legati occursare responsum expectantes, quibus Papirius ait „auspicia secunda esse Tarentini pullarius nuntiat: litatum praeter ea est egregie: auctoribus diis ut videtis ad rem gerendam proficiscimur". signa inde ferre iussit et copias eduxit vanissimam increpans gentem, quae suarum inpotens rerum prae domesticis seditionibus discordiisque aliis modum pacis ac belli facere aequum censeret. Samnites ex parte altera cum omnem

que quae adsolent cum acie dimicandum est consulibus Tarentini legati occursare: P. — M: agentibus diuinaq. quae adsolent cum atiae dimicandum est cōsulibus starent ni legati occursare cet. Cf. T. Livi l. xxx. p. xxiv. ii.

2. *auspicia secunda esse Tarentini pullarius nuntiat:* PM. Verba haec ab *ait* ad *pullarius* praetermissa sunt in Leid. i. Voss. ii. Lov. 4. al. — M: aegregie auctoribus diis uiuidetis ad rem | gendam proficiscimur. P m. 1.: auctoribus diis ut uidetis ad regendam proficiscimur. P m. 2.: ad regerendam.

5. *signa inde ferre iussit:* PM codd. Gel. omnesque prope Drak.] signa inde ferri iussit. — Non numquam ita ab optimis quibusque scriptoribus scriptum inveniri ut accusativum necesse esset pro singulorum locorum rationibus suppleri notum est. cf. ex. gr. 23, 5.: „morem magis inquit loquendi cum sociis servastis Campani, iubentes quae opus essent ad bellum *imperare*". Interdum etiam in his similibusque locis utraque dicendi ratione et Livium usum esse videmus: 5, 43.: exercitu diviso partim per finitimos populos praedari placuit partim obsideri arcem. 42, 24.: nec novos statuere fines sed veteres observari in animo habere. al. — M: sedicionib. — PM: aliis modum pacis ac belli facere equum censeret.

8. *Samnites ex parte altera cum* (P m. 1.: cō) *omnem curam belli remisissent:* P m. 2. M m. 2. — M m. 1.: alteram. P m. 1.: remisissent. — Recc. quid. codd.: samnites parte altera. Cod. Klock.: samnites qui ad luceriam castra habebant cum omnem curam belli cet. — PM: „quia aut pacem uere cupiebant aut expediebat simulare": scil. se pacem cupere. — Pall.: uociferare: cf. 7, 12. — PM: deceptos potius quodcumque casus ferat passuros: „bereit, wenn man sie täuschen wolle, lieber alles was das Geschick verhängen würde zu ertragen". Cod. Klock.: deinceps

curam belli remisissent, quia aut pacem vere cupiebant aut expediebat simulare ut Tarentinos sibi conciliarent, cum instructos repente ad pugnam Romanos conspexissent, vociferari se in auctoritate Tarentinorum manere nec descendere in aciem nec extra vallum arma ferre, deceptos potius quodcumque casus ferat passuros quam ut sprevisse pacis auctores Tarentinos videantur. accipere se omen consules aiunt et eam precari mentem hostibus ut ne vallum quidem defendant. ipsi inter se partitis copiis succedunt hostium munimentis, et simul undique adorti, cum pars fossas explerent pars vellerent vallum atque in fossas proruerent nec virtus modo insita sed ira etiam exulceratos ignominia stimularet animos, castra invasere, et pro se quisque non haec furculas nec Caudium nec saltus invios esse ubi errorem fraus superbe vicisset, sed Romanam virtutem quam nec vallum nec fossae arcerent, memorantes caedunt pariter resistentes fusosque inermes atque armatos servos liberos puberes inpubes homines iumentaque: nec ullum su-

potius quodcumque cet. P m. 1. Leid. I. al.: quodcumque casus fuerat. — Lov. 4.: quam ut spreuisse pacis auctores tarentinos uiderentur.

7. *accipere se omen coss. aiunt:* P. — M: „acciperent se omen coss. aiunt et eam praecari mentem hostibus“. et in Leid. I. al. „acciperent“ scriptum est. — *Accipere se omen* aiunt illi, quasi fieri non posset quin aliud a Samnitibus diceretur ac sentiretur. quem enim ab hoste se non defensurum?

10. *cum pars fossas explerent pars uellerent uallum atque in fossas proruerent:* PM: nisi quod in M scriptum est „in fossos“.

14. *non haec furculas nec caudium nec saltus inuios esse:* PM. — Cod. Klock. Voss. II. al.: non hic furculas cet. Cf. 2, 38.: si *hoc* profectio et non fuga est. 3, 38. al. — P m. 1.: ubi errorem fraus superbia uicisset. P m. 2. M: superbe.

18. *puberes inpubes:* M m. 1. P] puberes impuberes. — M m. 2.: inpubēs. Cf. 2, 13.: productis omnibus elegisse inpubes dicitur. — M m. 1.: nec ullum superfuisset animani consules receptui signum dedissent. m. 2.: animal. — P: auidosque cedis milites. — PM: e castris. Voss. II. al.: a castris. Leid. I. utraque scriptura coniuncta: ea castris.

perfuisset animal, ni consules receptui signum dedissent avidosque caedis milites e castris hostium imperio ac minis expulissent. itaque apud infensos ob interpellatam dulcedinem irae confestim oratio habita est, ut doceretur miles minime cuiquam militum consules odio in hostis cessisse aut cessuros, quin duces sic ut belli ita insatiabilis supplicii futuros fuisse, ni respectus equitum sescentorum qui Lu-

Lov. 4.: ex. — PM Leid. I. cod. Klock. al.: imperio agminis expulissent.

3. *ob interpellatam dulcedinem irae:* P cod. Gel. — M: interpollatam. — P: minime cuiquam militum coss̄. odio in hostis cessisse aut cessuros. M: minime cuiquam militum coss̄. hodio in hostis cesisse aut oessuros. — PM: „quin duces sic ut belli ita insatiabilis supplicii futuros fuisse": non debet desiderari *aut cessuros quin futuri essent* „oder zugeben dass sie nicht an der Spitze ständen": nam in his verbis gradatio quaedam eius sententiae quae antecedit inest, ut aeque h. l. infinitivum scribi oportuerit atque priore loco: „als die Soldaten daher unwillig waren dass ihnen der süsse Genuss der Rache geschmälert worden, so hielten die Consuln sogleich eine Rede um ihnen zu zeigen, dass sie durchaus keinem der Soldaten an Erbitterung gegen die Feinde nachgestanden noch nachstehen würden, ja dass sie sogar, so wie sie sie im Kriege angeführt, ihnen auch voran gegangen sein würden in der Forderung der härtesten Strafe, wenn nicht die Rücksichten für die sechs hundert Ritter ihrer Leidenschaft Einhalt geboten hätten".

7. *ni respectus equitum sescentorum qui Luceriae obsides tenerentur prepedissent* (P: p̄pedissent) *animos:* PM] ni respectus equitum sexcentorum — praepedisset animos, — Leid. I. Lov. 4. multique alii codd. Drakenb.: praepedissent. — P: „ne desperata uenia hostes cecos in publicia eorum ageret": m. 2. *sup* scriptum est supra *pub*. — PM: „*perdere prius quam perire optantes*". I. Fr. Gronovius scriptum fuisse suspicatur „perdere priusquam perirent optantes", eamque veram esse scripturam Drakenborchius habuit: „indem sie wünschen würden, bevor sie selbst umkämen, erst noch die in ihre Hand gegebenen Feinde zu vernichten"; sed quamquam id latine scribi potuit, tamen non ita Livium scripsisse persuasum habeo. totus enim locus ostendit, scri-

ceriae obsides tenerentur praepedissent animos, ne desperata venia hostes caecos in supplicia eorum ageret perdere prius quam perire optantes. laudare ea milites laetarique obviam itum irae suae esse ac fateri omnia patienda potius quam proderetur salus tot principum Romanae iuventutis.

XV. Dimissa contione consilium habitum, omnibusne copiis Luceriam premerent an altero exercitu et duce Apuli circa — gens dubiae ad id voluntatis — temptarentur. Publilius consul ad peragrandam profectus Apuliam aliquot expeditione una populos aut vi subegit aut condicionibus in societatem accepit. Papirio quoque, qui obsessor Luceriae restiterat, brevi ad spem eventus respondit: nam insessis

ptorem sibi invicem respondere voluisse verba *perdere* et *perire*, eoque magis quod in eis similitudo quaedam non modo sensus sed etiam sonus inesset. quod si spectabat, eadem orationis vis in utroque verbo ponenda erat nec erat mutandus dicendi modus. Cf. T. Livi prooem.: „abundantes voluptates desiderium per luxum atque libidinem pereundi perdendique omnia invexere“.

3. *laudare ea milites laetarique obuiam itum irae suae esse ac fateri omnia patienda* (P: patiendo) *potius quam proderetur salus* cet.: PM: nisi quod in P *ac* praetermissum est. Cf. 5, 42.: paventes ad omnia animos oraque et oculos flectebant.

7. *an altero exercitu et duce:* M: h. e. altero et exercitu et duce. — P: et duci. — P: apuli circa gens dubiae ad id voluntatis temptarentur: „oder ob der eine Feldherr einen Streifzug gegen die *rings* umherwohnenden Apuler — ein Volk das sich bisher von zweifelhafter Gesinnung gezeigt hatte — unternehmen sollte“. M: dubie ab id uoluntatis temptarentur. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: an altero exercitu et duae apuliae circa gentes dubiae ad id uoluntatis temptarentur. — Deinde scriptum est in P: publius coš. ad peragrandam profectus apuliam cet. M: *pu*bilius coš. ad pagran | d*am* aliquot expeditione una populos cet. — M: aut conditionibus in sotietatem accepit.

11. *qui obsessor Luceriae restiterat*: M. — P m. 1.: qui obsessor luceres restiterat. m. 2.: luceries. — PM: breui ad spem euentus respondit. Cf. 28, 6.: haudquaquam ad spem eventus respondit.

12. *nam insessis omnibus uiis:* P m. 2. M. — P m. 1.: uis.

omnibus viis, per quas commeatus ex Samnio subvehebantur, fame domiti Samnites qui Luceriae in praesidio erant legatos misere ad consulem Romanum, ut receptis equitibus qui causa belli essent absisteret obsidione. iis Papirius ita respondit, debuisse eos Pontium Herenni filium quo auctore Romanos sub iugum misissent consulere, quid victis patiendum censeret. ceterum quoniam ab hostibus in se aequa statui quam in se ipsi ferre maluerint, nuntiare Luceriam iussit, arma sarcinas iumenta multitudinem omnem inbellem intra moenia relinquerent, militem se cum singulis vestimentis sub iugum missurum ulciscentem inlatam, non novam inferentem ignominiam. nihil recusatum: septem milia militum sub iugum missa praedaque ingens Luceriae capta receptis omnibus signis armisque quae ad Caudium amissa erant et, quod omnia superabat gaudia, equitibus recupera-

— Pall. 1. 3. Voss. II. al.: obsessis. — Recc. quid. codd.: per quas commeatus ex samnio subuehe*ba*tur. — M m. 3. P: qui luceriae in praesidio erant. M m. 1.: erat. m. 3.: erāt. — PM: ad cōs. romanum. Lov. 4.: legatos misere ad consulem rogatum ut cet.

4. *iis Papirius ita respondit:* PM] his cet. — PM: pontium herenni filium. — Recc. quid. codd.: quid uictis paci*sc*endum censeret. — PM: ceterum quoniam (P: qm̄) ab hostibus in se aequa statui quam in se ipsi ferre maluerint: „aber da sie es vorzögen sich lieber von den Feinden billige Bedingungen stellen zu lassen als solche gegen sich selbst zu bestimmen“. Cod. Neapol. Latinii: „quam in se ipsi *facere* maluerint“: „als so zu handeln dass sie dieselben verdienten“.

12. *nihil recusatum:* P m. 2. M. — P m. 1.: nihil recussatum. — PM: VII milia militum sub iugum missa.

14. *quae ad Caudium amissa erant:* M m. 2. al. — M m. 1.: ad gaudium. — In P scriptum est *amisserant*, quod, cum saepe *e* pro *ae* scriptum sit, idem quod *amissa erant* esse potest, aut scriptum esse pro *amiserant*, sicut ex. gr. 9, 14. in eodem P „remi*ss*issent“ scriptum est. *amiserant* quidem etiam in melioribus Drakenb. codd. inventum est, sed cum *dederant* sequatur et Livius orationem mutare solitus sit, mihi magis probatur codicis M scriptura.

tis quos pignora pacis custodiendos Luceriam Samnites dederant. haud ferme alia mutatione subita rerum clarior victoria populi Romani est, si quidem etiam — quod quibusdam in annalibus invenio — Pontius Herenni filius Samnitium imperator ut expiaret consulum ignominiam sub iugum cum ceteris est missus. ceterum id minus miror obscurum esse de hostium duce dedito missoque: id magis mirabile est ambigi, Luciusne Cornelius dictator cum L. Papirio Cursore magistro equitum eas res ad Caudium

1. *pignora:* PM] pignera (unus Pal. 2. recentissimus). — In M scriptum est *facis* pro *pacis*.

2. *haud ferme alia mutatione subita rerum clarior uictoria p̄r. est:* P: „fast kein anderer Sieg, den das röm. Volk davongetragen, ist durch den plötzlichen Wechsel der Verhältnisse so merkwürdig geworden“. M: clarior uictoria est si quidem etiam quod quibusdam in annalibus inuenio. P m. 1.: inuentio, m. 2.: inuennio. — PM: pontius herenni. f. samnitium imperator ut expiaret coss̄. ignominiam cet.: „um den den Consuln zugefügten Schimpf zu büssen“.

7. *dedito missoque:* PM] dedito missoque sub iugum. — *Sub iugum*, quod ne in uno quidem Drakenb. codice inventum est, non magis hoc loco, cum duobus versibus ante scriptum legatur „*sub iugum est missus*“, desiderabitur quam 9, 5.: „tempus inde statutum tradendis obsidibus exercituque inermi mittendo“. quod cum librarii non caperent, in omnibus prope Drak. codd. scriptum est *omissoque* pro *missoque*. — Paulo ante invenimus in M: ceterum id minos|minor obscurum esse de hostium duce. P: „de hostib; duce“: h. e. hostibus. cf. 9, 13.: ex montibus Samnitium.

7. *id magis mirabile est ambigi:* PM. — Leid. 1.: id magis est mirabile ambigi l. cornelius cum l. papirio. — PM: „luciusne cornelius dictator cum l. papirio cursore mag̃. equitum eas res ad caudium atque inde luceriam gesserit“. Desiderari potest „*ad* caudium atque inde *ad* luceriam“: sed cf. 6, 28.: concursumque in muros atque portas est. — PM: „haud *sciam* an iustissimo triumpho“. Quamquam videri potest ita scriptum esse ut id quod dici solebat *haud scio an* quam minime fortiter exprimeretur, tamen haud multum abest quin *sciam an* pro *scio an* ab errante quodam librario scriptum arbitrer.

atque inde Luceriam gesserit ultorque unicus Romanae ignominiae haud sciam an iustissimo triumpho ad eam aetatem secundum Furium Camillum triumphaverit, an consulum Papiriique praecipuum id decus sit. sequitur hunc errorem alius error, Cursorne Papirius proximis comitiis cum Q. Aulio Cerretano iterum ob rem bene gestam Luceriae continuato magistratu consul tertium creatus sit, an L. Papirius Mugilanus et in cognomine erratum sit.

XVI. Convenit iam inde per consules reliqua belli perfecta. Aulius cum Frentanis uno secundo proelio debellavit

3. *an consulum Papiriique praecipuum id decus sit:* PM: „oder ob dieser Ruhm den Consuln und vorzugsweise dem Papirius gebühre".

4. *sequitur hunc errorem alius error:* PM. — In Pall. 1. 3. Voss. II. al. praetermissum est *error*. sed cf. 6, 1.: urbem. — P: cursorne papirius proximis comitiis cum q. aulio cerretano iterum cet. M: cursorne papirius proximis comitiis cum que aulo cerraetano iterum ob rem bene gestam luceria (m. 2.: luceriæ) continuato magistratu consul tertium creatus sit an l. papirius mugilanus et in cognomine erratcū. sit. Cf. 8, 37. — Leid. I. Lov. 4.: ob rem bene gestam luceriam. Voss. II. al.: ad luceriam. — Multi recc. codd.: consul terti*o* creatus sit. — Leid. I. Voss. II. multique alii codd.: mugi*l*anus. P: mugillanus. Cf. 4, 7. al. — Cod. Gärtner.: „an*te* l. papirius". an*ne?*

9. *conuenit iam inde per consules reliqua belli perfecta:* M m. 1. P. — M m. 4.: conueniē | cia inde cet. h. e.: convenientia inde. — *Convenit* scil. inter scriptores.

10. *cum Frentanis:* P m. 1. M m. 1. Leid. I.] cum Forentanis (ex coni. I. Fr. Gronovii). — *Cum Frentanis* ex optimis libris restituendum erat. ad Luceriam enim pugnatum erat et Frentani illi urbi finitimi erant. sic etiam 9, 15. Publilius cons. aliquot circa Luceriam populos subegisse dicitur. cf. Strabo 5, 4.: Φρεντανοὶ Σαυνιτικὸν ἔθνος. Plin. 3, 103. 106.: regio Frentana al. Urbem ipsam vero, in quam se Frentani contulerint, Livius non nominat, sive quod nomen eius in vetustis annalibus non invenit sive quod obsidibus datis moenibus ipsis exercitus admotus non est. sic praetermissum 30, 7. est nomen eius urbis, in quam Hasdrubal confugerat et quae, cum Hasdrubal excessisset, a Scipione in deditionem acce-

urbemque ipsam, quo se fusa contulerat acies, obsidibus imperatis in deditionem accepit. pari fortuna consul alter

pta est, et sic multarum minus nobilium urbium nomina. ceterum an haec urbs non illud Ferentinum fuerit, cuius 10, 17. apud Livium mentio fit, magnopere dubito. nam quamquam hanc urbem Samnitium fuisse ibi legimus hodieque etiam in illis regionibus urbs Ferentino est, tamen vix videatur locus munimentis et natura tutissimus non esse defensus ab oppidanis. sed iam I. Fr. Gron. docuit urbis Ferentini cives non Ferentanos dici potuisse: eius quidem urbis quae eiusdem nominis in agro Falerno sita erat cives Ferentinates 3, 42. nominantur. sed cum in P m. 2. in M m. 3. scriptum sit *ferentanis*, idemque in plerisque Drakenb. codd. inveniatur, et cum apud Diodorum a Sigonio laudatum 19, 65. Romani illo bello Samniti urbem Ferentam cepisse dicantur, videri potest non illud Ferentinum sed urbs Ferenta aut Ferentum in Samnio fuisse, cuius nomen in voce *ferentanis* lateret: nam ab illis nominibus aeque Ferentanum venire posse atque Saticulanum a Saticula, Satricanum a Satrico al. perspicuum est. verum ne id quidem veri simile est; nam cum Diodorus illam urbem et vi captam tradat et in Apulia sitam fuisse, hanc eam esse urbem arbitror cuius Livius 9, 20. mentionem facit, sive Ferentum fuit auctoribus et Diodoro et Horatio (3, 4. 16.) sive Forentum auctore Plinio 3, 105. haec etiam causa est cur Gronoviana coniectura, qua et supra *cum Forentanis* scribi voluit, probanda non videatur, non tam quod ea codicum meliorum auctoritate careat, quam quod intelligi non possit cur Aulius illam unam urbem in infima Apuliae parte sitam petere voluerit, cum praesertim Livius non dixerit cur in ea potissimum urbe reliquiae belli Samnitis et exquirendae et exstinguendae fuerint. longe aliter se habet res 9, 20., quippe quo loco Apulia perdomita Iunius consul Forento etiam oppido valido potitus in Lucanos perrexisse tradatur. — In M scriptum m. 1. erat *urbemque ipsa*, m. 3.: *ipsā*.

2\. *cons̄.* (P: coš.) *alter:* PM] consulum alter (Pall. 1. 3.). — Et in Drakenb. codd. inventum est aut *consul* aut *coš*. Cf. 9, 32. — M: cum satricianis qui ciues romani post candinam cladem ad samnites defecerat. m. 2.: caudinam. m. 3.: defecerāt. — Cf. 9, 12.: inter haec Satricani ad Samnites defecerunt.

cum Satricanis, qui cives Romani post Caudinam cladem ad Samnites defecerant praesidiumque eorum in urbem acceperant, rem gessit. nam cum ad moenia Satrici admotus esset exercitus legatisque missis ad pacem cum precibus petendam triste responsum ab consule redditum esset, nisi praesidio Samnitium interfecto aut tradito ne ad se remearent, plus ea voce quam armis inlatis terroris colonis iniectum: itaque subinde exsequentes quaerendo a consule le-

3. *ad moenia Satrici:* ed. Froben. 1535. — P: ad moenia satricę admotus est. M et Drak. codd.: satricae. — M: ab consule reditum esset. — M: „ne ad se remearent armis inlatis terroris" quattuor mediis verbis praetermissis.

8. *itaque subinde exsequentes quaerendo:* Lovel. 4. cf. 9, 3.: cum percunctando exsequerentur. — In P m. 1. scriptum est „itaque subinde exsequentur querendo a coſ. legati", idemque *exsequentur* repertum est in Pall. 1. 3. Thuan. Leid. I. Voss. II. al. Quod cum probandum non videretur, scriptum est in M „itaque subinde executur quaerendo a coſ. legati", et id *exsequuntur* legitur in P m. 2. in cod. Klock. et in plerisque codd. Drakenb. Alii syllabam *re* excidisse rati scribi voluerunt *exsequerentur*, idque servatum est in Lovel. 2. non tamen addito *cum* quod deesse non posset locumque habere poterat aut ante aut post *itaque*. examinandum igitur est, quaenam illarum trium emendationum verissima videatur. *exsequuntur* mihi minus probatur, quod ex hac scriptura tota sententia in duas partes disiungitur. integerrima autem scriptura videri posset „itaque cum subinde exsequerentur quaerendo a consule legati", si non „ab isdem consilium petere iussi — discedunt" sequeretur sed *discedunt* omitteretur. inde iam sequitur, unum Lovel. quarti librarium recte vidisse quid loci ratio postularet. — Deinde restituimus *crederent* ex PM Leid. I. et plerisque Drakenb. codd., quamvis I. Fr. Gronovius totum verbum praetermitti voluerit, ceterique pro eo scripserint *crederet*, cum putarent hoc verbum referendum esse ad praecedens *a consule*, ex quorum numero etiam Lov. quarti librarius erat qui *a coſſ.* h. e. *a consulibus* scribi vellet. verum *crederent* non ad consulem referendum est sed ad legatos ipsos, cum Livius facile sentiret consuli irato et superbo illa altera ratione a legatis responderi non potuisse:

gati, quonam se pacto paucos et infirmos crederent praesidio tam valido et armato vim adlaturos, ab isdem consilium petere iussi quibus auctoribus praesidium in urbem accepissent, discedunt, aegreque impetrato ut de ea re consuli senatum responsaque ad se referri sineret, ad suos redeunt. duae factiones senatum distinebant, una cuius principes erant defectionis a populo Romano auctores, altera fidelium civium: certatum ab utrisque tamen est ut ad reconciliandam

vernacula igitur lingua „wie sie es glauben dürften dass sie die schwächere Partei einer so starken Besatzung etwas würden anhaben können". — Tum scriptum est in M „ab isdem consilium pe*te*re | *se* quib. auctorib. praesidium in urbem accepissent discedunt", sed illa duo *e* m. 4. sunt in loco raso. in P primo „ab istem", dein eadem manu antiqua scriptum est „ab isdem consilium petere iussi quibus auctoribus praesidium in urbem accepissent discedunt". — Postremo invenimus in M „aegreque imperato ut de ea re consuli senatum responsaque ad se referis (dein „referris") ineret & ad suos redeunt": in P „aegreque impetrato ut de ea re consuli senatum responsaque ad se referri sinerent & ad suos redeunt": idemque „*et* ad suos redeunt" in Pall. 1. 3. in Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al. repertum est. sed illud *et* ex praecedente *sineret* neglegenter repetitum videtur, nisi forte ante *et* aliquid excidit. Mirum tamen videri potest, qui Livius scribere potuerit legatos discessisse, cumque discessissent impetrasse eosdem ut de ea re senatus consuleretur. et aliquamdiu et mihi illud *discedunt* suspectum videbatur, sed diligentius loci ratione pensitata omnia optime se habere intellexi. Papirius enim primo nisi praesidio interfecto legatos ad se remeare vetuerat. cum igitur ii iam tristi responso iuberentur ab defectionis auctoribus consilium petere, ne viro acerrimo iram moverent, discedunt („sie treten ab"), nec tamen decedunt ex castris, sed iterum aditu petito et dato, cum consulis animus iam mitior videretur esse, multis cum precibus agentes impetrant ut senatum consuli sineret. tum demum domum ad suos redeunt.

6. *duae factiones senatum distinebant:* P. — M: dumae factiones senatum distinebant. Hinc Leid. I. Pal. 3. Lov. 4. al.: dum haec factiones. Voss. II. al.: dum hae factiones.

8. *certatum ab utrisque tamen est:* PM: nisi quod in

pacem consuli opera navaretur: pars altera, cum praesidium Samnitium, quia nihil satis praeparati erat ad obsidionem tolerandam, excessurum proxima nocte esset, enuntiare consuli satis habuit qua noctis hora quaque porta et quam in viam egressurus hostis foret: altera, quibus invitis descitum ad Samnites erat, eadem nocte portam etiam consuli aperuerunt armatosque clam hoste in urbem acceperunt. ita

P m. 1. et in M scriptum est *utriusque*. Lov. 4. al.: certatum tamen ab utrisque est. — Illud *tamen* dicere vult, quamvis altera harum factionum populo romano adversa esset, tamen ab utraque certatum esse ut consuli opera navaretur: „nichtsdestoweniger wollte keine der anderen nachstehen dem Consul hülfreiche Hand zu bieten, damit die Stadt freundlich behandelt werde". — M: ad reconciliandam pacem pacem | consuli cet. sed alterum *pacem* inductum est.

3. *excessurum:* cod. Klock. Leid. II. — PM Leid. I. Lov. 4.: „excussurum". hinc Pall. 1. 3. Voss. II. al.: „excursurum". Cf. 30, 7.: Hasdrubal ex fuga cum paucis Afrorum urbem proximam petierat eoque omnes qui supererant vestigia ducis sequentes se contulerant: metu deinde ne dederetur Scipioni urbe excessit. al. — Paulo ante cum m. 1. et in M scriptum esset „quia nihil satis praeparati erat", m. 3. scribi voluit „erāt". — Deinde invenimus in M: „proxima nocte |ēē enuntiare consuli satis habuit". in P: „proxima nocte nuntiare ɔsuli satis habuit". et in Leid. I. Lov. 4. al. scriptum est *enuntiare*. — M: „qua noctis hora quaque portam & quam in uiam egressurus hostis foret": ut dubium sit an librarius in antiquiore quodam libro *quāque portam* invenerit.

5. *quibus inuitis descitum ad Samnites erat:* P m. 2. M. — P m. 1.: inuitiis. — Lov. 4. Haverc. Neap. Lat.: eadem nocte portam etiam consuli aperuerunt. P m. 1.: consulib; aparuerunt. m. 2.: aperuerunt. M rell. Drakenb. codd.: „consulibus". Simili mendo 8, 33. in P m. 1. scriptum videmus *tribunalib;* pro *tribunali*.

7. *armatosque clam hoste in urbem acceperunt:* (ex coni. Gelenii)] armatosque clam hostes in urbem acceperunt (ex coni. Sigonii). — *Armatosque clam hostes acceperunt* vera scriptura esse non potest, cum in ea nihil novi momenti insit sed idem omnino quod verbis proxime antecedentibus dicatur, nec ab illis Satricanis qui consuli

duplici proditione et praesidium Samnitium insessis circa viam silvestribus locis necopinato oppressum est et ab urbe plena hostium clamor sublatus, momentoque unius horae caesus Samnis Satricanus captus et omnia in potestate consulis erant. qui quaestione habita quorum opera defectio esset facta, quos sontes conperit virgis caesos securi percussit, praesidioque valido inposito arma Satricanis ademit. inde ad triumphum decessisse Romam Papirium Cursorem scribunt qui eo duce Luceriam receptam Samnitesque sub iugum missos auctores sunt. et fuit vir haud dubie dignus

portam aperuerunt, Romani pro hostibus haberi potuerint. cum igitur in omnibus codd. mscriptis „armatosque clam *nocte* in arcem acceperunt" scriptum sit nec id, cum modo *eadem nocte* sit dictum, probari possit, Sig. Gelenius eleganti facilique emendatione veram scripturam restituisse videtur. *clam hoste Samniti* — nondum enim Samnites urbe egressi erant — Satricani ii qui Romanis fideles manserant, armatos aliquot Romanos acceperunt qui portarum vigiliis circumventis loca opportuna occuparent ut tuto consul cum reliquo exercitu urbem ingrederetur. nec dubium videri potuit quin futurum esset ut Samnites si iam partem urbis in hostium potestate viderent, multo magis consternati excederent Romanisque victoriam faciliorem redderent.

1. *insessis circa uiam siluestribus locis:* PM rell.: „nachdem die Waldungen längs den beiden Seiten des Weges besetzt worden". — P: oppressum + ab urbe cet. M: oppressum est ab urbe cet. dubium igitur videri potest an *est* non integrum sit, cum *et* deesse non possit et *est* cum *et* vel contra persaepe confusum sit. — Ab urbe („von der Stadt aus" h. e. „in der Stadt") plena hostium clamor sublatus *ad Satricanos ipsos capiendos.* — PM: momentoque unius horae (P m. 1.: orae) caesus samnis satricanus captus et omnia cet. — Paulo post P: quos sontes conperit uirgis cesos securi percussit.

9. *scribunt qui eo duce Luceriam receptam Samnitesque sub iugum missos auctores sunt:* P. — M: scribunt equi eo | duce luceriam receptam cet.

10. *et fuit uir haud dubie dignus omni bellica laude:* PM. Videtur Livius, cum ita scribere pergeret, dicere voluisse, se non dubitare id quod ab illis auctoribus traditum esset pro vero habere.

omni bellica laude non animi solum vigore sed etiam corporis viribus excellens: praecipua pedum pernicitas inerat quae cognomen etiam dedit, victoremque cursu omnium aetatis suae fuisse ferunt, et seu virium vi seu exercitatione multa cibi vinique eundem capacissimum, nec cum ullo asperiorem, quia ipse invicti ad laborem corporis esset, fuisse militiam pediti pariter equitique: equites etiam aliquando ausos ab eo petere ut sibi pro re bene gesta laxaret aliquid laboris, quibus ille „ne nihil remissum dicatis, remitto“ inquit „ne utique dorsum demulceatis cum ex equis descendetis“. et vis erat in eo viro imperii ingens pariter in socios viresque: Praenestinus praetor per timorem segnius ex subsidiis suos duxerat in primam aciem: quem cum inambulans ante tabernaculum vocari iussisset, lictorem expedire

2. *praecipua pedum pernicitas inerat quae cognomen etiam dedit:* M m. 3. P rell. — M m. 1.: percitas. — *Dedit* forsitan idem quod *dederat* h. l. significarit (cf. 4, 51.: reliquerunt. 9, 43.: habuerunt. al.), cum iam 6, 11. Lucius Papirius trib. mil. eodem cognomine Cursor nominatus sit. itaque Conr. Heusingerus scribi voluit „quae cognomini etiam vim dedit“. verum et fieri potest ut Livio idem in hoc Papiriorum cognomine interpretando evenerit quod cum de Lucio et Tito Manliis Imperiosis 4, 29. 7, 4. referret, nec desunt auctores (Zonaras 7, 26.) qui cum Livio de hoc L. Papirio cognominis auctore consentiant. Cf. quoque 30, 26. — P: „uictorisque cursu omnium aetatis suae fuisse ferunt“: pauloque post m. 1.: „cibi uineque“, m. 2.: uinique.

9. *quibus ille ne nihil remissum dicatis remitto inquit* cet.: P. — M: laxaret aliquit laboris quibus ille nihil remissū dicatis cet. — PM: ne utique dorsum demulceatis cum ex equis descendetis: „dass ihr euch nicht den Rücken reiben lasset, wenn ihr vom Pferde steiget“. Remisit igitur Papirius, quod nemo facere posset nisi qui mollis atque ignavus haberi vellet.

11. *et uis erat in eo uiro imperii ingens:* P. — M: imperio ingens pariter in sotios ciuesque. — M: „praenestinus ptr.“ P: „prenestinus ptr.“ Praetor videtur h. l. esse praefectus cohortis sociorum. Lov. 4.: eduxerat ex subsidiis suos.

14. *lictorem expedire securem iussit:* PM rell. cf. 8, 7. — P m. 2. M: ad quam uocem

securem iussit: ad quam vocem exanimi stante Praenestino „agedum lictor excide radicem hanc“ inquit „incommodam ambulantibus“, perfusumque ultimi supplicii metu multa dicta dimisit. haud dubie illa aetate, qua nulla virtutum feracior fuit, nemo unus erat vir quo magis innixa res Romana staret: quin eum parem destinant animis magno Alexandro ducem, si arma Asia perdomita in Europam vertisset.

XVII. Nihil minus quaesitum a principio huius operis videri potest quam ut plus iusto ab rerum ordine declina-

exanimi stante praenestino. P m. 1.: examini. — M Leid. 1.: agendum lictor excide. — P m. 1.: „perfusumque ultum supplicii metu“. dein „uultum“. videtur librarius *ultumi* scribere voluisse.

4. *qua nulla uirtutum feracior fuit:* P. — M: „qua nulla uirtutem feratior fuit“: dein eadem manu antiqua „uirtutum“: „in jener Zeit die an grossartigen Erscheinungen reicher als irgend eine andere war“.

5. *nemo unus erat uir quo magis innixa res romana staret:* PM] nemo unus erat vir quo magis innisa cet. — Cod. Gärtn.: in quo innixa. — PM rell.: quin eum parem destinant animis magno alexandro ducem: „ja man meint sogar dass er der Mann gewesen wäre der dem grossen Alexander hätte entgegengestellt werden müssen, wenn derselbe nach der Besiegung Asiens seine Waffen gegen Europa gerichtet hätte“.

8. *nihil minus quaesitum a principio huius operis uideri potest:* PM: „nichts kann von dem Beginn dieses Werkes an von mir weniger aufgesucht scheinen als“ u. s. w. Quamquam haec interpretatio vera videri potest, tamen totius loci ratio diligentius inspecta mihi persuadet, non id tantum Livium dicere sed etiam exprimere voluisse, sibi nihil posse magis videri alienum esse a principio operis sui i. e. a consilio et a ratione quam in annalibus scribendis propositam habuisset. non enim id tam potest dicere velle quid in scribendo ad eum locum ante oculos habuerit, quam causam afferre cur si mentione Alexandri facta ampliorem quendam cogitationum suarum cursum iniret easque ipsas evolveret, ab totius operis instituto non alienum arbitratus sit. quod si spectabat, non de eo quod factum esset sed de eo quod ratione consilioque operis ipsius postulari videretur referendum erat. in principiis vero alicuius rei inest quidem eiusdem rei initium, non

rem varietatibusque distinguendo opere et legentibus velut deverticula amoena et requiem animo meo quaererem: tamen tanti regis ac ducis mentio quibus saepe tacitis cogitationibus volutavit animum, eas evocat in medium, ut quaerere libeat quinam eventus Romanis rebus si cum Alexandro foret bellatum futurus fuerit. plurimum in bello pollere videntur militum copia et virtus, ingenia imperatorum, fortuna per omnia humana maxime in res bellicas potens:

minus tamen id ex quo omnia quae ad eandem rem pertineant venire et oriri necesse est, et ad quod omnia quae inde venerint referri possint: de qua re docte disputat Doederl. Synon. 3, 163. sic apud Ciceronem de leg. 1, 6. 18. legimus: „sed haec posterius: nunc iuris principia videamus. igitur doctissimis viris proficisci placuit a lege, haud scio an recte, si modo ut iidem definiunt lex est ratio summa insita in natura, quae iubet ea quae facienda sunt prohibetque contraria“ cet. quo loco perspicuum est Ciceronem non tam id quaerere, quo primo tempore ius ab hominibus observari coeptum sit, quam ex quo fonte idem illud ius haustum sit et qua vi in hominum mentibus nasci potuerit. Cic. Acad. pr. 2, 36. 117.: „non persequor quaestiones infinitas: tantum de principiis rerum e quibus omnia constant videamus“ cet. sic etiam Livius hoc loco de quo agitur id potissimum videtur dicere voluisse: „Nichts möchte von dem Plane dieses Werkes sich weiter zu entfernen scheinen, als wenn ich mehr als nothwendig den Faden der Geschichte fallen liesse, und dadurch dass ich die Erzählung durch eine gewisse Mannigfaltigkeit des Stoffes und der Betrachtungsweise zu beleben suchte, theils meinen Lesern angenehme Ruhepunkte theils mir eine Erholung verschaffte“. — PM rell.: destinguendo opere. — PM Leid. I. al.: deuerticula. cf. 1, 51.

3. *quibus saepe tacitis cogitationibus uolutauit animum:* M: „Gedanken womit dieser Gegenstand in der Stille der Betrachtung mein Gemüth oft beschäftigt hat“. — P: quibus sepe tacitus cogitationibus cet. Cf. 30, 14.: haec secum volutanti Laelius ac Masinissa supervenerunt. — P: eas euocat in medium. M: eas uocati ut querere libeat. — Multi recc. codd.: quisnam euentus.

8. *fortuna per omnia humana maxime in res bellicas potens:* PM: „das Glück, das in allen menschlichen Ver-

ea et singula intuenti et universa sic ut ab aliis regibus gentibusque ita ab hoc quoque facile praestant invictum Romanum imperium. iam primum ut ordiar ab ducibus comparandis, haud equidem abnuo egregium ducem fuisse Alexandrum, sed clariorem tamen eum facit quod unus fuit, quod adulescens in incremento rerum nondum alteram fortunam expertus decessit: ut alios reges claros ducesque omittam magna exempla casuum humanorum, Cyrum, quem maxime Graeci laudibus celebrant, quid nisi longa vita sic ut Magnum modo Pompeium vertenti praebuit fortunae? re-

hältnissen, vorzüglich aber *in Bezug auf* den Krieg seine Macht bewährt".

2. *ita ab hoc quoque facile praestant inuictum romanum imperium:* PM: nisi quod in P scriptum est „pstanti inuictum". Non dicit Livius, haec omnia persuadere romanum imperium, si Alexander Europae bellum intulisset, invictum ab eo *futurum fuisse:* sed haec omnia et singula et universa videri posse et maiora et clariora in rebus a populo rom. gestis quam in rebus Alexandri. — *Ita* praetermissum est in Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.

4. *haud equidem abnuo:* P. — M: audequidem abnuo. — P m. 2. M: quod unus fuit. P m. 1.: facit quod unus facit. — PM: quod adulescens in incremento rerum nondum alteram fortunam expertus decessit: „ohne den Wechsel des Glückes schon erfahren zu haben".

7. *ut alios reges claros ducesque omittam magna exempla casuum humanorum cyrum quem maxime graeci laudibus celebrant* cet.: P. — M: magna exempla casuum hanorum | cirumque maxime greci cet. m. 4.: casuum hānorum | cirumquē maxime cet. — PM: uertentī praebuit fortunae: „was anders als die Länge seines Lebens setzte ihn so wie jüngst erst noch den grossen Pompeius dem Wechsel des Glückes aus". — Deinde scriptum est in P: „recenseam duces romanos nec romanos nec omnes omnium aetatium sed" cet. in M: „recenseam duces roma | nos *reb. si cum alexandro foret bellatū* | nec oms omnium aetatium". sed media verba inducta sunt et *i* in *aetatium*. — PM: c. marcium (M: martium) rutilium: (7, 17.). — M: c. sulpitium. — PM: quintum publium philonē: (8, 15.). — PM: m̄. curium. cf. Vell. 1, 14. et Sig. Cap. fragm. a. 479.

censeam duces Romanos nec omnes omnium aetatium sed ipsos eos cum quibus consulibus aut dictatoribus Alexandro fuit bellandum, M. Valerium Corvum C. Marcium Rutilum C. Sulpicium T. Manlium Torquatum Q. Publilium Philonem L. Papirium Cursorem Q. Fabium Maximum duos Decios L. Volumnium M'. Curium: deinceps ingentes secuntur viri, si Punicum Romano praevertisset bellum seniorque in Italiam traiecisset: horum in quolibet cum indoles eadem quae in Alexandro erat animi ingeniique, tum disciplina militaris iam inde ab initiis urbis tradita per manus in artis perpetuis praeceptis ordinatae modum venerat: ita reges gesserant bella, ita deinde exactores regum Iunii Valeriique, ita deinceps Fabii Quinti Cornelii, ita Furius Camillus, quem iuvenes ii quibus cum Alexandro dimicandum erat senem viderant. militaria opera pugnando obeunti Alexandro — nam

6. *deinceps ingentes secuntur uiri:* P m. 1. M. — P m. 2.: sequuntur. „Diesen folgt *dann unmittelbar* eine Reihe ausgezeichneter Männer, mit denen er zu kämpfen gehabt haben würde, wenn er" u. s. w. Cf. 9, 6.: primi consules — sub iugum missi: tum — tum *deinceps* singulae legiones. 9, 22. — P: si punicum romano praeuertisset bellum. M: si punicum romano uer|tisset bellum. — Cf. Curt. de reb. Alex. 4, 4. (Tyro capta Alexander) Carthaginiensium legatis pepercit addita denuntiatione belli, quod praesentium rerum necessitas moraretur. — M: seniorque in italiam tragecisset.

8. *horum in quolibet cum indoles eadem:* PM] horum in quolibet tum indoles cet. „Nicht nur regte sich in einem Jeden dieser Männer eine Kraft und Grösse des Geistes wie sie Alexander besass, sondern es hatte unter ihnen auch die Kriegskunst, wie sie unmittelbar von den ersten Anfängen der Stadt her von einem Geschlecht dem anderen überliefert worden, den Umfang eines durch die fortwährenden Bemühungen derselben wohlgeregelten Ganzen gewonnen". — In PM Leid. 1. Voss. 11. Lov. 4. al. scriptum est „in artes", quo mendo nihil frequentius est. — PM: ita deinceps fabii quinti cornelii. Cf. 6, 18.: Cassi Maeliique.

15. *militaria opera pugnando obeunti Alexandro nam ea quoque haud minus clarum eum faciunt cessisset*

ea quoque haud minus clarum eum faciunt — cessisset videlicet in acie oblatus par Manlius Torquatus aut Valerius Corvus insignes ante milites quam duces, cessissent Decii devotis corporibus in hostem ruentes, cessisset Papirius Cursor illo corporis robore illo animi: victus esset consiliis iuvenis unius — ne singulos nominem — senatus ille, quem qui ex regibus constare dixit unus veram speciem Romani senatus cepit. id vero erat periculum, ne sollertius quam quilibet unus ex his quos nominavi castris locum caperet, commeatus expediret, ab insidiis praecaveret, tempus pugnae deligeret, aciem instrueret subsidiis firmaret: non cum Dareo rem esse dixisset, quem mulierum ac spadonum agmen

uidelicet in acie (M: aciae) *oblatus par* cet.: PM: „und da sich Alexander in eigener Person dem Kampfe wie der gewöhnliche Soldat unterzog — so würde, meint ihr, ein Manlius Torq. oder ein Valerius Corvus, wenn sie ihm in der Schlacht gegenüber gestanden, vor ihm gewichen sein, Männer die erst eben so ausgezeichnet als Soldaten gewesen wie nachher als Anführer“? Cf. 7, 10. 26. — Pall. 1. 3.: cessisset uidelicet oblatus Manlius Torquatus. — P: cessisset Papirius Cursor illo corporis illo animi.

6. *quem qui ex regibus constare dixit unus ueram speciem romani senatus cepit:* PM: „von dem der — allein ein richtiges Bild aufgefasst hatte“. Cf. Plut. Pyrrh. 19.: Κινέαν — τά τ' ἄλλα τῷ Πύῤῥῳ φράσαι καὶ εἰπεῖν, ὡς ἡ σύγκλητος αὐτῷ βασιλέων πολλῶν συνέδριον φανείη.

8. *id uero erat periculum ne sollertius quam quilibet unus ex his quos nominaui castris locum caperet* cet.: PM: „das aber wäre freilich zu fürchten gewesen, dass er mit mehr Einsicht als irgend einer von denen“ u. s. w. Sic 9, 16. „nemo *unus* erat vir“ scriptum est.

11. *non cum Dareo rem esse dixisset:* P m. 1. M: „er würde es wohl erklärt haben, dass er es nicht mit einem Dareus zu thun habe“. — P m. 2.: dario. — Dareum non Darium ad optimorum mscriptorum fidem C. T. Zumptium et apud Q. Curtium scribi iussisse notum est. — M: honeratum fortunae apparatibus suae. — P m. 1.: praedam uerius quam ostē. — M: nihil aliud quam bene ausus uana contēpnere. Cf. 4. 3.: contemnerent.

trahentem inter purpuram atque aurum oneratum fortunae apparatibus suae praedam verius quam hostem nihil aliud quam bene ausus vana contemnere incruentus devicit: longe alius Italiae quam Indiae, per quam temulento agmine comisabundus incessit, visus illi habitus esset saltus Apuliae ac montes Lucanos cernenti et vestigia recentia domesticae cladis, ubi avunculus eius, nuper Epiri rex Alexander absumptus erat.

XVIII. Et loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit: qui si ex ha-

3. *longe alius italiae quam indiae per quam temulento agmine comisabundus incessit uisus illi habitus esset:* PM: nisi quod in M m. 1. scriptum erat „italiae quamdie per quam", m. 4.: quā indie. „Ganz anders würde ihm die Gestalt Italiens als die Indiens vorgekommen sein, wenn er" u. s. w. Ant. Perizonius *illi* deletum voluit. — Cf. 3, 29.: comisantium modo. — M: ubi auunculus eius nuper rex alexander absum | tus erat. Cf. 8, 24.

9. *et loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus:* P. — M: nondum merco secundis cet. — In hoc *et* magnam Livium vim ponere solitum esse multis iam locis vidimus: „Und dabei vergesse man nicht dass wir hier nur die Zeit Alexanders vor Augen hatten, wo derselbe in den Strudel des Glückes noch nicht versunken war". — M m. 4. P: nouique ut ita dicam ingenii, quod sibi uictor induerat. M m. 1.: ingeniis | quos sibi uictor induerat. Cf. 3, 33.: adeoque novum sibi ingenium induerat (Appius) ut cet. — P m. 1. M: dareo. P m. 2.: dario. — „Dareo magis quam Alexandro similis" non idem est quod „Dareo similior quam Alexandro". — M: degeneratemque. — Verba „si spectetur — venisset et adduxisset" hypothetica quidem constructione cohaerent, non tamen ea qua illae duae eius constructionis partes naturali quadam necessitate ex se pendere videantur. quod si scriptor voluisset, scribendum fuisset „nam si ille pro habitu novi quod sibi induerat ingenii in Italiam *venisset*, Dareo magis quam Alexandro similis *visus esset*". *Si spectetur* igitur interpretationis causa reliquae orationi interpositum est, ne quis de hypothetico eius sententiae sensu dubitaret.

bitu novae fortunae novique ut ita dicam ingenii quod sibi victor induerat spectetur, Dareo magis similis quam Alexandro in Italiam venisset et exercitum Macedoniae oblitum degenerantemque iam in Persarum mores adduxisset.' referre in tanto rege piget superbam mutationem vestis, et desideratas humi iacentium adulationes etiam victis Macedonibus graves nedum victoribus, et foeda supplicia et inter vinum et epulas caedes amicorum et vanitatem ementiendae stirpis, quid si vini amor in dies fieret acrior, quid si trux ac praefervida ira — nec quicquam dubium inter scriptores refero — nullane haec damna imperatoriis virtutibus ducimus? id vero periculum erat quod levissimi ex Graecis, qui Par-

4. *referre in tanto rege piget:* P. — M: referre | tanto rege piget. — PM: „et desideratas humi iacentium adulationes“: nisi quod in P erat „iacientium“, ut 26, 32.; „ad genua *se* Marcelli consulis proiecerunt“. *Adulationes* in omnibus codd. inventum est; *adorationes* in unius Oxon. margine. cf. 30, 16.: ubi in castra romana et in praetorium pervenerunt, more adulantium — procubuerunt; conveniens oratio tam humili adulationi fuit. Curt. 8, 5. 5.: „Iovis filium non dici tantum se sed etiam credi volebat, tamquam perinde animis imperare posset ac linguis: itaque more Persarum venerabundos ipsum salutare prosternentes humi corpora; non deerat talia concupiscenti perniciosa adulatio cet. — PM: „etiam uictis Macedonibus graues nedum uictoribus“. *Victi* videbantur Livio Macedones esse, quod libertate non uterentur sed sub regibus essent. cf. 2, 12.: cui indignum videbatur populum romanum *servientem cum sub regibus esset* nullo bello nec ab hostibus ullis obsessum esse.

11. *nullane haec damna imperatoriis uirtutibus ducimus:* P: „sollen wir glauben dass diese Leidenschaften seinen Feldherrn - Tugenden keinen Abbruch würden gethan haben“? — M: nullam haec damna imperatoris (m. 2.: riis) uirtutibus id uero cet.

12. *leuissimi ex graecis:* P m. 2. — P m. 1.: e graecis. M: ex grecis. — Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: dictare solent. — PM: quem ne fama quidem illis notum arbitror fuisse. Cf. Arriani Anab. 7, 15. 5. 6. — M: sustinere non potuerit psr. P: sustinere non potuerit prs. et aduersus quem cet.

thorum quoque contra nomen Romanum gloriae favent, dictitare solent, ne maiestatem nominis Alexandri — quem ne fama quidem illis notum arbitror fuisse — sustinere non potuerit populus Romanus, et adversus quem Athenis in civitate fracta Macedonum armis cernente tum maxime prope fumantes Thebarum ruinas, contionari libere ausi sunt homines — id quod ex monumentis orationum patet —, adversus eum nemo ex tot proceribus Romanis vocem liberam missurus fuerit? quantalibet magnitudo hominis concipiatur animo, unius tamen ea magnitudo hominis erit col-

6. *contionari libere ausi sunt homines:* M Leid. I. Voss. II. multique alii codd.] concionari libere ausi sint homines. — P: contionari liberi ausi sint homines. — P: „id quod ex monumentis orationum patet“: quamquam primo fuerat „id quid ex“ cet. M: „id quod ex monumentis oratio*numentis* patet“: ut dubium videri possit an librarius duas huius loci scripturas ante oculos habuerit, et „ex monumentis orationum“ et „ex orationum monumentis“: quamquam mihi quidem h. l. vox prior neglegenter bis scripta videtur. — Cf. Arriani Anab. 1, 10. 4.: ἐπιστολὴν δὲ γράψας πρὸς τὸν δῆμον (τῶν Ἀθηναίων) ἐξῄτει (ὁ Ἀλέξανδρος) τοὺς ἀμφὶ Δημοσθένην καὶ Λυκοῦργον — τούτους γὰρ αἰτίους εἶναι τῆς τε ἐν Χαιρωνείᾳ ξυμφορᾶς τῇ πόλει γενομένης καὶ τῶν ὕστερον ἐπὶ τῇ Φιλίππου τελευτῇ πλημμεληθέντων ἔς τε αὐτὸν καὶ ἐς Φίλιππον· καὶ Θηβαίοις δὲ τῆς τε ἀποστάσεως· ἀπέφαινεν αἰτίους οὐ μεῖον ἢ τοὺς αὐτῶν Θηβαίων νεωτερίσαντας.

10. *unius tamen ea magnitudo hominis erit collecta paulo plus decem annorum felicitate:* PM: nisi quod in M scriptum est „unius *ta* | tamen ea“. — PM: quam qui eo extollunt quod pr̄. etsi nullo bello multis tamen proeliis uictus sit cet. — PM: „non intellegunt se hominis res gestas et eius iuuenis cum populi iam octingentesimum bellantis annum rebus conferre“: „die berücksichtigen nicht dass sie die Thaten eines Menschen und noch dazu eines Jünglings mit den Thaten eines Volkes zusammenstellen das nun schon acht Jahrhunderte lang den Krieg geführt hat“. Nemo non videt, Livium non tantum non Alexandri sed suam ipsius aetatem ante oculos habuisse, verum etiam in eo, cum *octingentesimum annum* scriberet, oratorum dicendi genere numerorum interdum minus

lecta paulo plus decem annorum felicitate: quam qui eo extollunt quod populus Romanus et si nullo bello multis tamen proeliis victus sit, Alexandro nullius pugnae non secunda fortuna fuerit, non intellegunt se hominis res gestas et eius iuvenis cum populi iam octingentesimum bellantis annum rebus conferre: miremur si, cum ex hac parte saecula plura numerentur quam ex illa anni, plus in tam longo spatio quam in aetate tredecim annorum fortuna variaverit? quin tu hominis cum homine et ducis cum duce fortunam

diligentem rationem habentium usum esse. — Leid. 1. Voss. u. Lov. 4. al.: extoll*ant*. — Sigonius ex recentissimo suo cod. „se *unius* hominis res gestas" scribi voluit, sed Livius h. l. non *unum hominem* sed *hominem* respondere voluit *populo*. — „Et *eius* iuvenis" non significat „und zwar *eines solchen* Jünglings", sed *eius* referendum est pro latinae linguae ratione ad *hominis*.

7. *plus in tam longo spatio quam in aetate XIII annorum fortuna uariauerit:* P. — M: „plus in tam longo spatio quam in aetate XIII. annorum *fortuna* confers quot romanos" mediis praetermissis. — Nisi forte antiqua manu scriptum fuit „saecula *prope* plura", non video qui h. l. *saeculum* quid aliud significare potuerit quam apud nos „ein Menschenalter".

9. *quin tu hominis cum homine et ducis cum duce fortunam cum fortuna confers:* P m. 2. nam m. 1. erat „confres". In recc. quibusdam codd. scriptum est „quin tu hominis *causam* cum homine": in Lov. 4. praetermissum est *et*. — Vult Livius dicere: „ista ratio non potest iusta videri, qua fortunam unius hominis eamque tredecim annorum conferre vis cum universa totius populi romani fortuna. quin tu confers hominis fortunam cum hominis fortuna et ducis fortunam cum ducis fortuna". sed cum hoc dicendi genere oratio languida facta esset, pro latinae linguae ratione genitivis praemissis *fortunam cum fortuna* postpositum est, praesertim cum hoc modo et tertia quaedam comparatio „*fortunae ipsius cum fortuna ipsa*" duabus prioribus haud ineleganter adiici posset. *hominis* vero *fortunam cum homine* sic ab Livio scriptum est ut ex. gr. apud Cicer. de or. 1, 4. „ingenia nostrorum hominum multum ceteris hominibus omnium gentium praestiterunt" pro „ingeniis ceterorum hominum" scriptum legimus. „Warum

cum fortuna confers? quot Romanos duces nominem quibus numquam adversa fortuna pugnae fuit! paginas in annalibus magistratuum fastisque percurrere licet consulum dictatorumque, quorum nec virtutis nec fortunae ullo die populum Romanum paenituit: et quo sint mirabiliores quam Alexander aut quisquam rex, denos vicenosque dies quidam dictaturam nemo plus quam annum consulatum gessit, ab tribunis plebis dilectus inpediti sunt, post tempus ad bella ierunt, ante tempus comitiorum causa revocati sunt, in ipso conatu rerum circumegit se annus, collegae nunc temeritas nunc pravitas inpedimento aut damno fuit, male gestis re-

stellst du nicht das Glück des Einen dem eines Anderen, das des einen Feldherrn dem eines andern Feldherrn, Glück dem Glück gegenüber". — Deinde scriptum est in PM: quot romanos duces nominem quibus numquam aduersa fortunae (P: fortunę) pugna fuit": quamquam in P primo *pugnæ* videtur fuisse. idem „aduersa fortunae pugnae" in Leid. 1. inventum est. cf. 30, 32. ubi in opt. quibusque libris scriptum est „par periculum praemio, quibus *aduersae pugnae fortuna* fuisset".

4. *quorum nec uirtutis nec fortunae ullo die populum r̄. paenituit* (P: penituit): PM. *Ullo die* fortius dictum est quam *umquam*. — P m. 2. M: et quo sint mirabiliores. P m. 1.: & quod sint. — M m. 2. P: aut quisquam rex. M m. 1.: at quisquam rex. „Und damit man erkenne um wie viel grösser diese Männer gewesen als ein Alexander oder irgend ein König, *so bedenke man dass* u. s. w.

6. *denos uicenosque dies*: PM. Döringius maluit scribi „denos vicenos*ve*", sed Livius dicere voluit „dass Einige derselben die Dictatur nur zehn, Andere nur zwanzig Tage bekleidet haben".

7. *ab tr̄. p̄l. dilectus inpediti sunt post tempus ad bella ierunt ante tempus comitiorum causa reuocati sunt in ipso conatu rerum circumegit se annus collegae nunc temeritaș nunc* cet: M. — P: „ab tr̄ p̄l dilectus inpediti *sunt* | in ipso conatu rerum circumegit se annus post tempus ad bella ierunt ante tempus comitiorum causa reuocati sunt college nunc temeritas nunc" cet. sed ad *sunt* adscriptus m. 2. est asteriscus. — *Post tempus* ad bella itum est, cum nulla iam videretur opportunitas rei gerendae esse.

bus alterius successum est, tironem aut mala disciplina institutum exercitum acceperunt —: at hercule reges non liberi solum inpedimentis omnibus sed domini rerum temporumque trahunt consiliis cuncta non secuntur. invictus ergo Alexander cum invictis ducibus bella gessisset et eadem fortunae pignera in discrimen detulisset: immo etiam eo plus periculi subisset quod Macedones unum Alexandrum habuissent multis casibus non solum obnoxium sed etiam offerentem se, Romani multi fuissent Alexandro vel gloria vel rerum magnitudine pares, quorum suo quisque fato sine publico discrimine viveret moreretur que.

2. *at hercule reges non liberi solum inpedimentis omnibus sed domini rerum:* P. — M: aut hercule reges cet. — P m. 1. M: non secuntur. P m. 2.: sequuntur. — Cf. Demosth. Olynth. 3, 4. ab I. Fr. Gron. laud.: τὸ γὰρ εἶναι πάντων ἐκεῖνον ἕνα ὄντα κύριον καὶ ῥητῶν καὶ ἀποῤῥήτων, καὶ ἅμα στρατηγὸν καὶ δεσπότην καὶ ταμίαν καὶ πανταχοῦ αὐτὸν παρεῖναι τῷ στρατεύματι, πρὸς μὲν τὸ τὰ τοῦ πολέμου ταχὺ καὶ κατὰ καιρὸν πράττεσθαι πολλῷ προέχει κ. τ. λ.

5. *et eadem fortunae pignera in discrimen detulisset:* P cod. Klock. cf. 2, 1. 3, 38. al. — M: pignora. cf. 9, 15. — Pignora fortunae ducibus sunt victoriae: quibus igitur ille pignoribus fortunae fretus se victurum sperasset, eisdem duces Romani ab eadem fortuna acceptis freti ut in proelium procederent futurum fuisset.

9. *romani multi fuissent:* P] Romanis multi fuissent. — M: „romani mili | ti multi fuissent": videtur igitur librarius in aliis libris *multi* in aliis *militi* vidisse. — *Romanis* scribendum videbatur ut *esse* cum dativo responderet antecedenti *habere*. sed *multi Romani* opponuntur *uni Alexandro:* „während viele Römer dem A. an — gleich gewesen wären". — P: alexandro l grolia uel cet. m. 2.: groria. — PM: quorum suo quisque fato sine publico discrimine uiueret morereturque: „von denen jeder Einzelne, je nachdem es ihm vom Schicksal bestimmt war, hätte leben oder sterben können, ohne dass dem Staate ein Nachtheil daraus würde erwachsen sein". Quem ad modum supra „denos vicenos*que*", sic h. l. „viveret moreretur*que*" latine scribendum erat: h. e. si alius magnus vir mortuus esset,

XIX. Restat ut copiae copiis conparentur vel numero vel militum genere vel multitudine auxiliorum: censebantur eius aetatis lustris ducena quinquagena milia capitum: itaque in omni defectione sociorum Latini nominis urbano prope dilectu decem scribebantur legiones: quaterni quinique exercitus saepe per eos annos in Etruria in Umbria Gallis hostibus adiunctis in Samnio in Lucanis gerebant bellum: Latium deinde omne cum Sabinis et Vulscis et Aequis et omni Campania et parte Umbriae Etruriaeque et Picentibus et Marsis Pelignisque ac Vestinis atque Apulis, adiuncta omni ora Graecorum inferi maris a Thuris Neapo-

alius fuisset qui ei succederet. Cf. 6, 12.: di vatesve.

1. *restat ut copiae copiis conparentur uel numero uel* cet.: M. — P: conparentur ł numero ł militum genere ł multitudine auxiliorum. — M: censebatur. — P m. 2. M: ducena quinquagena milia capitum. P m. 1.: decena. — In Leid. I. Voss. II. Lov. 4. multisque aliis scriptum est *ducenta*, sed numeri distributivi recte se habent, quod de pluribus lustris referendum erat. aliter se habet numerus qui 10, 47. legitur.

3. *itaque in omni defectione sociorum* (M: sotiorum) *latini nominis urbano prope dilectu decem scribebantur legiones:* PM. Cum tantus liberorum capitum numerus p. r. esset, fieri potuit ut, cum L. Furio Camillo Ap. Claudio Crasso cons. Galli Graecique hostes instarent omnesque latini nominis socii a populo rom. defecissent et standum civili exercitu esset, ut decem igitur legiones ex urbana et agresti iuventute scriberentur: 7, 25. — M: gallis hostibus adiunctus.

8. *latium deinde omne cum sabinis et uolscis* cet.: P. — M: latium deinde omniaū sabinis et uolcis cet. m. 2.: deinde omni cū sabinis cet. — Ac si Romanis Alexander superior fuisset, non minus ei discriminis in certamine cum populis latini nominis obeundum fuisset. nam etsi multa et magna bella cum his populis a populo rom. gesta erant, tamen plerique eorum cum Romanis in gratiam redierant aut bello subacti erant. hi auxilio esse non poterant nec illi communem hostem adiuvare voluissent.

11. *adiuncta omni ora Graecorum inferi maris:* Lov. 2. al.] adiunctaque omni ora Graecorum cet. — PM (cod. Thuan. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.): adiuncta omnis ora gre-

lim et Cumas et inde Antio atque Ostiis tenus Samnites, aut socios validos Romanis aut fractos bello invenisset hostis. ipse traiecisset mare cum veteranis Macedonibus non plus triginta milibus hominum et quattuor milibus equitum maxime Thessalorum: hoc enim roboris erat: Persas Indos

corum cet. — PM: a thuris. — M: neapolin. sed cf. 23, 1.: neapolim (Put. Colb.). 8, 22. PM: palaepolim. al. — M: et inde antio atque ostiis tenus. P: „et inde antio atque hostiis tenus". *Ostia Ostiorum* non alibi me apud Livium legere memini: apud Iuven. 8, 172. al. legi docuit I. Fr. Gron. — M: aut sotios. — P m. 1. M: „hostes": sed eadem m. 1. in P *hostis* restituit.

3. *non plus* XXX *milibus hominum et* IIII *milibus equitum maxime thessalorum:* M m. 3. nam m. 1. fuerat *equium.* — P: „non plus XXX milibus hominum et VII milibus equitum maxime thesalorum", cum V scriptum esset pro II. Multi recc. codd.: „et *quinque* milibus equitum": quod scriptum videtur ab librario quodam qui Arriani auctoritatem potiorem haberet. cf. Arr. Anab. 1, 11.: αὐτὸς ἄγων πεζοὺς μὲν σὺν ψιλοῖς τε καὶ τοξόταις οὐ πολλῷ πλείους τρισμυρίων, ἱππέας δὲ ὑπὲρ τοὺς πεντακισχιλίους. cf. tamen Diod. 17, 17.: ὥστε τοὺς ἅπαντας εἶναι πεζοὺς τρισμυρίους· — ὥστε σύμπαντας ὑπάρχειν ἱππεῖς τετρακισχιλίους καὶ πεντακοσίους. Plut. Alex. 15.: τῆς δὲ στρατιᾶς τὸ πλῆθος οἱ μὲν ἐλάχιστον λέγοντες τρισμυρίους πεζοὺς καὶ πεντακισχιλίους ἱππεῖς, οἱ δὲ πλεῖστον πεζοὺς μὲν τετρακισχιλίους καὶ τρισμυρίους ἱππέας δὲ τετρακισχιλίους ἀναγράφουσιν. Iustin. hist. 11, 6.: in exercitu eius fuere peditum XXX duo milia, equitum quattuor milia quingenti, naves CLXXXII.

5. *Persas Indos aliasque si adiunxisset gentes inpedimentum maius quam auxilium traheret:* M. — P: persas indos aliasque si adiuncsisset gentes inpedimentum maius cet. Recc. quidam codd.: „inpedimentum *magis* quam auxilium traheret". — *Traheret* videtur orationis variandae causa pro *traxisset* positum, qua scribendi ratione optimos quosque scriptores in altera parte sententiarum hypotheticarum usos uidemus. — Paulo post scriptum est in P m. 1.: hamnibali: et in PM *supplimentum* (9, 22.), quod nonnumquam etiam in cod. Put. repperimus: cf. ex. gr. 23, 43. — *Adde quod esset* „dabei be-

aliasque si adiunxisset gentes, inpedimentum maius quam auxilium traheret. adde quod Romanis ad manum domi supplementum esset, Alexandro — quod post ea Hannibali accidit — alieno in agro bellanti exercitus consenuisset. arma clupeus sarisaeque illis, Romano scutum maius corpori tegumentum et pilum haud paulo quam hasta vehementius ictu missuque telum: statarius uterque miles ordines ser-

rücksichtige man dass zur Hand gewesen wäre". cf. accedit quod.

5. *arma clupeus sariseque illis:* P] arma clipeus sarissaeque illis. — M: „arma cluisset *arma cluisset* sariseque | illis id est haste": sed media verba *arma cluisset* manu altera inducta sunt. et in P scriptum est „illis id ÷ haste": quae verba interpretationis causa ab aliquo librario margini adscripta postea in integram orationem recepta videntur. *sarisa* non *sarissa* scribi iussimus, quod haec vox in melioribus libris semper una littera *s* scripta est. cf. 37, 42.: perturbati ordines et inpeditus intercursu suorum usus praelongarum hastarum — sarisas Macedones vocant —. 38, 7.: praelongae hastae, quas sarisas vocant, ad summovendos hostes eminebant. cf. Pauli Diac. exc. ad Festum lib. 17. ubi in cod. scriptum esse C. O. Müllerus dicit „sarisa hasta macedonica". Liv. 42, 16.: iugum Parnasi. al.

— *Romano scutum maius corpori tegumentum:* PM. sic 1, 20.: super tunicam aëneum *pectori* tegumen. In Leid. I. Pall. Voss. II. multisque aliis scriptum est *corporis*, ut 1, 43. „haec ut tegumenta corporis essent". — P: et pilum haud paulo quam hasta uehementius ictu issumq. telum. m. 2.: „ictū missumq." sed ablativus *ictu missuq.* „zum Stich und Wurf" recte habet. M: et philum haud paulo quam hasta uehementius ictum missumq. telum. Leid. I. Pall. 1. 3. Lov. 4. al.: quam hastae. — *Hastarum*, quibus Romani utebantur, L. mentionem h. l. non facit, quod earum eadem vis esset quae sarisarum. Nec quemquam fugerit, verba *haud paulo vehementius*, in quibus litotes inest, idem ferme significare quod *multo vehementius.*

7. *statarius uterque miles ordines seruans:* M. — P: „ordineseruans". hinc Voss. II.: ordinem seruans. — PM: „romana acies distinctior". quid vocem *distinctior* significare L. voluerit, dicunt verba sequentia. sic enim plerumque cum apud alios bonos scri-

vans: sed illa phalanx inmobilis et unius generis, Romana acies distinctior, ex pluribus partibus constans, facilis partienti quacumque opus esset, facilis iungenti. iam in opere quis par Romano miles, quis ad tolerandum laborem melior? uno proelio victus Alexander bello victus esset: Romanum, quem Caudium quem Cannae non fregerunt, quae fregisset acies? ne ille saepe, etiam si prima prospere evenissent, Persas et Indos et inbellem Asiam quaesisset et cum feminis sibi bellum fuisse dixisset, quod Epiri regem Alexandrum mortifero vulnere ictum dixisse ferunt sortem bellorum in Asia gestorum ab hoc ipso iuvene cum sua conferentem. equidem cum per annos quattuor et viginti primo Punico bello classibus certatum cum Poenis recordor, vix aetatem Alexandri suffecturam fuisse reor ad unum bellum: et forsitan, cum et foederibus vetustis iuncta res

ptores tum apud Livium ea quae minus expedita legentibus videri possent, sequenti oratione explicata videmus. — P: facilis partienti quacūque opus esset: „wie es gerade der einzelne Fall nöthig macht“. cf. 23, 1.: Numidas partim in insidiis — quacumque apte poterat disposuit, alios cet. — M Leid. I.: quascumque opus esset. Voss. II. al.: qua cuique opus esset.

4. *quis ad tolerandum laborem melior:* M. — P: quis at tollerandum cet. — M: uno prolio. — P m. 1.: romanus quem caudium. m. 2.: romanū quem cet.

7. *ne ille:* PM] nae ille. Cf. 5, 9.: ne ego libenter experirer. — PM: etiam si prima *prospere* euenissent. Recc. quid. codd.: *prospera.* Cf. 5, 51.: invenietis omnia prospere evenisse sequentibus deos. 21, 21.: „sicceteraprosperaeuenissent“ (Put.): quod cum dubium esset, Colbert. codicis librarius scripsit „si cetera prospera euenissent“, Medic. „si cetera prospere uenissent“. — M: persas eundos et inbellem Asiam quaesisset. P m. 1.: „persas et indos et inbellum asiam quesissent“. dein eadem m. 1.: et inbellem asiam quesisset: („würde er vermisst haben, würde sich darnach zurückgesehnt haben“). — Deinde M: sortem bellorum in asia gestorum ab hoc ipso iuuene cum suæ conferentem.

12. *equidem cum per annos quattuor et uiginti primo punico bello classibus certatum cum poenis* (M: penis) *recordor:* PM.

15. *cum et foederibus uetustis*

Punica Romanae esset et timor par adversus communem hostem duas potentissimas armis virisque urbes armaret, simul Punico Romanoque obrutus bello esset. non quidem Alexandro duce nec integris Macedonum rebus sed experti

iuncta res punica romane esset: PM] cum et foederibus vetustis iuncta Punica res Romanae esset. — Eundem verborum ordinem, quem in PM vidimus, Drakenborchius in plerisque suorum codd. videtur invenisse, quamquam aliter — nisi fallor typothetarum errore — apud eum scriptum legitur. — M. Popilio M. Valerio cons. cum Carthaginiensibus Romae foedus ictum esse apud Livium 7, 27. legimus, idque primum Carthaginiensium foedus cum populo romano fuisse Diodorus 16, 69. dicit. sed idem Livius 9, 43. P. Cornelio Arvina Q. Marcio Tremulo *tertio* foedus cum Carthaginiensibus renovatum esse scribit alterius foederis mentione non facta. videtur tamen illud primum foedus renovatum esse M. Valerio Corvo A. Cornelio Cosso cons., quo anno Carthaginiensium legatos cum aureae coronae dono gratulatum Romam venisse Livius 7, 38. tradit. hac igitur interpretatione *tertio* quod 9, 43. legitur recte se habet. Contra ea Polybius 3, 22. scribit: *γίγνονται συνθῆκαι Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις πρῶται κατὰ Λεύκιον Ἰούνιον Βροῦτον καὶ Μάρκον Ὡράτιον τοὺς πρώτους κατασταθέντας ὑπάτους μετὰ τὴν τῶν βασιλέων κατάλυσιν.* alterum deinde foedus inter utrumque populum compositum esse tradit 3, 24. sed consules a quibus ictum sit non nominat. 3, 25. tertium foedus factum esse dicit *κατὰ τὴν Πύῤῥου διάβασιν πρὸ τοῦ συστήσασθαι τοὺς Καρχηδονίους τὸν περὶ Σικελίας πόλεμον.*

1. *et timor par aduersus communem hostem duas potentissimas armis uirisque urbes armaret:* PM: „und da die gleiche Furcht gegen den gemeinschaftlichen Feind die beiden mächtigen Städte zu den Waffen führen konnte“: *cum armaret* enim videtur h. l. idem significasse quod „cum fieri posset ut armaret“. non est igitur probandum quod codicum Drakenb. quorundum librariis scribendum videbatur „*armasset*“. — Deinde scriptum est et in PM „*et* simul punico romanoque“ eodem nisi fallimur errore quo 9, 16. „*et* ad suos redeunt“ scriptum erat. — P m. 1.: obritus. m. 2.: obrutus.

4. *sed experti tamen sunt Romani Macedonem hostem:* M m. 2. P rell. — In M m. 1.

tamen sunt Romani Macedonem hostem adversus Antiochum Philippum Persen non modo cum clade ulla sed ne cum periculo quidem suo. absit invidia verbo et civilia

praetermissum erat *sed* inter *s e:* „rebus expti tamen sunt". — P: anthiochum. — PM: *persen.* Quamquam Livius accusativum *Persea* et ablativum *Perseo* scribere solet, tamen idem interdum et *Persen* et *Perse* (42, 26.) scripsit. nam 42, 5. quo loco in cod. Laurishamensi *persean* invenimus, librarius utramque formam et *persea* et *persen* in antiquioribus libris ante oculos videtur habuisse. — PM: „*non modo* cum clade *ulla* sed *ne* cum periculo *quidem* suo". In Pall. 1. 3. Lov. 4. multisque al. codd. praetermissum est *ulla.* Cf. 4, 3.: non modo Romanae sed ne Italicae quidem gentis.

3. ***absit inuidia uerbo et ciuilia bella sileant:*** PM. — Pall. 1. 3. Voss. II. „absit inuidia et ciuilia" cet. Duobus deinde recentissimis libris exceptis in rell. Drakenb. codd. *uero* pro *uerbo* scriptum est. sed cf. 28, 39.: postremo Turdetaniam .. ita bello adflixit ut non modo nobis — absit verbo invidia — ne posteris quidem timenda nostris esset. 38, 7.: hoc ego adiuncto — absit verbo invidia — qui dubitare de eventu possim. — Videtur L. dicere velle: „si mihi verendum non esset ne hac tanta fortuna populi romani invidia deorum moveri posset, ac si nulla bellorum civilium ratio habenda esset, in quibus etiam barbarorum vi acies romanas fusas esse scimus, vere mihi viderer contendere nos nec umquam ab ullo hoste laborasse nec fore ut umquam ab ullo laboraremus". ne tamen id alterum ita ut scripsimus Livius eloqueretur, religio illa qua totus eius animus imbutus erat deorumque verecundia prohibuit. id igitur tantum dicit quod salva religione dici posset, numquam ad id tempus populum romanum ab ullo hoste gravius laborasse. ceterum ne dubitari possit, quin illud alterum potius a legentibus percipi voluerit, faciunt verba „absit invidia verbo", quibus uti non potuerit nisi rationem temporis futuri haberi vellet, et „bella civilia sileant", in quibus non id modo insit ut silentio bella civilia praeteriri velit, sed etiam ut precetur ne ultra civium gladio sanguis civium profundatur. sed cum ita scripsisset, cogitatio eius animo iniicitur, quid Romani novissimo tempore a Parthis passi essent. non igitur negat, fieri posse ut miles romanus tam gra-

bella sileant, numquam ab equite hoste numquam a pedite numquam aperta acie numquam aequis utique numquam nostris locis laboravimus. equitem sagittas saltus inpeditos avia commeatibus loca gravis armis miles timere potest: mille acies graviores quam Macedonum atque Alexandri avertit avertetque, modo sit perpetuus huius qua vivimus pacis amor et civilis cura concordiae.

XX. M. Foslius Flaccina inde et L. Plautius Venox consules facti. eo anno ab frequentibus Samnitium popu-

vem hostem timeat: sed licet illud bellum periculosum videatur, tamen et hunc hostem subactum iri ut mille acies graviores quam Macedonum aversae sint, dummodo perpetua sit cura civilis concordiae pacisque. Cf. Hor. carm. 2, 13. 17.: (perhorrescit) „Miles sagittas et celerem fugam Parthi, catenas Parthus et Italum robur: sed inprovisa leti vis rapuit rapietque gentes“. — P: nūquam aperte acie. — P m. 1.: saltos inpeditos. P m. 2. M: saltus. — M: perpetuus huius qua uiuimus pacis amor. M m. 2.: quā uiuimus. P Leid. I.: quam uiuimus. — „Fern sei von meinem Worte eine verwegene Herausforderung des Schicksals, und möchte schweigen das Blut das von Bürgern durch Bürger geflossen: aber abgesehen davon, so haben wir nie von der Reiterei, nie von dem Fussvolke des Feindes, nie in offener Feldschlacht, nie auf gleichem, wenigstens nie auf einem uns günstigen (nostris locis i. e. nobis non alienis) Boden zu leiden gehabt. Wohl mag der Soldat unter der Last seiner Waffen Reiter Pfeile unwegsame Gebirgspässe und Gegenden, wohin kein Lebensunterhalt geschafft werden kann, fürchten: aber tausend Heere furchtbarer als die der Macedonier und eines Alexanders hat er zurückgeschlagen und wird er schlagen, wenn dauernd bleibt die Liebe zum Frieden, dessen wir uns jetzt erfreuen, und die Sorge für die Erhaltung bürgerlicher Eintracht“.

8. *M. Foslius Flaccina inde et L. Plautius Venox*] M. Foslius Flaccinator inde et L. Plautius Venno (Sig.). — *M. Foslius Flaccina* scripsimus ex Capit. f. — In M invenimus: „m̄. follius flaccina inde et l. plautius uenox consules facti“. in P: „m̄. ollius flaccina inde et l. plautius uenox osules facti“. Cf. 8, 19.: L. Plautius Venox. — P m. 1.: eo amno. m. 2.: eo anno. — PM: cum senatum humi strati monissent. Pall. 1. 3. Voss. II

lis de foedere renovando legati cum senatum humi strati movissent, reiecti ad populum haudquaquam tam efficaces habebant preces: itaque de foedere negatum, indutiae biennii, cum per aliquot dies fatigassent singulos precibus, impetratae. et ex Apulia Teanenses Canusinique populationibus fessi obsidibus L. Plautio consuli datis in deditionem venerunt. eodem anno primum praefecti Capuae creari coepti legibus ab L. Furio praetore datis, cum utrumque ipsi pro remedio aegris rebus discordia intestina petissent. et duae Romae additae tribus Ufentina ac Falerna. Inclinatis semel

al.: humi iacti. Haverc. al.: humi prostrati. Cf. 25, 37.: alii manus ad caelum tendere deos incusantes, alii strati humi suum quisque nominatim ducem implorare. 26, 41.: omnia strata humi. — P: hautquamquam. m. 2.: haudquaquam. M: haudquamquam tam efficaces habebant praeces.

3. *itaque de foedere negatum:* PM] itaque foedere negato (Pall. 1. 3. Voss. II. Lov. 4. al.). — Permulti similes loci optimorum scriptorum docent, non semper ablativos absolutos scriptos esse ubi scribi potuissent: nec probandum est quod I. Fr. Gronovius eos locos vel contra meliorum codd. auctoritatem emendatos voluit.

5. *et ex Apulia Teanenses Canusinique:* P m. 2. M. — P m. 1.: tenenses. — M: l. plautio cons̄. P: l. plaustio cos̄.

7. *Capuae:* Lov. 4.] Capuam (PM Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.). — *Capuae* restituendum erat, cum in melioribus codd. *am* pro *ae* eodem mendo quo 1, 35. 7, 42. al. erratum videmus scriptum esset. vult quidem I. Fr. Gronovius *Capuam* ita interpretari ut illos praefectos *Romae* creatos esse arbitretur qui *Capuam* mitterentur: sed id factum esse persuaderi non potest. nam ut Antiatibus petentibus patroni *ad iura statuenda* dati sunt non qui rebus ipsi praeessent, sic etiam Campanorum praetores (cf. 23, 7. 35.) et Capuae et ex Campanis creati sunt legibus a praetore romano datis. altero demum Punico bello Capuam praefecturam Rom. factam et praefectos Roma Capuam missos esse 26, 16. legimus. — PM: legibus ab l. furio pr̄. datis. — M: cum utrumque ipsi pro remedio cet. m. 3.: quē. — P: egris rebus.

10. *Falerna*: PM Leid. I. cod. Klock. Lov. 4. al.] Falerina. — Deinde scriptum est in P et in ceteris melioribus libris

in Apulia rebus Teates quoque Apuli ad novos consules C. Iunium Bubulcum Q. Aemilium Barbulam foedus petitum venerunt pacis per omnem Apuliam praestandae populo Romano auctores. id audacter spondendo impetravere ut foedus daretur, neque ut aequo tamen foedere sed ut in dicione populi Romani essent. Apulia perdomita — nam Forento quoque valido oppido Iunius potitus erat — in Lucanos perrectum, inde repentino adventu Aemilii consulis Nerulum vi captum. et postquam res Capuae stabilitas Romana disciplina fama per socios vulgavit, Antiatibus quo-

„inclinatis semel in Apulia rebus *Teates* quoque *Apuli* ad nouos coš. C. Iunium Bubulcum Q. Aemilium Barbulam foedus petitum uenerunt": sed qui illi *Apuli Teates* fuerint dubium est. I. Fr. Gron. *Teanitae* vel *Teanates* scribendum coniecit: equidem arbitrer scriptum fuisse *Teanenses*, ut iidem qui supra obsidibus datis in deditionem cessisse dicuntur, iam foedus petitum Romam venisse viderentur. — In M scriptum est medio loco neglegenter praetermisso: „inclinatis semel in *apulia*d nouos | conš. č. iunium bubulcum" cet. — M m. 2. P: „pacis per omnem apuliam praestandae př. (M: pcř.) auctores": h. e. polliciti sunt se facturos ut pax praestaretur. — M m. 1.: per omnem puliam.

5. *neque ut equo tamen foedere sed ut in dicione př. essent:* P (rell. Drak. codd.)] neque tamen ut aequo foedere sed ut cet. (Leid. I.). Livius videtur *aequo* praemisisse quo maior vis in eo poneretur. — M m. 3.: „neque † e | quo tamen foedere sed ut in ditione př. essent". m. 1. videtur fuisse „neque uari | quo tamen cet. — Cf. 9, 16. ubi in PM scriptum est „certatum ab utrisque *tamen* est", in Lov. 4. al. „certatum *tamen* ab utrisque est".

7. *Forento:* ex coni. I. Fr. Gronovii. Haec urbs hodie *Forenza* nominatur. — P: nam florento q̄q̄ ualido oppido iunius potitus erat. M: iam torento quoque ualido oppido iunius potitur | erat. Leid. I. cod. Thuan.: torento. Cf. 9, 16.: cum Frentanis. — PM: „inde repentino aduentu aemilii coš. (M: conšš.) nerulum ui captum": *inde* videtur h. l. *ex Lucanis* significare. — Paulo post scriptum est in M: „res capuaē abilitas": h. e. „rescapuae stabilitas".

que, qui se sine legibus certis sine magistratibus agere querebantur, dati ab senatu ad iura statuenda ipsius coloniae patroni, nec arma modo sed iura etiam Romana late pollebant.

XXI. C. Iunius Bubulcus et Q. Aemilius Barbula consules exitu anni non consulibus ab se creatis Sp. Nautio et M. Popillio ceterum dictatori L. Aemilio legiones tradiderunt. is cum L. Fulvio magistro equitum Saticulam oppugnare adortus rebellandi causam Samnitibus dedit. duplex inde terror inlatus Romanis: hinc Samnis magno exercitu coacto ad eximendos obsidione socios haud procul castris Romanorum castra posuit, hinc Saticulani magno cum tumultu patefactis repente portis in stationes hostium incurrerunt: inde pars utraque spe alieni magis auxilii quam

5. *C. Iunius Bubulcus et Q. Aemilius Barbula coss. exitu anni non consulibus ab se creatis Sp. Nautio et M. Popilio ceterum dictatori L. Aemilio legiones tradiderunt:* PM] — tradiderant (Leid. I. Lov. 4. al.). Cf. 7, 12.: M. Popillio Laenate. — *Ceterum* a Livio pro *sed* scribi solitum esse notum est. cf. 28, 11.: id quamquam nihil portendentibus deis *ceterum* neglegentia humana acciderat, tamen cet. — M 2. scriptum est in M: „exitu anni *nouis* | consulibus ab se creatis“ cet. quam I. Fr. Gron. veriorem scripturam habuit, modo *ab se* omitteretur.

8. *Saticulam oppugnare adortus:* P. — M Pall. 1. 3. omnesque prope Drak. codd.: satriculam. Cf. 7, 32. — P m. 1.: duplex inde terror inlatis romanis. m. 2.: inlatus.

11. *ad eximendos obsidione socios:* PM. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: ab obsidione. Cf. ex. gr. 24, 41.: ibi quoque circumsessus adventu fratris obsidione eximitur. — Dein scriptum est in PM omnibusque Drak. codd.: „hinc *satricani* magno cum tumultu“ cet. In uno tamen cod. Oxon. inventum esse dicitur „satriculani“. — PM: in stationes hostium incurrerunt. Recc. tres libri mscr.: excurrerunt.

14. *inde pars utraque spe alieni magis auxilii quam uiribus freta suis iusto mox proelio inito romanos urguent:* P. — M: inde pars utraq. se alieni magis auxilii quam uiribus fræta suis iusto mox proelio inito romanos urgent. — PM: „quamquam“ — „utrimque“. — Tum scripsimus „ad circum-

viribus freta suis iusto mox proelio inito Romanos urgent, et quamquam anceps dimicatio erat, tamen utrimque tutam aciem dictator habuit, quia et locum haud facilem ad circumveniundum cepit et diversa statuit signa: infestior tamen in erumpentes incessit nec magno certamine intra moenia conpulit, tum totam aciem in Samnites obvertit: ibi plus certaminis fuit, victoria sic ut sera ita nec dubia nec varia fuit: fusi in castra Samnites extinctis nocte ignibus tacito agmine abeunt, et spe abiecta Saticulae tuendae Plisticam ipsi socios Romanorum, ut parem dolorem hosti redderent, circumsidunt.

XXII. Anno circumacto bellum deinceps ab dictatore Q. Fabio gestum est, consules novi sic ut superiores Ro-

veni*u*ndum", quod in PM „ad circumueni*eu*ndum" utraque scriptura coniuncta invenimus. — PM: et diuersa statuit signa: „und weil er nach jeder der beiden angegriffenen Seiten hin eine Schlachtreihe entgegenstellte".

6. *ibi plus certaminis fuit:* PM. — Leid. I. Lov. 4.: sibi plus cet. Lov. 2.: sed plus cet.

9. *et spe abiecta Saticulae tuendae Plisticam ipsi socios Romanorum ut parem dolorem hosti redderent circumsidunt*] et spe abiecta Saticulae tuendae Plistiam ipsi cet. — M: et spe abiecta satriculae tuendae plistiam ipsi sotios romanorum cet. P: „et spe abiecta satrioulae tuende postiam ipsis socios romanorum" cet. m. dein 2. margini adscriptum est „plistiã". — *Plisticam* et hoc loco et paulo post 9, 22. restituendum videbatur, quod ita haec urbs non modo in Livianis codicibus 9, 22. bis scripta est sed etiam apud Diodorum 19, 72. reperitur: κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν Σαμνῖται διαπολεμοῦντες Ῥωμαίοις ἔτη πλείονα περὶ τῆς ἡγεμονίας Πλειστικὴν μὲν φρουρὰν ἔχουσαν Ῥωμαϊκὴν ἐξεπολιόρκησαν.

12. *anno circumacto bellum deinceps* („ohne Unterbrechung") *ab dictatore Q. Fabio gestum est:* PM. — P: coš. noui sicut superiores romae manserunt. M: conšš. noui cet. — Nomina horum consulum in Livianis codd. non sunt tradita. Ex Capit. fragm. et ex Diod. 19, 66. Conr. Heusingerus scribi voluit: „L. Papirius quartum Q. Publilius quartum novi consules" cet. Et 9. 28. in Livianis mscr. legitur „L. Papirio Cursore *quintum* C. Iunio Bubulco iterum".

mae manserunt. Fabius ad accipiendum ab Aemilio exercitum ad Saticulam cum supplemento venit: neque enim Samnites ad Plisticam manserant, sed accitis ab domo novis militibus multitudine freti castra eodem quo antea loco posuerunt, lacessentesque proelio Romanos avertere ab obsidione conabantur. eo intentius dictator in moenia hostium versus id bellum tanti ducere quod urbem oppugnabat, securior ab Samnitibus agere stationibus modo oppositis ne qua in castra vis fieret: eo ferocius adequitare Samnites vallo neque otium pati: et cum iam prope in portis castrorum esset hostis, nihil consulto dictatore magister equitum Q. Aulius Cerretanus magno tumultu cum omnibus turmis equitum evectus summovit hostem. tum in minime pertinaci genere pugnae sic fortuna exercuit opes ut insignis

1. *Fabius ad accipiendum ab Aemilio exercitum ad Saticulam cum subplimento uenit:* P, — M: ad satculam (i) cum supplimento uenit. Cf. 9, 19.: supplementum.

3. *ad Plisticam:* cf. 9, 21. — PM: ad plistiam. — P m. 1.: castra eodemq. antea loco posuerunt. P m. 2. M: eodem quo antea loco.

7. *id bellum tanti ducere:* PM al.] id bellum tantum ducere (ex coni. I. Fr. Gron.). — Leid. I. Voss. II. Lov. 4.: tanti dicere. — „Aliquid *tanti ducere*" et „*non tanti ducere*" haud raro absolute positum est, cum ex singulorum locorum rationibus facile supplendum videretur, quanti id de quo ageretur habendum esset. sic hoc loco scribi potuit „id bellum quod urbem oppugnabat tanti duxit, ut in eam rem perficiendam omnibus viribus enitendum putaret": „um so heftiger richtete der Dictator seinen Angriff auf die Stadt, indem er gerade diese Belagerung für den Hauptpunkt des ganzen Krieges ansah". — Leid. I.: „neq. in castra uis fieret": h. e. ne quae. cf. 7, 31.: ne qua vobis vis fiat.

9. *eo ferocius adequitare Samnites uallo neque otium pati:* P. — M: eo ferotius adequitare samnites neque otium | faciet cum iam cet. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: eo ferocius adequitatum est. — PM: nihil consulto dictatore mag. equitum q. aulius (M: dulius) cerretanus cet.

14. *insignis utrimque clades:* PM] insignes utrinque clades. — Leid. I. al.: cum in minime pertinaci genere. — P: fortunae. — P: *ederent:*

utrimque clades et clara ipsorum ducum ederet funera. prior Samnitium imperator aegre patiens, quo tam ferociter adequitasset inde se fundi fugarique, orando hortandoque equites proelium iteravit: in quem insignem inter suos cientem pugnam magister equitum Romanus infesta cuspide ita permisit equum ut uno ictu exanimem equo praecipitaret. nec ut fit ad ducis casum perculsa magis quam inritata est multitudo: omnes qui circa erant in Aulium temere

quasi subiectum eius verbi esset „Romani et hostes“: sed et *ederet* et *opes* referenda esse ad *fortunam* arbitror: „da zeigte das Schicksal in einer an sich sonst nicht hartnäckigen Art von Gefecht so sehr seinen Einfluss, dass es auf beiden Seiten grossen Verlust und den Fall der Anführer selbst herbeiführte“. si quis in verbis *exercuit opes* hunc sensum inesse vult „es führte die Streitkräfte beider Theile so heftig an einander“, ei potius videri potest *ederent*. sed equidem intelligere non possum, qui Romani Samnitesve clara ducum funera edere potuerint. *insignis utrimque clades* ex hac interpretatione ferri posset, cum *utrimque* pro *utrique* positum esset: cf. 5, 48.: fames utrimque exercitum urgebat.

2. *quo tam ferociter adequitasset:* Voss. I. — PM rell.: quod tam ferociter cet. Cf. 8, 30.: quo si adfuisset dictator cet.

4. *iteravit:* PM Leid. I. et plerique Drak. codd.] integravit (7, 7.). — Cf. 1, 12.: „hinc inquit Romani Iuppiter o. m. resistere atque iterare pugnam iubet“. Eodem loco: „Romani Sabinique in media convalle duorum montium redintegrant proelium“.

5. *magister equitum romanus infesta cuspide ita permisit equum:* P m. 2. Cf. 3, 70.: permissus equitatus. P m. 1.: cuspite. — M: magister equitum romanus, inpermisit ecū et uno | ictu cet. — P m. 1.: ut uno ictu examinem equo praecipitaret. m. 2.: exanimem.

8. *omnes qui circa erant:* cod. Sig. — PM: inritata est multitudo omnis qui circa erant cet. *Omnis* etiam in omnibus prope Drak. codd. scriptum est. — M: in aulium tendere inuectū per hostium turmas. — PM: „fratri praecipuum decus ulti Samnitium imperatoris dederunt“. Quaesitum est, qui Samnites, cum ipsi tela in Aulium coniecissent, fratri ducis sui decus imperatorem ulciscendi dare potuerint. non enim specie tantum videri illos posse tela

invectum per hostium turmas tela coniecerunt, fratri praecipuum decus ulti Samnitium imperatoris dederunt: is victorem detractum ex equo magistrum equitum plenus maeroris atque irae trucidavit, nec multum afuit quin corpore etiam, quia inter hostilis ceciderat turmas, Samnites potirentur. sed extemplo ad pedes descensum ab Romanis est coactique idem Samnites facere: et repentina acies circa corpora ducum pedestre proelium iniit quo haud dubie superat Romanus, recuperatumque Auli corpus mixta cum dolore laetitia victores in castra referunt. Samnites duce amisso et per equestre certamen temptatis viribus omissa Saticula, quam nequiquam defendi rebantur, ad Plisticae ob-

in eum hostem coniecisse, quem non a se sed ab aliis interfectum vellent. L. Walchius igitur aut *deditum* aut *dii dederunt* scribendum confecit, quarum emendationum altera vera esse posset. sed ea quae in codd. mscriptis inveniuntur integerrima sunt. omnes enim Samnites qui circa fuerant tela in Aulium coniecerant sed ea aut non tetigerant Romanum aut non percusserant. cum igitur novo quodam impetu in Aulium invadere vellent, fratrem ducis occisi iam maxima vi in Aulium ingressum viderunt, itaque ipsi certamen non redintegraverunt sed fratri decus imperatoris ulciscendi dederunt.

2. *is uictorem detractum ex equo magistrum equitum plenus maeroris atque irae trucidauit:* P. — M: „his uictorem detractū ex equo magistrū exequit. plenus“ cet. m. 2. „is uictorem“ cet. omisso altero *ex*. sed cum librarius ad *Samnites* scribendo venisset, non *Samnites* sed *samnitiū* scripsit et deinceps omnia iteravit quae ab hoc inde nomine ad *Samnites* iam scripta erant. — PM: quia inter hostilis ceciderat turmas. — Cod. Gärtn.: poterentur. M: samnites potientur. — Omnia quae ab *dederunt* ad *maeroris* in PM leguntur et ab *extemplo* ad *facere* praetermissa sunt in Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.

9. *recuperatumque Auli corpus:* PM. — Leid. I.: recuperatum. — Paulo ante P m. 1.: quo aut dubie. m. 2.: haut. M: quo haud dubiae.

10. *Samnites duce amisso et per equestre certamen temptatis uiribus:* P m. 2. M. — P m. 1.: tetatis uiribus. — PM: omissa saticula quam nequicquam defendi rebantur.

12. *ad Plistice obsidionem redeunt:* PM Leid. I. al.] ad

sidionem redeunt, intraque paucos dies Saticula Romanus per deditionem, Plistica per vim Samnis potitur.

XXIII. Mutata inde belli sedis est, ad Soram ex Samnio Apuliaque traductae legiones. Sora ad Samnites defecerat interfectis colonis Romanorum: quo cum prior Romanus exercitus ad ulciscendam civium necem recuperandamque coloniam magnis itineribus praevenisset, sparsi per vias speculatores sequi legiones Samnitium nec iam procul abesse alii super alios nuntiarent, obviam itum hosti atque ad Lautulas ancipiti proelio dimicatum est: non caedes non

Plistiae cet. Et sic paulo post in eisdem libris non *Plistia* sed *Plistica* scriptum est. Cf. 9, 21. sub finem. — In M scriptum est hoc loco: „plistica ꝑtiam petentib. prae se romam ad senatum missis cet. quae verba capitis quadragesimi sunt. Omnem orationem ab *uim Samnis potitur* cet. usque ad cap. 40. in cap. quarto decimo post verba *ea legatione papirius* interpositam legi 9, 14. diximus.

3. *mutata inde belli sedis est:* P m. 1. M m. 1.] mutata inde belli sedes est (P m. 2. M m. 2. rell.). Cf. 6, 5.: aedis. — P: traducta legiones.

7. *magnis itineribus p̄uenisset sparsi per uias speculatores* cet.: PM] magnis itineribus praeuenisset, et sparsi per vias speculatores cet. (ed. Frob. 1535.). — *Et* abest etiam ab omnibus Drakenb. codicibus, qua particula omissa oratio multo fortior fit. mirum sane est quod eius scribendi generis vis tot homines doctos, cum persuasum haberent *et* neglegentia quadam scribarum praetermissum esse, quod post „praeuenis*set*“ facile excidere potuisset, et hoc et aliis locis prorsus fugit. cf. 9, 43.: „coniūngi utique passi duos consulares exercitus“. — P m. 1.: p̄uenesset. Recc. quidam codd.: „peruenisset“: sed „*priorem praeuenire*“ scriptum est ut *retro redire*, *repetere* al. — M m. 1.: obitū hosti atque ad laurulas ancipiti proelio dimicatum est. m. 2.: obuiam itū hosti cet. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: ad lausulas. P: ad lautulas. cf. 7, 39. — Verba ab „nec iam procul“ ad „obviam itum“ exciderunt in Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.

10. *non caedes non fuga alterius partis sed nox incertos uicti uictoresne essent diremit:* M. — P: n̄ cedes n̄ fuga cet. — P m. 1.: inuernio. m. 2.: inuenio. — P:

fuga alterius partis sed nox incertos victi victoresne essent diremit. invenio apud quosdam adversam eam pugnam Romanis fuisse atque in ea cecidisse Q. Aulium magistrum equitum. suffectus in locum Auli C. Fabius magister equitum cum exercitu novo ab Roma advenit, et per praemissos nuntios consulto dictatore ubi subsisteret quove tempore et qua ex parte hostem adgrederetur, substitit occultus ad omnia satis exploratis consiliis. dictator cum per aliquot dies post pugnam continuisset suos intra vallum obsessi magis quam obsidentis modo, signum repente pugnae proposuit, et efficacius ratus ad accendendos virorum fortium animos nullam alibi quam in semet ipso cuiquam relictam spem, de magistro equitum novoque exercitu militem celavit, et tamquam nulla nisi in eruptione spes esset, „locis" inquit „angustis milites deprehensi nisi quam victoria patefecerimus viam nullam habemus: stativa nostra munimento satis tuta sunt sed inopia eadem infesta, nam et circa omnia defecerunt unde subvehi commeatus poterant, et si omnes iuvare velint, iniqua loca sunt: itaque non fru-

atque in ea cecidisse q̄. aulium mag̃. equitum. M: atque in ea cecidisse q̄. aliū magis equitum. M m. 3.: qu. aliū. Cf. Diodor. 19, 72.

4. *Auli:* M] Aulii (P). — M: c̄. fabius mgis equitum. m. 3.: magis̄ equitum.

7. *substitit occultus ad omnia satis exploratis consiliis:* P. — M: substitit occultos ad omnia satis exploratis conciliis. Leid. I.: subsistit. — P m. 1.: adgrederentur.

12. *nullam alibi quam in semet ipso cuiquam relictam spem:* PM. — Leid. I.: quam a semet ipso. Voss. II. al.: quam ex. — Paulo ante M: efficatius. — P: et tāquā nulla nisi in eruptione spes esset. M: et tamen quam nulla cet.

16. *statiua nostra munimento satis tuta sunt:* M m. 3. P. — M m. 1.: satis tua sunt. — M: unde subuei cet.

19. *et si om̄s. iuuare uelint:* PM] et si homines iuvare velint. — *Omnes* scriptum est quoque in Drak. codd. — Arbitrabantur *homines* opponi *locis*, sed *omnes* respondet praecedenti *omnia:* „denn theils ist Alles, von wo uns Zufuhr werden konnte, rings umher abgefallen, theils, wenn man auch von allen Seiten uns unterstützen möchte, erlaubt es die ungünstige Lage der Gegend

strabor ego vos castra hic relinquendo, in quae infecta victoria sic ut pristino die vos recipiatis: armis munimenta non munimentis arma tuta esse debent: castra habeant repetantque quibus operae'st trahere bellum: nos omnium rerum respectum praeter quam victoriae nobis abscidamus: ferte signa in hostem: ubi extra vallum agmen excesserit, castra quibus imperatum est incendant: damna vestra milites omnium circa qui defecerunt populorum praeda sarcientur". et oratione dictatoris, quae necessitatis ultimae index erat, milites accensi vadunt in hostem, et respectus ipse ardentium castrorum, quamquam proximis tantum — ita enim iusserat dictator — ignis est subditus, haud parvum fuit inritamentum: itaque velut vecordes inlati signa primo impetu hostium turbant, et in tempore postquam ardentia procul vidit castra magister equitum — id convenerat signum — hostium terga invadit. ita circumventi Samnites qua potest

nicht: daher will ich euch nicht mit der Aussicht hinhalten, dass wenn ich das Lager hier stehen liesse, ihr euch nach nicht erlangtem Siege wie neulich hierher zurückziehen könntet". Cf. 4, 32.: pristini diei — occasione.

4. *quibus operae'st trahere bellum:* M] quibus operae est cet. (P). Sic saepe Puteani cod. auctoritate scribendum est. — M m. 1.: castra habeant repetatinq. quibus. m. 3.: repetātq. quibus.

5. *abscidamus:* PM Leid. I. al.] abscindamus. Cf. 4, 10.: alia undique abscisa (spe). 24, 30. al.

7. *incendant:* PM Leid. I. Voss. II. al.] incendent. — Respondet hic coniunctivus praesentis imperativo praesentis *ferte*. — M Leid. I. Voss. II. al.: qui deferunt. M m. 2. P: qui defecerunt. — M: sartientur.

10. *milites adcensi uadunt in hostem:* P. — M m. 1.: adcensuadunt. m. 3.: accensi uadunt. — PM: quāquā proximis tantum cet. „wiewohl nur die Vorderseite des Lagers in Brand gesteckt ward". — P: haut paruum fuit inritamentum.

13. *itaque uelut uaecordes inlati signa primo impetu hostium turbant:* PM. cf. 7, 15. — PM: et in tempore („im entscheidenden Augenblick") postquam ardentia procul uidit castra mag̃. equitum (M: magis equitum) cet.

16. *ita circumuenti Samnites:* P. — M: itacircumusamnites. — PM: ac semet ipsam turba inpediens. Leid. I. Voss. II.

quisque fugam per diversa petunt: ingens multitudo in unum metu conglobata ac semet ipsam turba inpediens in medio caesa. castra hostium capta direptaque, quorum praeda onustum militem in Romana castra dictator reducit, haudquaquam tam victoria laetum quam quod praeter exiguam deformatam incendio partem cetera contra spem salva invenit.

XXIV. Ad Soram inde reditum, novique consules M. Poetelius C. Sulpicius exercitum ab dictatore Fabio accipiunt magna parte veterum militum dimissa novisque cohortibus in supplementum adductis. ceterum cum propter difficilem urbis situm nec oppugnandi satis certa ratio iniretur et aut tempore longinqua aut praeceps periculo victoria esset, Soranus transfuga clam ex oppido profectus cum ad vigiles Romanos penetrasset, duci se extemplo ad consules iubet deductusque traditurum urbem promittit. visus

al.: ac semet ipsam turbam inpediens.

3. *quorum praeda onustum militem* cet.: P. — M: honustū militem. — M: haudquaquā | tut uictoria laetum. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: uictoriae laetum.

7. *ad Soram inde reditum:* M m. 4. P rell. — M m. 1.: „inuen*it* | soram inde reditum“. si non *ad* sed *at* in antiquiore libro scriptum erat, facile fieri potuit ut *at* post *it* praetermitteretur. — P: nouique consules m̄. poetelius c̄. sulpicius exercitum ab dictatore fabio accipiunt. M: nouique consules m̄. poetalis c̄. sulpicius cet.

12. *et aut tempore longinqua aut praeceps periculo uictoria esset:* M: „noch sich absehen liess wie der Sieg anders errungen werden könnte als entweder durch eine langwierige Belagerung oder durch einen Sturmangriff, der aber mit vieler Gefahr verbunden sein würde“. — P: aut praeceps pericula uictoria esset. — Voss. II. al.: et aut tempore longinquo cet. In Leid. I. excidit *periculo*. — PM: duci se extemplo ad coss̄. iubet.

15. *uisus inde — haud uana adferre.* — M m. 2. P rell.: iussus inde cum quonam modo id praestaturus esset percunctantes doceret haud uana adferre. — M m. 1.: cum quon | dam modo. — M: prope adiuncta menib. — P m. 2. M: ut VI mil ab oppido remouerentur. P m. 1.: ad oppido — P: fore ut minus intenta in custodiam cet.

inde, cum quonam modo id praestaturus esset percunctantes doceret, haud vana adferre perpulit, prope adiuncta moenibus Romana castra ut sex milia ab oppido removerentur: fore ut minus intentae in custodiam urbis diurnae stationes ac nocturnae vigiliae essent. ipse insequenti nocte sub oppido silvestribus locis cohortibus insedere iussis decem milites delectos secum per ardua ac prope invia in arcem ducit pluribus quam pro numero virorum missilibus telis eo conlatis: ad hoc saxa erant et temere iacentia, ut fit in aspretis, et de industria etiam quo locus tutior esset ab oppidanis congesta. ubi cum constituisset Romanos semitamque angustam et arduam erectam ex oppido in arcem ostendisset, „hoc quidem ascensu“ inquit „vel tres armati quamlibet multitudinem arcuerint: vos et decem numero et — quod plus est — Romani Romanorumque fortissimi viri estis: et locus pro vobis et nox erit quae omnia ex incerto maiora

6. *cohortibus insedere iussis:* PM Leid. I. al.] cohortibus insidere iussis. — „Nachdem er verlangt dass einige Cohorten in den Waldungen dicht bei der Stadt im Anschlage liegen sollten“. Quem ad modum et *intellego* (9, 18.) et *intelligo* al., sic et *insidere* et *insedere* al. scribebatur in verbis ex *sedēre* compositis. cf. 7, 38.: insedentem labem. 9, 25.: insideret. — P: pluribus quam pro numero uirorum missilibus telis eo conlatis. M: „telis eo collocatis“. videtur doctus quidam librarius *collocatis* scripsisse ut cives Sorani ipsi priore tempore illa tela in arce collocasse putarentur, quod cernere non posset, qui ille transfuga tantum telorum numerum eo conferre potuisset. Sorani tamen videntur exercitu romano remoto quam maxima rerum suarum fiducia fuisse, ut etiam milites, qui in arce fuerant, ad suos descendere ad tempus paterentur. sic fieri potuit ut omnibus insciis in arcem et tela missilia conferrentur et milites romani ducerentur.

9. *ad hoc* („ausserdem“): PM al.] ad haec. — M: „ad hoc saxerant“: h. e. saxaerant.

11. *ubi cum constituisset romanos:* P m. 2. M. — P m. 1.: ubi ostituisset romanos.

15. *et locus pro uobis et nox erit quae omnia ex incerto maiora territis ostentat:* P m. 2. M. — P m. 1.: ostendat.

territis ostentat: ego iam terrore omnia inplebo, vos arcem intenti tenete“. decurrit inde, quanto maxime poterat cum tumultu „ad arma“ et „pro vestram fidem cives“ clamitans: „arx ab hostibus capta est, defendite ite“. haec incedens principum foribus haec obviis haec excurrentibus in publicum pavidis increpat: acceptum ab uno pavorem plures per urbem ferunt. trepidi magistratus missis ad arcem exploratoribus cum tela et armatos tenere arcem multiplicato numero audirent, avertunt animos a spe recuperandae arcis: fuga cuncta conplentur portaeque ab semisomnis ac

2. *decurrit inde quanto maxime poterat cum tumultu:* PM. — Recc. quid. codd.: quanto maximo poterat cum tumultu. Cf. 9, 10.: femur quanta maxime poterat vi perculit. — PM: ad arma et pro uestram fidem ciues clamitans. Leid. I.: pro uestra fide. — P: arxs ab hostibus capta est.

4. *defendite ite:* PM al.] ite defendite (cod. Sig. al. recc.). — Quamquam ille verborum ordo, quem Sigoniani codicis librarius veriorem habuit, haud raro apud Livium reperitur (ex. gr. 7, 6.: irent crearent consules. 9, 4.: ite consules redimite: al.), tamen h. l. non sine causa *defendite ite* („vertheidigt sie, geht eilt“) scriptum videtur. videmur enim ita prope oculis videre consternatam multitudinem Soranorum, cunctabundam quid primum quid deinde faciendum esset. adiiciendum igitur videbatur *ite*, ut illa praeceps festinatio transfugae Sorani ad omnia turbanda magis perspicua fieret.

4. *haec incedens principum foribus:* PM rell.] haec incidens cet. — Drakenborchius *incidens* veriorem scripturam habuit quod *incedere* solerent qui cum aliqua dignitate ambularent. quod quamquam multorum locorum auctoritate probatur, tamen non desunt loci qui vel vehementissimum impetum eodem hoc verbo exprimi potuisse doceant. nec fugere potest, illum hominem *sanissima mente* foribus inc*ess*isse, non *improvidum* inc*id*isse. Cf. ex. gr. 7, 33.: „ut me videritis quacumque incessero in aciem hostium ferro viam facientem, sic pro se quisque obvios sternite“. 5, 11.: „cum fuga trepidum plenum volnerum ac pavore incidentem portis exercitum viderint“ cet. 5, 26. 27, 13. al. — Leid. I.: principium foribus. Cf. 4, 35.: hospitium.

10. *portaeque ab semisomnis ac maxima parte inermibus*

maxima parte inermibus refringuntur, quarum per unam praesidium Romanum clamore excitatum inrumpit et concursantes per vias pavidos caedit. iam Sora capta erat, cum consules prima luce advenere et, quos reliquos fortuna ex nocturna caede ac fuga fecerat, in deditionem accipiunt. ex his ducentos viginti quinque, qui omnium consensu destinabantur et infandae colonorum caedis et defectionis auctores, vinctos Romam deducunt, ceteram multitudinem incolumem praesidio inposito Sorae relinquunt. omnes qui Romam deducti erant, virgis in foro caesi ac securi percussi summo gaudio plebis, cuius maxime intererat tutam ubique, quae passim in colonias mitteretur, multitudinem esse.

XXV. Consules ab Sora profecti in agros atque urbes Ausonum bellum intulerunt: mota namque omnia adventu Samnitium, cum apud Lautulas dimicatum est, fuerant coniurationesque circa Campaniam passim factae. nec Capua ipsa crimine caruit: quin Romam quoque et ad principum

refringuntur: PM: nisi quod in M scriptum est „semis somnis". — Refractae sunt portae ab illa ipsa consternata multitudine, quae, cum urbs iamiam in Romanorum potestate fore videretur, fuga salutem petendi consilium ceperat. — M m. 1.: clamore exitatum. m. 4.: excitatum. — M m. 1.: inrumpis. m. 3.: inrumpit.

3. *per uias:* PM Leid. I. cod. Klock. multique al.] per viam. Cf. 9, 23.

4. *cum coss̄. prima luce aduenere:* PM. — M: et quod reliquos fortuna ex nocturna caede ac fuga fecerat in di-tio | nē accipiunt.

6. *ex his ducentos uiginti quinque qui omnium consensu destinabant^{2} infande colonorum caedis* cet.: P. — M: „ex his ccxxv qui omnium consensu destinabantur *et* infandae colonorum caedis *et* defectionis auctores". Prius *et* omissum est in omnibus prope codd. Drak. — Pall. 1. 3. Voss. II.: destinabantur infandi cet. (scil. auctores?). — M: sorae relinqunt.

13. *coss̄. ab Sora profecti:* PM. — M m. 1.: monta namquae omnia. M m. 2.: mota quae omnia. — PM: cum apud lautulas dimicatum est. Cf. 9, 23.

16. *nec Capua ipsa crimine caruit*: PM. — Leid. I. al.: ne capua ipsa (= ne capua quidem? cf. 9, 6.: ne ut oculos quidem attollerent:).

17. *quin Romam quoque et ad*

quosdam inquirendo ventum est. ceterum Ausonum gens proditione urbium sic ut Sora in potestatem venit. Ausona et Menturnae et Vescia urbes erant, ex quibus principes iuventutis duodecim numero in proditionem urbium suarum coniurati ad consules veniunt: docent suos iam pridem exoptantes Samnitium adventum, simul ad Lautulas pugnatum audierunt, pro victis Romanos habuisse, iuventute armis Samnitem iuvisse: fugatis inde Samnitibus incerta pace agere nec claudentis portas Romanis, ne arcessant bellum, et obstinatos claudere, si exercitus admoveatur: in ea fluctuatione animorum opprimi incautos posse. his auctoribus mota propius castra missique eodem tempore circa tria oppida milites partim armati, qui occulti propinqua moenibus insiderent loca, partim togati tectis veste gladiis, qui sub lucem apertis portis urbes ingrederentur. ab his simul custodes trucidari coepti simul datum signum armatis ut ex insidiis concurrerent: ita portae occupatae triaque oppida eadem hora eodemque consilio capta: sed quia absentibus ducibus impetus est factus, nullus modus caedibus fuit, deletaque

principum quosdam inquirendo („im Laufe der Untersuchung") *uentum est:* M. — P omnesque prope Drak. codd.: inquirendos. — Paulo post scriptum est in PM: „ausona et minturnae et uescina urbes erant". Cf. 8, 10.: Latini ex fuga se Menturnas contulerunt. 8, 11.: Vescia urbis eis receptaculum fuit. — P: ex quibus principes iuuentutis duo x numero cet. M: duodecim. — PM: ad coss̄. ueniunt.

7. *iuuentute armis Samnitem iuuisse:* M cod. Thuan.] iuventute armis Samnites iuvisse (P Leid. I. cod. Klock.). Cf. 7, 33.: tum capi occidi Samnis. 9, 27. al. — M m. 1. P: fugatis inde samnitibus incerta pace agere. M m. 4.: pacē. — PM: nec claudent*is* portas romanis ne arcessant bellum. — M: si exercitus | moueatur.

13. *qui occulti propinqua moenibus insiderent loca:* PM. — Leid. I.: insederent. Cf. 9, 24. — Paulo post P m. 1.: ut exsidiis concurrerent. P m. 2. M: ut ex insidiis.

19. *deletaque Ausonum gens uix certo defectionis crimine perinde ac si interneciuo bello certasset:* P Leid. I. cod. Klock. — M: deletaque ausonum gens uix cerio defectionis crimine perinde ac si internociuo bello

Ausonum gens vix certo defectionis crimine perinde ac si internecivo bello certasset.

XXVI. Eodem anno prodito hostibus Romano praesidio Luceria Samnitium facta. nec diu proditoribus inpunita res fuit: haud procul inde exercitus Romanus erat, cuius primo impetu urbis sita in plano capitur. Lucerini ac Samnites ad internecionem caesi, eoque ira processit ut Romae quoque, cum de colonis mittendis Luceriam consuleretur senatus, multi delendam urbem censerent: praeter odium, quod execrabile in bis captos erat, longinquitas quoque abhorrere a relegandis tam procul ab domo civibus inter tam infestas gentes cogebat: vicit tamen sententia ut mitterentur coloni: duo milia et quingenti missi. Eodem anno, cum omnia infida Romanis essent, Capuae quoque occultae principum coniurationes factae. de quibus cum ad senatum relatum esset, haudquaquam neglecta res: quaestiones decre-

certasset. Cf. 22, 58. ubi ex Put. Colb. restituendum est: „non *interneciuum* sibi esse cum Romanis bellum".

6. *urbis sita in plano capitur:* M m. 1.] urbs sita cet. (M m. 2. P). Cf. 7, 31. 8, 11. al. — *Lucerini ac Samnites ad internecionem caesi:* M m. 1. — M m. 2. P: ad internicionem. Leid. I. al.: ad internitionem. Cf. 23, 12.: cum ad internecionem romani imperii pugnatum ad Cannas sit (Put. Colb.). 25, 26.: ad internecionem omnes perierunt (Put. Colb.). 41, 25.: ad internecionem adducturus uidebatur gentem (cod. Laurish.). al. — PM: „multi delendam urbem censerent": quamquam primo in P scriptum erat „urbem osenserent".

9. *praeter odium quod execrabile in bis captos erat* cet.: PM. — In recc. quibusdam codd. scriptum est *propter odium.* Cf. 4, 11.: praeter minime populare ministerium. — Voss. II. Lov. 4. al.: quod execrabile in bis captos esset. Leid. I. in his captos esset. — P m. 2. M: tam procul ab domo. P m. 1.: tamen procul. Voss. II. al.: et tam procul. — M: ab domo quibus inter tam infestas gentes.

13. *duo mil et quingenti missi:* PM.

14. *Capuae quoque occultae principum coniurationes factae:* PM cod. Gel. — Leid. I. Lov. 4. al.: coniurationes pactae. Cod. Klock.: principium.

16. *neglecta res:* PM rell.] neglecta res est (cod. Klock.?).

tae dictatoremque quaestionibus exercendis dici placuit: C. Maenius dictus, is M. Foslium magistrum equitum dixit. ingens erat magistratus eius terror: itaque sive timor seu conscientiae vis Calavios Ovium Noviumque — ea capita coniurationis fuerant — priusquam nominarentur apud dictatorem, mors haud dubie ab ipsis conscita iudicio subtraxit. deinde ut quaestioni Campanae materia decessit, versa

— P: haudquāquā. — PM: questiones decretae.

2. *C. Maenius dictus:* cod. Gel. — P: c. moenius dictus is m̄. fol mag̃ equitum dixit. M: c. moenius dictus is m. folium mag̃. equitum dixit. Lov. 4. al.: m. follium. Cf. 9, 20.

3. *itaque siue timor seu conscientiae uis — mors haud dubie ab ipsis conscita iudicio subtraxit:* P Leid. 1. codd. Thuan. Klock. al.] itaque sive timore eius seu conscientia — mors haud dubie ab ipsis conscita iudicio subtraxit. — Quamquam eius scripturae, quae in melioribus libris omnibus reperta est, haud difficilis videtur interpretatio esse, tamen I. Fr. Gronovius et A. Drakenb. eam probari posse negarunt nisi *morte* pro *mors* scriberetur. vult autem L. nihil aliud dicere quam hoc: inter omnes scriptores constare mortem sibi ipsos conscisse: id tantum dubium videri utrum dictatoris timor an vis conscientiae eos coegerit tali consilio se iudicio subtrahere. *subtraxit* igitur non magis ad *mors* quam ad *timor* et *vis* pertinet. an vero antiqua manu scriptum sit „siue *eius* timor", magnopere dubito, cum in M m. 1. reppererim: „siuei timor seu conscientiaeius ˜calabios obuim noniumq. ea capita coniurationis fuerant priusquam nominarentur apud dictatorem mors haud dubie ab ipsis conscita iudicio subtraxit". m. 2.: „siue timor seu" cet. — De *sive seu* cf. 4, 56. — P: calabios obuium nouiumque ea capita cet. Cf. 9, 7. Sigonius ex suo codice scribi voluit: „Calauios Ouum Nouumque". — „Und so entzog entweder die Furcht hiervor oder die Gewalt des Gewissens, jedenfalls wenigstens ein freiwilliger Tod die beiden Calavier, die das Haupt der Verschwörung gewesen waren, der gerichtlichen Untersuchung".

7. *deinde ut quaestioni campanae materia decessit uersa Romam interpretando res:* PM: nisi quod in P scriptum est „campaniae". Dictator igitur senatus mandatum ita interpretatus est ut diceret, senatum non eos

Romam interpretando res: non nominatim qui Capuae sed in universum qui usquam coissent coniurassentve adversus rem publicam quaeri senatum iussisse, et coitiones honorum adipiscendorum causa factas adversus rem publicam esse: latiorque et re et personis quaestio fieri haud abnuente dictatore sine fine ulla quaestionis suae ius esse. postulabantur ergo nobiles homines appellantibusque tribunos nemo erat auxilio quin nomina reciperentur. inde nobilitas nec hi modo in quos crimen intendebatur sed universi simul negare nobilium id crimen esse, quibus si nulla obstetur fraude pateat via ad honorem, sed hominum novorum: ipsos adeo dictatorem magistrumque equitum reos magis quam quaesitores idoneos eius criminis esse, intellecturosque ita id esse simul magistratu abissent. tum enim vero Maenius iam famae magis quam imperii memor progressus in contione ita verba fecit: „et omnes ante actae

modo qui Capuae sed omnes, qui usquam coniurassent in remp., quaeri iussisse. — M: aduersus rmp̄. quaeri senatum iussisse. P: aduersus rmp̄. queri senatu iussisse. — PM: et coitiones honorum adipiscendorum causa factas aduersus remp̄. esse.

6. *sine fine ulla:* PM. — Recc. quid. codd.: sine fine ullo. Cf. 4, 2.: finem ergo non fieri nec futuram. — PM: postulabantur ergo nobiles homines appellantibusque tribunos nemo erat auxilio quin nomina reciperentur: „So wurden nun Männer aus adligen Geschlechtern vorgefordert, und wenn sie sich auch deshalb an die Tribunen wandten, so war ihnen doch Niemand dabei behülflich dass ihre Namen nicht unter die Angeklagten gesetzt würden“.

8. *inde nobilitas nec hi modo* cet.: P m. 2. M. — P m. 1.: nec in modo. — Paulo post PM: „ipsos adeo dictatorem magistrumque equitum reos magis quam quaesitores idoneos eius criminis esse“ cet. dictator enim et mag. eq. plebeii erant. — Multi recc. codd.: intellecturos id ita esse. Lov. 4.: simulac magistratu abiissent. Cf. 6, 1.

15. *progressus in contione ita uerba fecit:* PM Leid. r. al.] progressus in concionem ita verba fecit. — Videtur L. *progressus* magis ad *tum vero*, et *in contione* ad *verba fecit* referri voluisse.

16. *et omnes:* PM cod. Gel. al. Cf. 9, 18.: et loquimur

vitae vos conscios habeo Quirites, et hic ipse honos delatus ad me testis est innocentiae meae: neque enim quod saepe alias, quia ita tempora postulabant rei publicae, qui bello clarissimus esset sed qui maxime procul ab his coitionibus vitam egisset, dictator deligendus exercendis quaestionibus fuit: sed quoniam quidem nobiles homines — qua de causa, vos existimare quam me pro magistratu quicquam inconpertum dicere melius est — primum ipsas expugnare quaestiones omni ope adnisi sunt, dein, postquam ad id parum potentes erant, ne causam dicerent in praesidia adversariorum appellationem et tribunicium auxilium patricii confugerunt, postremo repulsi inde — adeo omnia tutiora quam ut innocentiam suam purgarent visa — in nos inruerunt et privatis dictatorem poscere reum verecundiae non fuit, ut omnes dii hominesque sciant ab illis etiam quae non possint temptari ne rationem vitae reddant, me obviam ire crimini et offerre me inimicis reum, dictatura me abdico.

P: uos conscios abeo quirites. — P: neque enim quod sepe alias q ita tempora postulabant rp. — M: quia ita tempora postulabant rp̄. — P m. 1.: dictator deligendos.

6. *sed qm̄ quidem nobiles homines:* PM al.] sed quoniam quidam nobiles homines. — Non a quibusdam hominibus nobilibus sed ab universa nobilitate dictatorem impugnatum esse paulo ante hunc locum legimus. — Dein scriptum est in P metathesi quadam verborum: „uos existimare quam *pro me* magistratu inconpertum dicere". Hinc in M: „uos existimare quame | pro me magistratu quicquam inconpertum dicere".

9. *dein postquam ad id parum potentes erant:* PM. — M m. 2. P: ne causam dicerent. M m. 1.: dicent. — P: appellationum. M: appullationem. — M: et tribunititium auxilium.

12. *adeo omnia tutiora quam ut innocentiam suam purgarent uisa:* M. — P: „adeo omnia tutiora quam innocentiam suam purgarent uisa". Excidit *ut* etiam in Leid. I. Voss. II. multisque aliis codd.

15. *ut omnes dii hominesque sciant:* P. In M praetermissum est *que*. — PM: „ab illis etiam quae non possint temptari ne rationem uitae reddant". Multi recc. codd.: quae non possunt.

vos quaeso consules, si vobis datum ab senatu negotium fuerit, in me primum et hunc M. Foslium quaestiones exerceatis, ut appareat innocentia nostra nos non maiestate honoris tutos a criminationibus istis esse". abdicat inde se dictatura et post eum confestim Foslius magisterio equitum, primique apud consules — iis enim ab senatu mandata res est — rei facti adversus nobilium testimonia egregie absolvuntur. Publilius etiam Philo multiplicatis summis honoribus post res tot domi belloque gestas ceterum invisus nobilitati causam dixit absolutusque est. nec diutius ut fit quam dum recens erat quaestio per clara nomina reorum viguit: inde labi coepit ad viliora capita, donec coitionibus factionibusque adversus quas conparata erat oppressa est.

XXVII. Earum fama rerum magis tamen spes Campanae defectionis, in quam coniuratum erat, Samnites in

1. *uos quaeso coss.:* P. — M: uos quaeso conss. — PM al.: in me primum et hunc m̄. folium quaestiones exerceatis. Lov. 4.: m̄. follium. — Lov. 2.: *in* me primum et *in* hunc. — PM rell.: tutos a criminationibus istis esse.
4. *abdicat inde se dictatura:* M m. 2. P. — M m. 1.: dictaturā. — PM: et post eum confestim folius (P m. 1.: folios) magisterio equitum. — P: primique apud coss. M: primique aput coss. — PM: iis enim ab senatu mandata res est. Cod. Sig.: mandata res erat. — P: egregie absoluuntur. Pall. 1. 3. Leid. I. al.: obsoluuntur. M: aduersus nobilium testimonię grecie obsoluunt. m. 2.: gracie.
8. *Publilius etiam Philo:* M. — P Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: publius etiam philo. Cf. 9, 17. — PM: „post res tot domi belloque gestas". Recc. quidam codd.: domi bellique. Cf. 1, 34.: bello domique.
12. *donec coitionibus factionibusque aduersus quas conparata erat oppressa est:* PM. — Leid. I. omnesque prope Drak. codd.: concionibus factionibusque.
14. *earum fama rerum magis tamen spe campanae defectionis* cet.: PM rell. Nullo mendo saepius erratam videtur quam ut *s* in fine verborum praetermitteretur. — PM rell.: „in quam coniuratum erat". Haec verba non tam id significare videntur, Samnites hac rebellione nihil aliud spectasse, quam ut Campanos ad defectionem a populo romano impellerent, quam

Apuliam versos rursus ad Caudium revocavit, ut inde ex propinquo si qui motus occasionem aperiret Capuam Romanis eriperent. eo consules cum valido exercitu venerunt: et primo circa saltus, cum utrimque ad hostem iniqua via esset, cunctati sunt: deinde Samnites per aperta loca brevi circuitu in loca plana Campanos campos agmen dimittunt, ibique primum castra in conspectu hostibus data, deinde levibus proeliis equitum saepius quam peditum utrimque periculum factum: nec aut eventus eorum Romanum aut morae qua trahebant bellum paenitebat. Samnitium contra ducibus et carpi parvis cotidie damnis et senescere dilatione belli vires suae videbantur: itaque in aciem procedunt equitibus in cornua divisis, quibus praeceptum erat intentiores

id, Samnites ea spe ad arma capienda ductos esse fore ut et Campani a populo rom. deficerent. — M: si qui motus occasionem aperiret. P m. 1.: si qui motus oocassionem apperiret. Multi recc. codd.: aperirent.

3. *eo coss.* (P: cons.) *cum ualido exercitu uenerunt:* PM. — PM Leid. 1. al.: „cum *utrique* ad hostem iniqua uia esset“. Vix dubito quin antiqua manu *utrisque* scriptum fuerit.

6. *agmen dimittunt:* PM rell.] agmen demittunt (ed. Frob. 1535.). — *Dimittunt* significat h. l. non modo id quod „*deducunt* in aperta loca“, sed etiam „*abducunt* exercitum ex saltibus“. — M m. 2. P: breui circuitu in loca plana campanos campos. M m. 1.: circūitu. m. 3.: ī campanos campos.

7. *castra in conspectu hostibus data:* PM rell.] castra in conspectum hostibus data (ex coni. I. Fr. Gronovii). — Ablativus aeque h. l. latine scribi potuit ac post verba ponendi et collocandi. — Voss. II. al.: in conspectu hostium data. — M: sepius. — PM: utrimque periculum factum.

9. *nec aut euentus eorum Romanum aut morae qua trahebant* (scil. consules) *bellum paenitebat:* PM. — In M scriptum m. 3. est *romanos:* sed cf. ex. gr. 9, 25.: Samnitem iuvisse. — Paulo post M: „et carpi paruis cotidie damnis“: h. e. diminui. — P: cottidie.

13. *quibus praeceptum erat intentiores ad respectum castrorum ne qua eo uis fieret quam ad proelium starent:* cod. Gel. Voss. I. — PM rell.: fieret *cum* ad p̄lium starent.

ad respectum castrorum ne qua eo vis fieret quam ad proelium starent, aciem pediti tutam fore. consulum Sulpicius in dextro, Poetelius in laevo cornu consistunt: dextra pars, qua et Samnites raris ordinibus aut ad circumeundos hostes aut ne ipsi circumirentur constiterant, latius patefacta stetit: sinistris praeterquam quod confertiores steterant repentino consilio Poetelii consulis additae vires, qui subsidiarias cohortes, quae integrae ad longioris pugnae casus reservabantur, in primam aciem extemplo emisit universisque hostem primo impetu viribus inpulit. commota pedestri acie Samnitium eques in pugnam succedit: in hunc transverso agmine inter duas acies se inferentem Romanus equitatus concitat equos signaque et ordines peditum atque equitum confundit, donec universam ab ea parte avertit aciem. in eo cornu non Poetelius solus sed Sulpicius etiam hortator adfuerat avectus ab suis nondum conserentibus manus ad clamorem a sinistra parte prius exortum: unde haud

2. *aciem pediti tutam fore:* PM cod. Gel. rell.] aciem pedite tutam fore. — Hoc ablativo Livium haud raro usum esse antiquiores libri mscripti docent. cf. ex. gr. 30, 28.: cum Hannibali (Put.). 30, 34.: ala deinde et umboni pulsantes (Colb. Bamb. Lips. al.). al.

— *consulum Sulpicius in dextro:* M. — P: consulum sulpiciis in dextro potelius in leuo. M: potelius in laeuo cornu. — PM: qua et samnites raris ordinibus aut ad circumeundos hostes aut ne ipsi circumirentur constiterat. — PM: repentino consilio poetelli consulis. — M: reserua | buntur in primam aciem exemplo emisit. m. 3.: extemplo.

12. *romanus equitatus concitat equos:* M m. 3. P. — M m. 1.: equo. Voss. II. Lov. 4.: concitato equo. — M: donec uniuersam ab ea parte auertit aciem. P cod. Klock.: euertit aciem.

15. *in eo cornu non petellius solus sed sulpicius etiam hortator adfuerat auectus ab suis nondum conserentibus manus:* M. — P: „in eo cornu nondum conserentibus manus“ cet. mediis verbis praetermissis.

17. *ad clamorem a sinistra parte prius exortum:* PM Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.] ad clamorem ab sinistra parte cet.

dubiam victoriam cernens cum ad suum cornum tenderet cum mille ducentis viris, dissimilem ibi fortunam invenit, Romanos loco pulsos victorem hostem signa in perculsos inferentem: ceterum omnia mutavit repente consulis adventus, nam et conspectu ducis refectus militum est animus, et maius quam pro numero auxilium advenerant fortes viri, et partis alterius victoria audita mox visa etiam proelium restituit. tota deinde iam vincere acie Romanus et omisso certamine caedi capique Samnites nisi qui Maleventum, cui nunc urbi Beneventum nomen est, perfugerunt: ad triginta milia caesa aut capta Samnitium proditum memoriae est.

XXVIII. Consules egregia victoria parta protinus inde ad Bovianum oppugnandum legiones ducunt ibique hiberna egerunt, donec ab novis consulibus L. Papirio Cursore quintum C. Iunio Bubulco iterum nominatus dictator C. Poetelius cum M. Foslio magistro equitum exercitum accepit. is cum audisset arcem Fregellanam ab Samnitibus captam,

1. *cum ad suum cornum tenderet:* P m. 1. M m. 1.] cum ad suum cornu tenderet (P m. 2. M m. 2. rell.). Cf. 3, 62.; circumventum cornum, 3, 70. al. — M: unde haud dubiū uictoriam cernens.

4. *ceterum omnia mutauit repente consulis aduentus:* PM. — Multi recc. codd.: ceterum omnia repente mutauit cet. — M: et maius quam pro numero auxilium *aduenerant* fortes uiri, P m. 1.: et maius quam pro numero auxilium aduenerat fortes uiri, m. 2.: aduenerat ∞ fortes uiri. Drakk. codd.: aduenerat.

10. *perfugerunt:* PM. — Leid. I. Voss. II. al.: pereffugerunt. — PM: ad xxx mil caesa aut capta samnitium proditum memoriae est. Recc. quidam codd.: proditum memoriaest.

12. *coss̄. egregia uictoria parta protinus inde ad Bouianum oppugnandum legiones ducunt:* PM. — M: ibiq. iberna egerunt ab nouis coss̄. — PM: l̄. papirio cursore quintum c̄. iunio bubulco iterum nominatus dictator c̄. potelius cum m̄. folio mag̃. (M: magi) equitum exercitum accepit.

16. *is cum audisset arcem Fregellanam ab Samnitibus captam:* P. In M excidit *is*. — Cum 9, 12. Fregellas necopinato adventu Samnitium nocte occupatas esse legamus, necesse est inter ea hanc coloniam ab Romanis receptam fuisse.

omisso Boviano ad Fregellas pergit: unde nocturna Samnitium fuga sine certamine receptis Fregellis praesidioque valido inposito in Campaniam reditum maxime ad Nolam armis repetendam. eo se intra moenia sub adventum dictatoris et Samnitium omnis multitudo et Nolani agrestes contulerant: dictator urbis situ circumspecto, quo apertior aditus ad moenia esset, omnia aedificia — et frequenter ibi habitabatur — circumiecta muris incendit: nec ita multo post sive a Poetelio dictatore sive ab C. Iunio consule — nam utrumque traditur — Nola est capta. qui captae decus Nolae ad consulem trahunt, adiciunt Atinam et Calatiam ab eodem captas, Poetelium autem pestilentia orta clavi figendi causa dictatorem dictum. Suessa et Pontiae

4. *eo se intra moenia sub aduentum dictatoris et Samnitium omnis multitudo et Nolani agrestes contulerant:* M m. 3., nam m. 1. scriptum erat *contulerat* eodem mendo quo 9, 27. in PM *constiterat* pro *constiterant:* al. — P (Leid. I.): „et samnitium omnis multitudo et nolani agrestas otulerat". Sig. Gelenius in suis libris invenisse vult: „et samnitium omnis multitudo et nolana agrestis".

7. *et frequenter ibi habitabatur:* cod. Sig. — In PM omnibusque prope Drak. codd. scriptum est: „et frequenter ibi habi*ta*tur": sed *ba* videtur propter similitudinem syllabae *ta* praetermissum esse. cf. 2, 62.: incendiis deinde non villarum modo sed etiam vicorum, quibus frequenter habitabatur, Sabini excitati. — P: circumiecta muris incendit. M: circa iaecta muris incendit.

9. *siue a poetilio dictatore siue ab c̄.* (M: con) *iunio consule:* PM. — Recc. duo codd.: siue a *C.* Poetelio.

10. *qui captae decus Nolae ad coš. trahunt:* P. — M: „qui ca*pte* decus nola*e* ad coš. trahunt": sed *pte* et *e* m. 3. scripta sunt in loco raso. — PM: adiciunt atinam et calatiam ab eodem captas poetilium autem pestilentia orta claui figendi causa dictatorem dictum. Cf. 7, 3.

13. *Suessa et Pontia eodem anno coloniae deductae sunt* non modo in PM sed etiam in omnibus melioribus Drak. libris scriptum est: nec tamen dubium videtur quin littera *e* in *Pontiae* eadem littera *e* sequente neglegenter a librariis praetermissa sit, cum in eisdem antiquis libris paulo post sequatur accusativus *pon-*

eodem anno coloniae deductae sunt: Suessa Auruncorum fuerat, Vulsci Pontias insulam sitam in conspectu litoris sui incoluerant. et Interamnam ac Casinum ut deduceretur colo-

tias. Sigonius quidem ex suo libro mscripto „Suessa*m* et Pontia*m*“ scribi voluit, quam scribendi rationem sane usitatiorem fuisse cum multi alii loci tum 34, 45., quo uno loco sexies ille accusativus legitur, docent: non minus tamen latine nominativum scribi potuisse et Livius ipse ostendit 1, 3. „inter Lavinium et Albamlongam deductam coloniam triginta ferme interfuere anni“, quod scribi non potuisset nisi *Albalonga deducta colonia* latine posset dici, et Vell. Pat. 1, 14.: „Sutrium deducta colonia est et post annum Setina novemque interiectis annis Nepe“: „tunc Sora atque Alba deductae coloniae et Carseoli post biennium“: al. qui omnes loci persuadere videntur, aeque latine nominativum atque accusativum cum hoc *deducere* coniungi potuisse.

1. *Suessa Auruncorum fuerat:* PM. — P Leid. I. al.: uolsci pontias insulam sitam in conspectu litoris sui incoluerant. M m. 1.: uolsci pontias insulam sitam in conspectu litori sui incoluerunt. m. 3.: „pontiā — litoris sui“: idemque *Pontiam* in multis recc. libris Drak. reperitur.

3. *et Interamnam ac Casinum ut deduceretur colonia senati consultum factum est*] et Interamna et Casinum ut deducerentur coloniae senatus consultum factum est. — P Leid. I. cod. Klock.: et internam casinum ut deduceretur colonia sic. factum est M: et internā casinam | ut deduceretur colonia sic. factum est. — *Interamnam* scripsimus, quod codicum scriptura *internam* h. l. postulare accusativum videbatur, et L. 10, 36. „Interamnam coloniam Romanam“ scribit nec alibi tradit, quo anno ea colonia deducta sit. cf. quoque Vell. 1, 14. Tum scripsimus cum I. Fr. Gronovio *ac*, quod altero loco *et* in nullo antiquo libro inest, nec huius loci rationi „*et* — *et*“ aptum videtur, et quod litterae duae eius particulae propter circumstantium litterarum similitudinem facillime excidere poterant. *Senati* vero *consultum* eodem iure h. l. restituendum videbatur quo 5, 51. al. — Deinde scriptum est in PM (cod. Klock.): „sed triumuiros creauere ac misere colonorum quattuor milia insequentes coss̄. m̄. ualerius p̄. decius m̄. ualerio p̄. decio coss̄. profligato“ cet. praeterquam quod in M et *detius* et *detio* inest. — Leid. I. Voss. II. al.: „inse-

nia senati consultum factum est: sed triumviros creavere ac misere colonorum quattuor milia insequentes consules M. Valerius P. Decius.

XXIX. Profligato fere Samnitium bello, priusquam ea cura decederet patribus Romanis, Etrusci belli fama exorta est. nec erat ea tempestate gens alia cuius secundum Gallicos tumultus arma terribiliora essent cum propinquitate agri tum multitudine hominum. itaque altero consule in Samnio reliquias belli persequenti P. Decius, qui graviter aeger Romae restiterat, auctore senatu dictatorem C. Iunium Bubulcum dixit. is, prout rei magnitudo postulabat, omnes iuniores sacramento adigit, arma quaeque alia res poscit summa industria parat: nec tantis apparatibus elatus de inferendo bello agitat, quieturus haud dubie nisi ultro

quentes consules M. Valerius P. Decio coss." Facile videtur intellectu quo errore illae duae scripturae nasci potuerint, nisi forte inter haec nomina bis scripta aliquid excidit.

6. *nec erat ea tempestate gens alia cuius secundum gallicos tumultus arma terribiliora essent:* PM. — PM: „cum propinquitate agri tum" cet. quamquam in M m. 1. scriptum fuisse „*tum* propinquitate" videtur. idem *tum* in Voss. II. Lov. 4. et in plerisque Drak. codd. repertum est.

8. *itaque altero coš. in samnio reliquias belli ꝑsequenti:* PM] itaque altero consulum in Samnio reliquias belli persequente. — In aliis Drak. codd. scriptum est *coš.* in aliis *consule* (Lov. 4.). cf. 9, 16.: consul alter. — Leid. I. Voss. II. al.: persequenti. Cf. 6, 14.: differentique — dicenti. — Deinde scriptum est et in PM: „auctore senatu dictatorem C. Iunium Bubulcum dixit", itaque haud scio an recte Sigonius contenderit, cum Iunius non dictator sed magister equitum fuerit, restituendum esse ex Capit. fragm. etiam apud Livium: „auctore senatu dictatorem C. Sulpicium Longum, is magistrum eq. C. Iunium Bubulcum dixit". cf. tamen 2, 30. 7, 6.

13. *nec tantis apparatibus elatus de inferendo bello agitat:* PM: „doch liess er sich im Vertrauen auf diese ihm zu Gebote stehende Macht nicht fortreissen zuerst in Etrurien einzubrechen". — Leid. I.: tantis elatus apparatibus. — M: haud dubiae. — P: nisi ultra arma cet.

arma Etrusci inferrent: eadem in conparando cohibendoque bello consilia et apud Etruscos fuere: neutri finibus egressi. et censura clara eo anno Appi Claudii et C. Plautii fuit, memoriae tamen felicioris ad posteros nomen Appi quod viam munivit et aquam in urbem duxit eaque unus perfecit, quia ob infamem atque invidiosam senatus lectionem verecundia victus collega magistratu se abdicaverat: Appius iam inde antiquitus insitam pertinaciam familiae gerendo solus censuram obtinuit. eodem Appio auctore Potiti, gens cuius ad aram maximam Herculis familiare sacerdotium fuerat, servos publicos ministerii delegandi causa sollemnia eius sacri docuerant: traditur inde dictu mirabile et quod dimovendis statu suo sacris religionem facere posset, cum duo-

2. *et apud Etruscos fuere:* P. — M: et apu eos fuere. m. 3.: et apud eos fuere.

3. *et censura clara eo anno Appi Claudii et C. Plaucii fuit:* PM. — PM: nomen Appi. — P: eaque unus perfecit q ob infamem atque inuidiosam senatus lectionem cet. M: „eaque unus perfecit quia ob infamem atque inuidiosam senatus lectionem uerecundia uictus collega magistratu *suo* | *sacris religionem facere posset*": sex versibus praetermissis. — Infamis videbatur illa lectio, quod libertinorum filii in senatum lecti essent: 9, 46.

9. *Potiti gens cuius ad aram maximam Herculis familiare sacerdotium fuerat seruos publicos ministerii delegandi causa sollemnia eius sacri docuerant:* P m. 1.] Potitii, gens cuius — sollennia eius sacri docuerat (Pall. Voss. al.). — Leid. 1. codd. Thuan. Klock.: potiti. Cf. 1, 7. — P m. 2.: docuerat.

12. *traditur inde dictu mirabile:* P m. 1. — P m. 2.: dictū. — P (M) codd. Gel. Klock.: „et quod dimouendis statu suo sacris religionem facere posset": „und was wohl Bedenken einflössen könnte die herkömmliche Ordnung religiöser Gebräuche zu verändern". — Pall. 1. 3. Leid. 1. cod. Thuan.: „religionem adferre facere posset". hinc multi recc. codd.: religionem adferre posset. — PM: cum duodecim (P: duo x) familiae ea tempestate putitiorum essent puberes ad xxx omnis intra annum cum stirpe extinctos nec nomen tantum putitiorum interisse cet. — M: post aliquot annos fulminib. captum. m. 2.: lumīb; captum.

decim familiae ea tempestate Potitiorum essent, puberes ad triginta, omnis intra annum cum stirpe extinctos, nec nomen tantum Potitiorum interisse sed censorem etiam Appium memori deum ira post aliquot annos luminibus captum.

XXX. Itaque consules qui eum annum secuti sunt C. Iunius Bubulcus tertium et Q. Aemilius Barbula iterum initio anni questi apud populum deformatum ordinem prava lectione senatus, qua potiores aliquot lectis praeteriti essent, negaverunt eam lectionem se quae sine recti pravique discrimine ad gratiam ac libidinem facta esset observaturos, et senatum extemplo citaverunt eo ordine qui ante censores App. Claudium et C. Plautium fuerat. et duo imperia eo anno dari coepta per populum utraque pertinentia ad rem militarem, unum ut tribuni militum seni deni in quattuor legiones a populo crearentur, quae antea perquam paucis suffragio populi relictis locis dictatorum et consulum ferme fuerant beneficia: tulere eam rogationem tribuni plebei L.

5. *itaque coss̄. qui eum annum secuti sunt:* P. — M: itaque cons̄s̄. cet. — PM: questi *apud* populum. Recc. quidam codd.: questi *ad* populum. Cf. 3, 10.: iactata per aliquot dies cum in senatu res tum apud populum est. — PM: „qua potiores aliquot lectis praeteriti essent": h. e. qua lectione multi homines bene de republica meriti praeteriti essent, quamvis dignitate longe praestarent lectis. ablativus *lectis* enim pendet ex *potiores*. — P m. 1.: obseruatoros. m. 2.: obseruaturos. — M: qui ante censores ap̄. p̄. claudiū et c̄. plaucium fuerat.

12. *et duo inperia eo anno dari coepta per populum:* M m. 2. P. — M m. 1.: etduosferia eo anno dari coepta cet. m. 2.: et duo ĩperia eo anno cet. — M: utroque ꝑtinentia ad rem militarem unum ut tr̄. seni deni in quattuor legiones cet. P: unum ut tr̄ mil seni deni cet. — M: perquam paucis suffragio populis relictis locis. — Cf. 7, 5. quo loco legimus, cum primum placuisset tribunos militum ad legiones suffragio fieri, sena loca populi suffragiis in quaternas legiones data, reliqua octona dena beneficio consulum relicta: ab hoc inde anno videmus senos denos tribunos suffragio populi creatos, octonos a consulibus lectos.

17. *tulere eam rogationem tri-*

Atilius C. Marcius: alterum ut duumviros navalis classis ornandae reficiendaeque causa idem populus iuberet: lator huius plebis sciti fuit M. Decius tribunus plebis. — Eiusdem anni rem dictu parvam praeterirem ni ad religionem visa esset pertinere. tibicines quia prohibiti a proximis censoribus erant in aede Iovis vesci, quod traditum antiquitus erat, aegre passi Tibur uno agmine abierunt, adeo ut nemo in urbe esset qui sacrificiis praecineret. eius rei religio tenuit senatum legatosque Tibur miserunt, ut darent operam ut hi homines Romanis restituerentur. Tiburtini benigne polliciti primum accitos eos in curiam hortati sunt uti reverterentur Romam: postquam perpelli nequibant, consilio haud abhorrente ab ingeniis hominum eos adgrediuntur. die festo alii

buni plebei L. Atilius C. Martius: PM. — Multi recc. codd.: tulerunt — L. Attilius. cf. 5, 13. — „Duumviros naval*is*“ scripsimus cum Voss. II. al. In P m. 1. M scriptum est: ut dumuiros nauales classis ornandae reficiendaeque causa. P m. 2.: duumuiros. Leid. I.: „classis ornandaeque reficiendae causa“. hinc Voss. II. al.: classis ornandae reficiendae causa.

2. *lator huius plebis sciti fuit M. Decius tr. pl.:* PM] lator huius plebisciti fuit M. Decius tribunus plebis.

6. *aegre* (P: egrae) *passi Tibur uno agmine abierunt adeo ut nemo in urbe esset qui sacrificiis praecineret:* PM. — Lov. 4.: ut nemo esset qui cet.

9. *ut darent operam ut hi homines Romanis restituerentur:* P] ut darent operam ut ii homines cet. — M: ut hii homines cet. — Prius *ut* I. Fr. Gron. deletum voluit. cf. 6, 1.: urbem.

10. *Tiburtini benigne polliciti:* PM: quamquam primo in M *benigni* fuerat. — P: primum accitos eos in curiam. M: primos accitos eos in curiam. — PM: uti reuerterentur Romam. Leid. I.: ut hii reuertentur cet.

13. *alii alios per speciem celebrandarum cantu epularum causa inuitant:* PM rell.] alii alios per speciem celebrandarum cantu epularum invitant (ex coni. lac. Gronovii). — Quamvis *causa* facile abesse et „*per speciem epularum cantu celebrandarum*“ latine dici possit, tamen *causa* deesse nolim, cum Livius utroque verbo usus dicere videatur voluisse, Tiburtes cum invitarent tibicines, vere etiam id spectasse ut eorum cantu epulae orna-

alios per speciem celebrandarum cantu epularum causa invitant et vino, cuius avidum ferme genus est, oneratos sopiunt, atque ita in plaustra somno vinctos coniciunt ac Romam deportant: nec prius sensere quam plaustris in foro relictis plenos crapulae eos lux oppressit. tunc concursus populi factus, impetratoque ut manerent datum ut triduum quotannis ornati cum cantu atque hac quae nunc sollemnis est licentia per urbem vagarentur, restitutumque in aede vescendi ius his qui sacris praecinerent. haec inter duorum ingentium bellorum curam gerebantur.

XXXI. Consules inter se provincias sortiti: Iunio Samnites, Aemilio novum bellum Etruria sorte obvenit. in

rentur, licet haec non unica invitandi causa fuerit, quod homines vino oneratos Romam deportare statuissent. nam si haec duo simul verba nullo modo ferri possent, ne per se quidem *per speciem* vel *in speciem* nisi genitivus quidam aut simile aliud dicendi genus adderetur scribi potuisset, quod tamen multorum locorum auctoritate conprobatur (cf. 42, 14.). „An einem Festtage laden sie dieselben der Eine diesen der Andere jenen bei sich ein *vorgeblich um* das Mahl durch Musik zu verschönern" u. s. w.

3. *atque ita in plaustra somno uinctos conitiunt:* M m. 2. (cod. Klock.) — M m. 1.: atque ita in plastra somno uintos conitiunt. P: atque ita in plaustra iunctos coniciunt. Leid. I. cod. Thuan. al.: in plaustra uinctos coniciunt. Pall. 1. 3.: in plaustra cunctos coniciunt. — Cf. 5, 44.: nisi vinctos somno — trucidandos tradidero cet.

6. *impetratoque ut manerent:* P. — M Leid. I. Voss. II. Pall. 1. 3. multique alii: imperatoque ut manerent. — P m. 1.: cum cantu atque ac que nunc sollemnis ÷ licentia. m. 2.: atque hac.

8. *restitutumq. in aede uescendi ius his qui* cet.: M m. 2. P Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.] — ius iis qui cet. — M m. 1.: restitumq. — Deinde scriptum est in Voss. I. al.: haec inter *duum* bellorum ingentium curam gerebantur. Cf. 3, 25.: duum mensum spatium.

11. *coss.* (P: cos.) *inter se prouincias partiti:* PM: nisi quod in M „prouintias" est. I. Fr. Gron. „consulibus inter se provincias partitis" scribi voluit. cf. 9, 20.: de foedere negatum.

Samnio Cluviam praesidium Romanum, quia nequiverat vi capi, obsessum fame in deditionem acceperant Samnites verberibusque foedum in modum laceratos occiderant deditos. huic infensus crudelitati Iunius — nihil antiquius oppugnatione Cluviana ratus — quo die adgressus est moenia vi cepit atque omnes puberes interfecit. inde victor exercitus Bovianum ductus: caput hoc erat Pentrorum Samnitium longe ditissimum atque opulentissimum armis virisque. ibi quia haud tantum irarum erat, spe praedae milites accensi oppido potiuntur: minus itaque saevitum in hostes est, praedae plus paene quam ex omni Samnio umquam egestum benigneque omnis militi concessa. et postquam praepotentem armis Romanum nec acies subsistere ullae nec castra nec urbes poterant, omnium principum in Samnio eo curae sunt intentae ut insidiis quaereretur locus, si qua licentia populando effusus exercitus excipi ac circumveniri posset. transfugere agrestes, et captivi quidam pars forte pars con-

1. *Cluuiam praesidium romanum:* cod. Gel. Leid. I. — M cod. Klock. Lov. 4. al.: cluui*ani* praesidium romanum. P: cluiani cet. — P: uerberibus foedum in modum laceratos.

4. *huic infensus crudelitati:* M. — P: infensos. — M: oppusnatione cluuiana. P: oppugnatione cluuiana.

8. *ibi quia haud tantum irarum erat spe praedae milites accensi* cet.: P. — M: ibi qui haud tantum irarum erat sperande milites accensi.

10. *praedae plus paene* (M: pene) *quam ex omni Samnio umquam egestum:* PM. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: est gestum. Pal. 2. al.: congestum. — P m. 2. M: benigneque omnis militi concessa. P m. 1.: omnes.

13. *nec acies subsistere ullae nec castra nec urbes poterant:* PM: quamquam primo in M erat castrae. — Lov. 1.: omnium princip*ium*.

17. *transfugere agrestes:* PM cod. Klock.] transfugae agrestes. — M m. 1.: trasfugere. — Haec ita explicanda sunt: transfugere agrestes quidam Samnites ad Romanos eo consilio ut fallacibus verbis consulem in insidias ab Samnitibus positas inducerent. quorum dictis cum ea quae a captivis Samnitibus ederentur congruerent, magnam pecoris vim in saltum quendam avium conpulsam esse, nullum dolum consul subesse ra-

ilio oblati congruentia ad consulem adferentes — quae et era erant — pecoris vim ingentem in saltum avium conulsam esse, perpulerunt ut praedatum eo expeditae ducerentur legiones. ibi ingens hostium exercitus itinera occulus insederat et, postquam intrasse Romanos vidit saltum, epente exortus cum clamore ac tumultu incautos invadit. t primo nova res trepidationem fecit, dum arma capiunt, arcinas congerunt in medium: dein postquam, ut quisque

tus legiones in eum saltum duxit. verbo *transfugere* multo elegantius quem ad modum res ipsa acta sit exprimi quam nomine *transfugae* neminem fugerit: sed constructio verborum haec esse debet: „transfugere agrestes, *et hi* et captivi, cum congruentia inter se adferrent, perpulerunt“ cet. „Um diesen Zweck zu erreichen, begaben sich Samnitische Landleute unter dem Scheine von Überläufern zu den Römern, und als das was sie aussagten mit den Angaben der Samniten, welche von den Römern gefangen genommen wurden, übereinstimmte, so trug der Consul kein Bedenken die Legionen nach der bezeichneten Stelle zu führen“.

5. *postquam intrasse Romanos uidit saltum:* P m. 2. M. — P m. 1. postquam intrase romanos cet. Hinc Leid. I.: intra se. — PM: repente exortus cum clamore ac tumultu incautos inuadit.

8. *dein postquam:* PM Lov. 4. — Cod. Klock. Voss. II. al.: deinde postquam. Cf. 6, 13. al. — PM rell.: „ut quisque liberauerat se onere aptaueratque armis“, nisi quod in M m. 1. scriptum est „honore“, m. 2. „honere“. — I. Fr. Gronovius scribi maluit „aptaveratque arma“: sic enim scriptum esse 5, 49. „suos in acervum conicere sarcinas et arma aptare ferroque non auro recuperare patriam iubet“: aliisque locis. sed quamquam usitatius dicendi genus *arma aptare* „die Waffen zur Hand nehmen“ videri potest (cf. Hor. Epod. 7, 1. „quo quo scelesti ruitis aut cur dexteris aptantur enses conditi“?), tamen nolim *armis* mutari, non tam quod *aptare manus* vel *se armis* non minus latine dictum est quam *aptare arma manibus*, quam quod Livius h. l. respondere voluisse videtur verba *aptare se armis* verbis *liberare se onere*, cum *armis* et ablativus esse et suppleri posset *ad pugnandum*: „als sich jeder von dem unnützen Gepäck frei gemacht und zum Kampfe gerüstet hatte“. — Pall. Voss. II. Lov. 4. multi-

liberaverat se onere aptaveratque armis, ad signa undique coibant et notis ordinibus in vetere disciplina militiae iam sine praecepto ullius sua sponte struebatur acies, consul ad ancipitem maxime pugnam advectus desilit ex equo et Iovem Martemque atque alios testatur deos se nullam suam gloriam inde sed praedam militi quaerentem in eum locum devenisse, neque in se aliud quam nimiam ditandi ex hoste militis curam reprehendi posse. ab eo se dedecore nullam rem aliam quam virtutem militum vindicaturam: coniterentur modo uno animo omnes invadere hostem victum acie castris exutum nudatum urbibus ultimam spem furto insidiarum temptantem et loco non armis fretum. sed

que al.: „in ueterem disciplinam". ablatiyus mihi non improbatur sed *in* abesse malim: „und sich die Schlachtreihe ohne Anordnung Jemandes ganz von selbst nach den bekannten Rotten bildete, da der Soldat durch die Länge des Kriegsdienstes gewöhnt war seine Stelle sogleich zu finden". — M: struebantur acies. — P m. 1.: consul ad amcipitem maxime pugnam. m. 2.: ancipitem. M m. 1.: „consul adci | pitem". dein „āci | pitem". — *Et* excidit ante *Iovem* in Leid. I. — Lov. 4.: testatus.

8. *ab eo se dedecore nullam rem aliam quam uirtutem militum uindicaturam:* P. — M m. 1.: „*ab eo sede posse* ab eo se dedecore | nullam rem aliam quam uirtute | militum uindicaturam": sed priora quattuor verba inducta sunt. — Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: uirtute.

10. *coniterentur modo uno animo omnes inuadere hostem:* PM cod. Gel.] conniterentur cet. Cf. 1, 33.: conisus. 3, 63.: conisi. 10, 33.: conixi. al. — P m. 2.: uictum acie. m. 1.: aciem. M: aciæ. — PM: „ultimam spem furto insidiarum temptantem et loco non armis fretum". Cf. Curt. 4, 13. 4.: „Parmenio — furto non proelio opus esse censebat: intempesta nocte opprimi posse hostes". Cui Alexander: „latrunculorum, inquit, et furum ista sollertia est quam praecipitis mihi, quippe illorum votum unicum est fallere. meae vero gloriae semper aut absentiam Darei aut angustias locorum aut furtum noctis obstare non patiar".

12. *sed quem esse iam uirtuti romanae inexpugnabilem locum:* PM: „aber wo sei wohl ein Ort, über den römische Tapferkeit nicht obsiegen könnte". Sigonius *ecquem* scribi

quem esse iam virtuti Romanae inexpugnabilem locum? Fregellana arx Soranaque et ubicumque iniquo successum erat loco memorabantur. his accensus miles omnium inmemor difficultatium vadit adversus inminentem hostium aciem: ibi paulum laboris fuit dum in adversum clivum erigitur agmen, ceterum postquam prima signa planitiem summam ceperunt sensitque acies aequo se iam institisse loco, versus extemplo est terror in insidiatores easdemque latebras, quibus se paulo ante texerant, palati atque inermes fuga repetebant. sed loca difficilia hosti quaesita ipsos tum sua fraude inpediebant: itaque ergo perpaucis effugium patuit: caesa ad viginti milia hominum victorque Romanus ad oblatam ab hoste praedam pecorum discurrit.

voluit. — M m. 1.: fregellana arxoranaq. et ubicumq. iniquo successum erat loco. m. 3.: soranaq. — PM: memorabantur. Drak. recc. codd.: memorabatur.

3. *omnium inmemor difficultatium:* PM. — Rell. codd.: difficultatum. Cf. 7, 38.: omnium voluptatium. 9, 38. — M m. 2. P: uadit aduersus inminentem hostium aciem. M m. 1.: inminentiem. Drakenb. codd.: inminentium hostium aciem.

5. *ibi paulum laboris fuit dum in aduersum clivum erigitur agmen:* PM. — Paulo post M m. 3. P: uersus extemplo est terror in insidiatores. M m. 1.: exemplo. — P: easdemque latebras. M m. 1.: eadem quippe lateras. m. 3.: easdem quippe latebras. — PM: quibus se paulo ante texerant.

10. *sed loca difficilia hosti quaesita:* P. — M: sed loca difficilia hostiæ quesita. Leid. I. Pall. Voss. II. Lov. 4. omnesque prope reliqui codd.: ab hoste quaesita. — Voss. I. II. multique recc. codd.: ipsos eum sua fraude inpediebant.

11. *itaque ergo perpaucis effugium patuit:* PM. In Lov. 4. omissum est *ergo:* sed cf. 1, 25. 3, 31. — PM: caesa ad xx mil hominum.

12. *oblatam ab hoste praedam:* M m. 2. P] oblatam ultro ab hoste praedam (omnes prope Drak. codd.). — M m. 1.: hominum | uinctoq. romanus ablatam ab hoste praedam. m. 2.: oblatam. — *Ultro,* quam vocem Aldus integrae orationi primus addidit, ab eis recentium codicum librariis adscriptum videtur, qui in aliis quibusdam locis *ultro offerre* coniunctum legi meminissent. horum tamen locorum (1, 17. 40, 23. al.)

XXXII. Dum haec geruntur in Samnio, iam omnes Etruriae populi praeter Arretinos ad arma ierant ab oppugnando Sutrio, quae urbs socia Romanis velut claustra Etruriae erat, ingens orsi bellum. eo alter consul Aemilius cum exercitu ad liberandos obsidione socios venit. advenientibus Romanis Sutrini commeatus benigne in castra ante urbem posita advexere. Etrusci diem primum consultando, maturarent traherentne bellum, traduxerunt: postero die,

longe aliam esse condicionem non est difficile intellectu. Samnites vero nequaquam *ultro* praedam pecorum Romanis offerri voluerant sed ut ea praeda illi in insidias praecipitarentur.

1. *iam omnes Etruriae populi praeter* (P: p̄t) *Arretinos ad arma ierant:* PM. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: ad arma se contulerant. — M: ad oppugnandos utrio. m. 2.: oppugnandō. — M: quae urbs sotia. — PM: „uelut claustra Etruriae". cf. 6, 9.: cum ea loca (Nepete, Sutrium) opposita Etruriae et velut claustra inde portaeque essent. — M:. erat | intergens orsi bellum.

4. *eo alter consul Aemilius cum exercitu ad liberandos obsidione socios uenit:* P] eo alter consulum Aemilius cet. (Pall. Voss. II. cod. Thuan. (?) al.). — M: eo alter consulū | milius cum exercitu cet. Cf. 2, 11.: consulum alter. 3, 33. 24, 21. al. 9, 16.: consul alter. al. — M: sotios.

5. *aduenientibus Romanis Sutrini commeatus benigne in castra ante urbem posita aduexere:* P. — M m. 1.: benigno. m. 3.: benignos.

8. *maturarent traherentne bellum:* PM: „ob sie gleich eine Schlacht liefern oder den Krieg in die Länge ziehen sollten". — M m. 1.: mama | maturarent cet. — P rell.: ubi celeriora *quam tutiora* consilia magis placuere ducibus. M: „ubi celer*iora* consi | lia magis placuere ducibus". Haec scriptura codicis M mihi valde probatur. nam quamquam non quid Tusci ipsi senserint sed quid Livius eos ratiocinantes fecerit, relatum legimus, tamen ne ita quidem verba *quam tutiora* satis ferenda videntur. qui enim videri possunt Tusci probasse quae non tuta essent, ut qui celerrima quaeque tutissima fore censerent. sed cum haec verba ab antiquissimo P non absint, et fieri potuerit ut propter syllabarum *ora* similitudinem aliquid in M excideret, et cum etiam alibi Livius hoc dicendi genere usus sit, nihil mutari satius habemus.

ubi celeriora quam tutiora consilia magis placuere ducibus, sole orto signum pugnae propositum est armatique in aciem procedunt. quod postquam consuli nuntiatum est, extemplo tesseram dari iubet ut prandeat miles, firmatisque cibo viribus arma capiat. dicto paretur. consul ubi armatos paratosque vidit, signa extra vallum proferri iussit et haud procul hoste instruxit aciem. aliquamdiu intenti utrimque steterunt expectantes ut ab adversariis clamor et pugna inciperet, et prius sol meridie se inclinavit quam telum hinc aut illinc emissum est. inde ne infecta re abiretur, clamor ab Etruscis oritur concinuntque tubae et signa inferuntur: nec segnius a Romanis pugna initur: concurrunt infensis animis: numero hostis, virtute Romanus superat. anceps proelium multos utrimque et fortissimum quemque absumit, nec prius inclinata res est quam secunda acies Romana ad prima signa integri fessis successerunt: Etrusci, quia nul-

3. *extemplo tesseram dari iubet:* PM: quamquam primo in P „terseram" fuerat. Cf. 7, 35.: tesseram dari iubet.

6. *et haud procul hoste instruxit aciem:* PM. — Lov. 4. al.: et haud procul ab hoste cet. Leid. I. Voss. II. Pall. 1. 3. al.: et haud procul hostem. Cf. 6, 16.: iamque haud procul seditione res erat.

7. *aliquādiu intenti utrīque steterunt:* M m. 2. P. — M m. 1.: *utrique.* Utrumque verum esse potest. cf. 9, 22.: insignis utrimque clades. — PM: et prius sol meridie se inclinauit quam telum hinc aut illinc emissum est. — Paulo post scriptum erat m. 1. in M: infetare. M m. 3. P: infecta re.

12. *nec segnius a Romanis pugna initur:* M] nec segnius ab Romanis cet. (recc. codd.). In P excidit *a.* — Si non praesens sed praeteritum scriptum esset, dubitarem an praepositio omittenda esset. In Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al. exciderunt haec verba ab *nec segnius* ad *initur.* — Pall. 1. 2. Voss. II. omnesque Drak. codd. recentiores: „numero hostis uirtute romanus supererat.

13. *anceps proelium multos utrimque et fortissimum quemque absumit:* P. — M m. 1.: et fortissi quemque adsumit. m. 2.: fortissimum. — M: secunda acies romanos ad prima signa cet. — In Leid. I. et Lov. 4. omnia ea quae inter *prima* et *prima* scripta sunt exciderunt.

lis recentibus subsidiis fulta prima acies fuit, ante signa circaque omnes ceciderunt. nullo umquam proelio fugae minus nec plus caedis fuisset, ni obstinatos mori Tuscos nox texisset ita ut victores prius quam victi pugnandi finem facerent. post occasum solis signum receptui datum est, nocte ab utroque in castra reditum. nec deinde quicquam eo anno rei memoria dignae apud Sutrium gestum est, quia et ex hostium exercitu prima tota acies deleta uno proelio fuerat subsidiariis modo relictis vix quod satis esset ad castrorum praesidium, et apud Romanos tantum vulnerum fuit ut plures post proelium saucii decesserint quam ceciderant in acie.

XXXIII. Q. Fabius insequentis anni consul bellum ad Sutrium excepit, collega Fabio C. Marcius Rutilus datus est:

3. *ni obstinatos mori Tuscos nox texisset:* PM. — Leid. I. Voss. II. Lov. 4. Pall. 1. 3.: morituros coss. nox cet. Recc. quid codd.: mori etruscos nox cet. Cf. 1, 23.: quo propior ex Tuscis. 9, 25.: obstinatos claudere. — Paulo ante scriptum erat in M: fug*a* *e*minus. — P: it*a* *a*ut uictores prius quam uicti.

6. *nec deinde quicquam eo anno rei memoria dignae apud Sutrium gestum est:* M. — P: memoriae. In cod. Sig. aliisque recc. libris scriptum est „memoria dignum“, quasi *rei* abesset.

9. *subsidiariis modo relictis uix quod satis esset ad castrorum praesidium:* PM. Dukerus se explicare posse negat, qui h. l. Livius subsidiariorum militum Samnitium mentionem facere potuerit, cum paulo ante scripserit, nullis recentibus subsidiis primam eorum aciem fultam fuisse. sed priore loco Livius unam tantum a Samnitibus instructam fuisse aciem scripsit, non duas aut tres qui mos Romanorum fuit: qua prima acie victa nullos fuisse qui in locum eorum succederent: altero loco subsidiarios milites eos dicit qui ad castrorum praesidium relicti erant nec processerant in aciem. — PM: ut plures post proelium saucii decesserint quam ceciderant in acie. Voss. II.: „quam ceciderint in acie“. non video cur hic coniunctivus Drakenborchio magis latine videri potuerit quam indicativus *ceciderant*.

13. *Q. Fabius insequentis anni cos.:* P. — M: „que fabius insequentis anni coš.“ cf. 6, 6.: te Q. Servili. In Drakenb. codd. excidit *Q.* — M

ceterum et Fabius supplementum ab Roma adduxit et novus exercitus domo accitus Etruscis venit. — Permulti anni iam erant cum inter patricios magistratus tribunosque nulla certamina fuerant, cum ex ea familia quae velut fatalis cum tribunis ac plebe erat certamen oritur. Ap. Claudius censor circumactis decem et octo mensibus, quod Aemilia lege finitum censurae spatium temporis erat, cum C. Plautius collega eius magistratu se abdicasset, nulla vi conpelli ut abdicaret potuit. P. Sempronius erat tribunus plebis qui

m. 1.: ad satrium. M m. 2. P: ad sutrium. — Leid. I.: collega Fabio C. Marcius Rutilius datus. PM: collega fabio c. martius rutilius datus.

1. *ceterum et Fabius supplementum ab Roma adduxit:* Prisc. 15, 2. 9. — PM omnesque meliores et Palatini et Drakenb. codd.: „ceterum et Fabius supplementum ab Roma *ab*duxit“.

2. *permulti anni iam erant cum inter patricios magḡ tribunosq. nulla certamina fuerant:* PM (Leid. I. Voss. II. al.). — Lov. 4.: permulti iam anni erant. — P cod. Klock. omnesque prope recc. Drak. codd.: „quae uelut fatalis cum tribunis ac plebe erat“ („die gleichsam vom Schicksal bestimmt war dem Volke entgegenzutreten“): quamquam primo et in P et in M fuerat: „fatales“. Haec verba significare, Claudiam gentem sibi sortem datam esse putasse cum tribunis ac plebe contendendi plebique adversandi, vix quemquam praeterierit. cf. simillimus locus 9, 1.: „si nihil *cum* potentiore iuris humani relinquitur inopi“. Quamquam haec adversativa vis particulae *cum* satis nota esse debuit (cf. bellum gerere cum aliquo), tamen et huic loco viri docti coniecturis suis mederi voluerunt: nam qui Frobenianam editionem pararunt, scribi voluerunt „quae velut fatalis tum tribunis ac plebi erat“, et I. Fr. Gronovius pro *fatalis* poni maluit „nata litibus“.

6. *circumactis decem et octo mensibus:* PM. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: actis decem et octo mensibus. Cf. ex. gr. 23, 30.: circumacto tertio anno punici belli. 9, 22.: anno circumacto. al. — PM: quod *Aemilia lege* finitum censurae spatium temporis erat. Cf. 4, 24. — Lov. 4. al.: ut *se* abdicaret.

9. *P. Sempronius erat tr̄. pl̄.:* M. — P: p̄. semphronius erat tr̄. pl̄. „Es war der Volkstribun P. Sempronius, der es auf sich genommen hatte, die Dauer der Censur wieder auf die vom Gesetz

finiendae censurae intra legitimum tempus actionem susceperat non popularem magis quam iustam nec in vulgus quam optimo cuique gratiorem. is cum identidem legem Aemiliam recitaret auctoremque eius Mamercum Aemilium dictatorem laudibus ferret, qui quinquennalem ante censuram et longinquitate potestatem dominantem intra sex mensum et anni coegisset spatium, „dic agedum“ inquit „Appi Claudi, quidnam facturus fueris, si eo tempore, quo C. Furius et M. Geganius censores fuerunt, censor fuisses“. negare Appius interrogationem tribuni magno opere ad causam perti-

bestimmte Zeit zurückzuführen, ein Vorhaben wobei er nicht so wohl das was dem Volke erwünscht war als vielmehr das Recht der Sache, das den Patriciern eben so sehr als den Plebejern am Herzen lag, im Auge hatte“. Haec interpretatio ne quem fallere posset, Loveliani quarti librarius scripsit „non *tam* popularem quam iustam“.

4. *auctoremque eius Mamercum Aemilium dictatorem laudibus ferret:* PM. — M: ferret qui quinnalem āte censuram cet. — PM: „intra sex mensum et anni coegisset spatium“: h. e. circumscripsisset. — Drakenb. codd.: mensium. Cf. 3, 25.: duum mensum spatium. 29, 3.: frumentum sex mensum imperatum (Put.). 8, 2. al.

7. *dic agedum inquit appii claudii quidnam facturus fueris si eo tempore quo c̄. furius* (M: farius) *et m̄. geganius censores fuerunt* (P m. 1.: fuerant) *censor fuisses:* PM. Cf. 9, 11.: Spuri Postumi. Aule Corneli. i lictor. al.

10. *magno opere:* PM al.] magnopere. Cf. 6, 5. — Leid. I. Voss. II. Lov. 4. multique alii codd.: lata est qua post cet. — PM: „populū iussisset“: sed m. 1. videtur in M fuisse „populum iussisse“. — M: quodque postremum iussisset adiuratumq. ēēt non tam̄ aut se aut eorum quemquam qui postea | legem cet. P: non tū aut se cet. — „Appius erklärte sich dahin, dass diese Frage des Tribunen nicht ganz für sein Verhältniss passe: denn wenn jenes vom Ämilius veranlasste Gesetz auch mit Recht die Censoren, unter deren Censur es gegeben worden, gebunden hätte, eben weil die Bestätigung des Gesetzes erfolgt sei nachdem sie zu Censoren gewählt worden, und weil das was zuletzt bestimmt worden (für den, in Bezug auf den es gegeben) bindende Kraft habe,

nere suam: nam et si tenuerit lex Aemilia eos censores quorum in magistratu lata esset, quia post illos censores creatos eam legem populus iussisset quodque postremum iussisset id ius ratumque esset, non tamen aut se aut eorum quemquam qui post eam legem latam creati censores essent teneri ea lege potuisse.

XXXIV. Haec sine ullius adsensu cavillante Appio „est“ inquit „Quirites illius Appii progenies, qui decemvir in annum creatus altero anno se ipse creavit, tertio nec ab se nec ab ullo creatus privatus fasces et imperium obtinuit, nec ante continuando abstitit magistratu quam obruerent eum male parta male gesta male retenta imperia: haec est eadem familia Quirites, cuius vi atque iniuriis conpulsi extorres patria Sacrum montem cepistis, haec adversus quam tribunicium auxilium vobis conparastis, haec propter quam duo exercitus Aventinum insedistis, haec quae fenebres le-

so könne doch weder er noch irgend einer derer die nach der Censur jener Männer zu diesem Amte erwählt worden, durch dasselbe Gesetz sich für gebunden halten“: (was für sie nur dann bindende Kraft haben würde, wenn es vor dem Beginn einer neuen Censur gegeben wäre, nicht innerhalb einer schon angetretenen).

8. *est inquit Quirites illius Appii progenies:* PM Leid. I. Pall. 1. 3. Voss. II. Lov. 4. al.] en inquit cet. „Das ist wieder einer aus der Familie des Appius“ u. s. w. — In M tamen scriptum est „illius appio“. — P: „qui xuirum in annum creatus“. In M scriptum quidem legitur „qui xuir | in annum creatus“, sed post *uir* aliquid erasum est. cf. 3, 40.: decemvir ipse habuerit. — Paulo post M: *ne* ante continuando abstitit. — PM Leid. I. cod. Klock. melioresque omnes codd.: obruer*ent*.

12. *haec est eadem familia quir̄ cuius ui atque iniuriis conpulsi extorres patria sacrum montem cepistis:* M m. 2. P, nam m. 1. scriptum erat in M „ui*i*“. — Paulo post P: insedistis haec quae fenebres leges haec quae agrarias semper inpugnauit. hec conubia cet. M: „*r*inse | distis *haec quae* agrarias semp̄ inpugna | uit. haec conubia“ cet. quattuor verbis mediis praetermissis. Cf. 4, 1.: de co*n*ubio patrum et plebis. — PM: obsaepsit.

ges haec quae agrarias semper inpugnavit: haec conubia patrum et plebis interrupit, haec plebi ad curules magistratus iter obsaepsit: hoc est nomen multo quam Tarquiniorum infestius vestrae libertati. itane tandem Appi Claudi, cum centesimus iam annus sit ab Mam. Aemilio dictatore, tot censores fuerint nobilissimi fortissimique viri, nemo eorum duodecim tabulas legit? nemo id ius esse quod postremo populus iussisset sciit? immo vero omnes sciverunt et ideo Aemiliae potius legi paruerunt quam illi antiquae, qua primum censores creati erant, quia hanc postremam iusserat populus et quia, ubi duae contrariae leges sunt, semper antiquae obrogat nova. an hoc dicis Appi, non teneri Aemilia lege populum? an populum teneri, te unum exlegem esse? tenuit Aemilia lex violentos illos censores C. Furium et M. Geganium, qui quid iste magistratus in re publica

3. *hoc est nomen multo quam Tarquiniorum infestius uestrae libertati:* PM. — Multi recc. codd.: nostrae libertati. — Deinde scriptum est in P m. 1. et in M: itane tandem appii claudii cum centesimus iam annus sit ab mam. aemilio dictatore tot censores fuerint nobilissimi fortissimique uiri cet. — Leid. I. Voss. II. al.: „nobilissimique fortissimi uiri". hinc alii codd.: nobilissimique fortissimique uiri.

7. *nemo id ius esse quod postremo populus iussisset sciit:* PM] nemo — scivit. — PM: immo uero omnis sciuerunt. Cf. 9, 22.: omnes qui circa erant. — Leid. I. Voss. II. al.: nemo id iussisse quod postremo cet. Leid. I.: immo uero omnes sciuerint — legi paruerint. Voss. II.: immo uero omnis sciuerit. — M cod. Thuan. omnesque Drak. codd.: quia hanc postrem*am* iusserat populus. P: „quia hanc postrem*um* iusserat populus": (cf. quod paulo ante scriptum erat „quod *postremo* populus iussisset"). — PM Leid. I. cod. Klock.: „semper antiquae obrogat noua". Multi recc. codd.: „abrogat". sed abrogat legem, qui legem tollit aut efficit ut tollatur: obrogat legi, qui aliquam partem legis cuiusdam pro mutatis temporum rationibus mutatam vult.

13. *te unum exlegem esse:* PM. — Leid. I. multique alii recc. codd.: ex lege. Lov. 4.: extra legem. Cf. Cic. pro Cluent. 34, 94.: non quod illi aut exlegem esse Sullam — putarent.

15. *quid iste magistratus in*

male facere posset indicarunt, cum ira finitae potestatis Mam. Aemilium principem aetatis suae belli domique aerarium fecerunt: tenuit deinceps omnis censores intra centum annorum spatium, tenet C. Plautium collegam tuum hisdem auspiciis eodem iure creatum. an hunc non ut qui optimo iure censor creatus esset populus creavit? tu unus eximius es in quo hoc praecipuum ac singulare valeat? quem tu

re p̄. male facere posset: P] quid iste magistratus in re publica mali facere posset (ex coni. Iac. Gronovii). — Drakenb. codd.: male facere posset. M: quid iste magistratus in rep̄. mala | facere posset. — *Quid mali* fortius dictum est quam ut rationi huius loci aptum videretur. non enim censuram ipsam tribunus impugnare vult sed nimiam eius longinquitatem. „Was jenes Amt auch Nachtheiliges bewirken könnte". — Paulo ante scriptum est non minus in PM quam in rell. codd.: „illos censores m̄. furium et m̄. geganium" (cf. 9, 33. et 4, 22.): in M etiam „uiolentes illos censores". — PM: aerarium fecerunt. Cf. 4, 24.

3. *tenuit deinceps omnis censores:* M] tenuit deinceps omnes censores (P). — PM multique alii codd.: intra certum annorum spatium. — PM: hisdem auspiciis. Cf. 3, 68.: hisdem istis ferocibus animis. — M: eodem iurae creatum.

5. *an hunc non ut qui optimo iure censor creatus esset populus creauit:* P m. 2. M: „oder hat ihn das Volk etwa so gewählt dass er sich nicht nach dem ganzen Umfang der einem Censor zukommenden Rechte für gewählt ansehen dürfte". — P m. 1.: anuncn ut qui optimo iure cet. m. 2.: anhuncn̄ut qui cet.

6. *tu unus eximius es in quo hoc praecipuum ac singulare ualeat:* P m. 2. M m. 2. — P m. 1. M m. 1.: hoc praecipuum *h*ac singulare. — In Drak. codd. excidit *tu*.

7. *quem tu regem* (M: legē) *sacrificiorum crees amplexus regni nomen ut qui optimo iure rex Romae creatus sit creatum se dicet:* PM: nisi quod in M m. 1. *dicit* scriptum erat. „Wird der, nachdem ihm ein königlicher Titel zu Theil geworden, seine Wahl als eine solche ansehen, wie wenn er mit unumschränkter Vollmacht zum Könige in Rom erwählt worden wäre". Non *regem sacrificulum* — quod verum eius dignitatis nomen fuisse 2, 2. al. videmus —

regem sacrificiorum crees, amplexus regni nomen ut qui optimo iure rex Romae creatus sit creatum se dicet? quem semestri dictatura quem interregno quinque dierum contentum fore putes? quem clavi figendi aut ludorum causa dictatorem audacter crees? quam isti stolidos ac socordes videri creditis eos qui intra vicesimum diem ingentibus rebus gestis dictatura se abdicaverunt aut qui vitio creati abierunt magistratu? quid ego antiqua repetam: nuper intra decem annos C. Maenius dictator, quia, cum quaestiones severius quam quibusdam potentibus tutum erat exerceret, contagio eius quo quaerebat ipse criminis obiectata ab inimicis est, ut privatus obviam iret crimini dictatura se abdicavit. nolo

sed *regem sacrificiorum* Livius h. l. scripsit, quo maior vis in voce *regem* poneretur.

2. *quem semestri dictatura quem interregno quinque dierum contentum fore putes:* PM: nisi quod in P „dictatura *que* interregno", et in M m. 1. „fore*s*" scriptum est. — PM: dictatorem *audacter* crees; „mit gutem Vertrauen dass er von der ihm anvertrauten Macht keinen Missbrauch machen werde".

5. *quam isti* (scil. Appio) *stolidos ac socordes uideri creditis eos:* P. — M: quam isti stolidi ac socordes uideri cet. Recc. quidam codd.: quam istos stolidos ac socordes uideri. Voss. II. al.: secordes.

8. *quid ego antiqua repetam:* PM. — Unus recentior cod.: sed quid. — PM rell.: nuper intra decem annos C. Maenius dictator cet. Cf. 9, 26. Pro iustiore temporum ratione Klockius et Iac. Gronovius *intra quinque annos* scribi voluerunt. sed si Livius id voluisset, *intra quinquennium* scripsisset. verum iam vox *nuper* docere videtur, tribunum non tam temporis quam rei laudandae rationem habere velle: „erst vor Kurzem noch um bei den letzten zehn Jahren stehen zu bleiben". — M m. 2. P: exerceret. M m. 1.: exerceturet.

10. *contagio eius quo querebat ipse criminis obiectata ab inimicis est:* PM] contagio eius quod quaerebat ipse cet. — „*Quo quaerebat ipse*" („in Ansehung dessen er selbst Untersuchungen anzustellen hatte") etiam in omnibus Drak. codd. inventum est: nec id reiiciendum erat, cum apud antiquos ablativi vis multo latius quam vulgo creditur patuerit.

ego istam in te modestiam: ne degeneraveris a familia imperiosissima et superbissima, non die non hora citius quam necesse est magistratu abieris, modo ne excedas finitum tempus. satis est aut diem aut mensem censurae adicere? triennium inquit et sex menses ultra quam licet Aemilia lege censuram geram et solus geram. hoc quidem iam regno simile est. an collegam subrogabis, quem ne in demortui quidem locum subrogari fas est? paenitet enim quod antiquissimum sollemne et solum ab ipso cui fit institutum deo ab nobilissimis antistitibus eius sacri ad servorum mini-

1. *ne degeneraueris a familia imperiosisissima et supuissima:* P. — M: imperiosissima superbissima|. — P m. 2. M: non die non hora citius quam necesse est magistratu abieris. P m. 1.: quam nec ÷ magistratu cet.

4. *satis est aut diem aut mensem censurae adicere:* PM: „und genügt es ihm nun etwa einen Tag oder einen Monat seinem Amte zuzulegen". — M: inquid. — M: et solus geram. hoc quidem iam regno simile est cet. P: „et solus hoc quidem iam regno simile est an collegam subrogabis quē gerā ne in demortui quidem (m. 1.: quidam) locū subrogari fas est". Cf. T. Livi l. xxx. p. xlvii. v. — M: subrogare fas est. Cf. 5, 31.: „C. Iulius censor decessit: in eius locum M. Cornelius suffectus, quae res postea religioni fuit quia eo lustro Roma est capta: nec deinde umquam in demortui locum censor sufficitur".

8. *paenitet enim:* PM: „freilich damit bist du nicht zufrieden, dass du jenes alte feierliche Opfer Sklaven übertragen, und dass in Folge dieser deiner Einrichtungen ein ganzes Geschlecht, das älter war als unsere Stadt, aussterben musste, wenn du nicht auch den ganzen Staat durch dein verruchtes Beginnen in Verderben stürzest". — P: antiquissimum sollemne. M: solemne. — P cod. Klock.: ab ipso qui fit institutum deo. M: ab ipso cui fit institutum deeo. Cf. 1, 7. — PM al.: ab nobilissimis antis*ti*bus. Leid. i.: antestibus. — M: hospicio deorum inmortalium sancta. P cod. Klock.: auspicio deorum inmortalium sancta. — M: propter | ac tuā censuram. m. 4.: propter | hāc tuā censuram. — P: nisi uniuersam remp̄. eo nefario obstrinxeris. M: nisi uniuersam remp̄. eo nefario abstinxeris. — PM: quod ominari. — Paulo post M: m̄. cornilium maluginensem.

sterium religiosus censor deduxisti, gens antiquior originibus urbis huius hospitio deorum inmortalium sancta propter te ac tuam censuram intra annum ab stirpe extincta est, nisi universam rem publicam eo nefario obstrinxeris, quod ominari etiam reformidat animus: urbs eo lustro capta est, quo demortuo collega C. Iulio censore L. Papirius Cursor ne abiret magistratu M. Cornelium Maluginensem collegam subrogavit. et quanto modestior illius cupiditas fuit quam tua Appi? nec solus nec ultra finitum lege tempus L. Papirius censuram gessit: tamen neminem invenit qui se postea auctorem sequeretur, omnes deinceps censores post mortem collegae se magistratu abdicarunt: te nec quod dies exit censurae nec quod collega magistratu abiit nec lex nec pudor coercet, virtutem in superbia in audacia in contemptu deorum hominumque ponis. ego te Appi Claudi pro istius magistratus maiestate ac verecundia quem gessisti non modo manu violatum sed ne verbo quidem inclementiori a me appellatum vellem, sed et haec quae adhuc egi pervicacia tua et superbia coegit me loqui et, nisi Aemiliae legi parueris, in vincula duci iubebo nec, cum ita

8. *et quanto modestior illius cupiditas fuit quam tua Appi:* PM. — Leid. I. al.: quam tu Appi.

11. *omnes deinceps censores post mortem collegae se magistratu abdicarunt:* PM cod. Klock. — Leid. I. Pal. 1. omnesque rell. Drak. codd.: omnes deinceps censores post mortem censoris collegae cet.

12. *te nec quod dies exit censurae:* PM rell. — PM Leid. I. Voss. II. al.: ne quod collega magistratu abiit. — P: cohercet. uirtutem in superuia cet. — M: in contemptu dōrum hominumq. ponis.

15. *ego te Appi Claudi:* P m. 2. — P m. 1. M: appii claudii. — M: magestate. — Lov. 4.: inclementiore. — M: peruicatia tua. — PM: in uincula duci iubebo. Cod. Sigon. aliique recc.: te in uincula duci iubebo. — M Leid. I.: „nisi duo conficerint“. Voss. II. al.: „conficerent“. sed in P scriptum est *confecerint.* — PM omnesque et Pall. et Drak. codd.: „nec — solum censuram gerere *non* patiar“. in uno cod. Voss. I. *non* omissum esse dicitur.

conparatum a maioribus sit ut comitiis censoriis nisi duo confecerint legitima suffragia non renuntiato altero comitia differantur, ego te qui solus censor creari non possis solum censuram gerere patiar". haec taliaque cum dixisset, prendi censorem et in vincula duci iussit: adprobantibus sex tribunis actionem collegae tres appellanti Appio auxilio fuerunt, summaque invidia omnium ordinum solus censuram gessit.

XXXV. Dum ea Romae geruntur, iam Sutrium ab Etruscis obsidebatur consulique Fabio imis montibus ducenti ad ferendam opem sociis temptandasque munitiones si qua posset, acies hostium instructa occurrit, quorum ingentem multitudinem cum ostenderet subiecta late planities, consul ut loco paucitatem suorum adiuvaret flectit paululum in clivos agmen — aspreta erant strata saxis —, inde signa in hostem obvertit. Etrusci omnium praeter quam multitudinis suae qua sola freti erant inmemores proelium ineunt adeo raptim et avide ut abiectis missilibus, quo celerius manus consererent, stringerent gladios vadentes in hostem: Romanus contra nunc tela nunc saxa, quibus eos adfatim

4. *haec taliaque cum dixisset prendi censorem et in uincula duci iussit:* PM. — Recc. quid. codd.: prehendi. Voss. I.: in uincla duci. — M: tres appellanti appio auxilio fuerant.

9. *imis montibus ducenti ad ferendam opem sociis temptandasq. munitiones si qua posset:* P m. 2. M: „wenn er auf irgend eine Weise dazu kommen könnte". In Leid. I. scriptum est „si quas posset": scil. munitiones temptare. — P m. 1.: tetandasq. Cf. 9, 22.: temptatis viribus. — P: subiecta late planicies. M: subuecta late planities. — PM Leid. I.: „adiuuaret & flectit paululum in cliuos agmen". Hinc Pall. 1. 3. Voss. II. al.: de[illegible]tit. Cf. 9, 19.: simul Punico Romanoque obrutus bello. — M: asperta erant strata saxis.

19. *romanus contra nunc tela nunc saxa quibus eos adfatim locus ipse armabat ingerere:* PM. — Leid. I. Pall. 1. 3. Voss. II. Lov. 4. al.: romanos (nominativus?). — P: scuta galaeque ictae. M: scuta galeaeque ictae. Voss. I. al.: icta. — Ad „quos non vulneraverant" supplendum esse vel Romani vel tela saxaque nemo non videt. „Während dies nun, sobald Schilde und Helme von den

locus ipse armabat, ingerere: igitur scuta galeaeque ictae cum etiam quos non vulneraverant turbarent — neque subire erat facile ad propiorem pugnam neque missilia habebant quibus eminus rem gererent —, stantes et expositos ad ictus, cum iam satis nihil tegeret, quosdam etiam pedem referentes — fluctuantemque et instabilem aciem — redintegrato clamore strictis gladiis hastati et principes invadunt. eum impetum non tulerunt Etrusci versisque signis fuga effusa castra repetunt: sed equites Romani praevecti per obliqua campi cum se fugientibus obtulissent, omisso ad castra itinere montes petunt: inde inermi paene agmine ac vexato vulneribus in silvam Ciminiam penetratum. Romanus multis milibus Etruscorum caesis duodequadraginta signis militaribus captis castris etiam hostium cum praeda ingenti potitur: tum de persequendo hoste agitari coeptum.

XXXVI. Silva erat Ciminia magis tum invia atque

Würfen der Römer getroffen worden, selbst bei denen die nicht wirklich verwundet wurden, Verwirrung hervorbringen musste". — PM: „quosdam etiam pedem referentes". Et haec verba et *stantes et expositos* pendent ex *invadunt.* — PM: fluctuantem*que et* instabilem aciem cet. Particulae *que et* h. l. significare debent idem quod *et et:* „da greifen die Römer — den schon in Unordnung gebrachten und nicht mehr Stand haltenden Feind an". Cf. 2, 57.: tribunique et consules. — P m. 1.: astati.

8. *eum impetum non tulerunt Etrusci:* M m. 2. P. — M m. 1.: eum impetum non tulerunt & uersisq. signis fuga effusa castra repetunt. — P: uersisque signis pugne fuga effusa castra repetunt. Cod. Klock.: uersisque signis pene fuga cet.

9. *sed equites romani praeuecti per obliqua campi:* PM: „schräg durch das Feld hin ihnen voraneilend, zuvorkommend": *praeuecti* enim non idem h. l. quod *praeteruecti* (an ihnen vorbeireitend) esse potest. — M m. 1.: omissa. M m. 3. P: omisso ad castra itinere.

12. *Romanus multis millibus Etruscorum caesis duo de xl. signis militaribus captis* cet.: PM. — In Leid. 1. cod. Klock. Lov. 4. al. non *milibus* sed *militibus* scriptum est.

16. *silua erat Ciminia magis tum inuia atque horrenda*

horrenda quam nuper fuere Germanici saltus, nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita. ea intrare haud fere quisquam praeter ducem ipsum audebat, aliis omnibus cladis Caudinae nondum memoria aboleverat. tum ex his qui aderant — consulis fratrem M. Fabium, Caesonem alii, C. Claudium quidam matre eadem qua consulem genitum tradunt — speculatum se iturum professus brevique omnia certa adlaturum. Caere educatus apud hospites Etruscis

quam nuper fuere Germanici saltus: PM al. C. Sigonius laudavit similem locum Flori 1, 17.: „Ciminius interim saltus in medio ante invius — plane quasi Caledonius vel Hercynius — adeo tum terrori erat, ut senatus consuli denuntiaret ne tantum periculi ingredi auderet. sed nihil horum terruit ducem quin fratre praemisso exploraret accessus“. — PM: nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita. Lov. 4.: nulli ne mercatorum quidem ad eam diem adita.

2. *ea intrare haud fere quisquam praeter ducem ipsum audebat:* PM rell.] eam intrare cet. „Dort einzudringen hatte fast kein Anderer als der Anführer allein den Muth“. Cf. 7, 33.: *qua* nunc erectae micant hastae. Caes. b. gall. 7, 73.: quini erant ordines coniuncti inter se atque inplicati, *quo* qui *intraverant*, se ipsi acutissimis vallis induebant. Plinii hist. nat. 6, 29. 35.: *intravere* autem et *eo* arma romana Divi Augusti temporibus. — PM: aliis omnibus cladis Caudinae nondum memoria aboleuerat. Cf. 1, 23.: cum re nomen quoque vetustate abolevit.

4. *tum ex his qui aderant:* M m. 2. P] tum ex iis qui aderant. — I. e. qui in consilio aderant. — P cod. Gel.: „consulis fratrem m̄. fabium caesonem alii c̄. claudium quidam matre eadem qua consulem genitum tradunt“: i. e. alii dicunt hunc fuisse consulis fratrem germanum, alii Caium Claudium fratrem consulis uterinum. sed etiam inter eos qui eum germanum consulis fratrem fuisse contendunt, hoc discrepat, quod alii ei Marco alii Caesoni praenomen fuisse tradunt. — In M scriptum est: consulis fratrem m̄. fabium caesonem alii c̄. claudium quidam matre eadem quidem | consulē genitum tradant. — PM: „speculatum se iturum professus breuique omnia certa adlaturum“. In Voss. II. multisque recc. praetermissum est *certa*.

8. *Caere educatus*

inde litteris eruditus erat linguamque Etruscam probe noverat. habeo auctores vulgo tum Romanos pueros sic ut nunc Graecis ita Etruscis litteris erudiri solitos, sed propius est vero praecipuum aliquid fuisse in eo qui se tam audaci simulatione hostibus inmiscuerit. servus ei dicitur comes una fuisse nutritus una eoque haud ignarus linguae eiusdem, nec quicquam aliud proficiscentes quam summatim regionis quae intranda erat naturam ac nomina principum in populis accipere, ne qua inter conloquia insigni nota haesitantes deprendi possent: iere pastorali habitu, agrestibus telis falcibus gaesisque binis armati: sed neque commercium lin-

spites etruscis inde litteris eruditus erat: PM. Cf. Cic. de divin. 1, 41.: „Etruria autem de caelo tacta scientissime animadvertit, eademque interpretatur, quid quibusque ostendatur monstris atque portentis. quocirca bene apud maiores nostros senatus tum cum florebat imperium decrevit, ut de principum filiis sex singulis Etruriae populis in disciplinam traderentur, ne ars tanta propter tenuitatem hominum a religionis auctoritate abduceretur ad mercedem atque quaestum“.

2. *habeo auctores uulgo tum Romanos pueros sic ut nunc graecis ita etruscis litteris erudiri solitos:* PM. — Leid. I.: abeo auctores uulgatum romanos cet. — P m. 1.: aliquit.

6. *nutritus una eoque haud ignarus linguae eiusdem:* P m. 2. — P m. 1. M: aud ignarus. — M: eiusdē. & ecquic | quā aliud proficiscentes quam summatim regionis quae intranderat naturam ac nomina cet. m. 2.: intranda erat. — P Leid. I. Lov. 4. al.: naturam agnomina.

9. *accipere:* PM Leid. I. al.] accepere. — M: neq. inter conloquia insigni nota haesitantes deprendi possent. iere pastoralii habitu. — P: agrestibus teliis. — PM: „falcibus caesisq. binis armati“. Cf. 26, 6.: „summum pectus caeso (Put.) ictum est“. sed 8, 8. in PM scriptum est „qui hastam tantum gaesaque gererent“.

11. *sed neque commercium linguae* („das vermittelnde Band der Sprache“) *nec uestis armorumue habitus sic eos texit:* PM: nisi quod in M scriptum est „cōmertium“. Cf. 1, 18.: ex quibus locis — quae fama in Sabinos aut quo linguae commercio quemquam ad cupiditatem di-

uae nec vestis armorumve habitus sic eos texit, quam uod abhorrebat ab fide quemquam externum Ciminios salıs intraturum. usque ad Camertes Umbros penetrasse diuntur: ibi qui essent fateri Romanum ausum introductumue in senatum consulis verbis egisse de societate amiciiaque, atque inde comi hospitio acceptum nuntiare Romais iussum commeatum exercitui dierum triginta praesto ɔre si ea loca intrasset, iuventutemque Camertium Umbroum in armis paratam imperio futuram. haec cum relata onsuli essent, inpedimentis prima vigilia praemissis legioibus post inpedimenta ire iussis ipse substitit cum equiatu, et luce orta postero die obequitavit stationibus hotium quae extra saltum dispositae erant, et cum satis diu enuisset hostem, in castra sese recepit portaque altera gressus ante noctem agmen adsequitur. postero die luce rima iuga Ciminii montis tenebat: inde contemplatus opuenta Etruriae arva milites emittit: ingenti iam abacta praeda

scendi excivisset. — M m. 1.: „intraturā". deinde eadem m. 1.: intraturū.

4. *ibi qui essent fateri romanum ausum:* PM rell. „Ausum" referri non potest ad „dic*untur*", sed supplendum est *dicunt* ex *dicuntur*. — P: consulis uerbis („im Namen des Consuls") egisse. M: „consulis ue*ste*s egisse": sed litterae *ste* sunt m. 2. in loco raso. — M m. 1.: de societate amicitiamq. inde comi hospitio acceptum. m. 2.: amicitiaq. atq. inde comi hospitio accepto. — M: „exercitui † dierum xxx presto fore": medio loco aliquid erasum est. — M: iuuentutemque camercium umbrorum.

10. *inpedimentis prima uigilia praemissis:* P m. 2. M. — P m. 1.: praemisis. — M: „et luce orta | postero die obequitatu et luce orta | postero die obequitatit". sed priora sex verba inducta sunt ultimoque loco scriptum „obequitauit". — M m. 1.: dispositae | erat.

15. *postero die luce prima iuga ciminii montis tenebat:* M. — P: ciminli montis. Voss. I. al.: ciminl montis. — M: opulenta etruriae arua milites emitit ingenti iam abacta praeda tumultuaria cet. P cod. Klock.: opulent*ia* etruriae arua cet. Cf. 2, 14. — Verba „ingenti iam abacta" exciderunt in Leid. I. Voss. II. Lov. 4 — M: adeo inconposite.

tumultuariae agrestium Etruscorum cohortes repente a principibus regionis eius concitatae Romanis occurrunt adeo inconpositae, ut vindices praedarum prope ipsi praedae fuerint. caesis fugatisque iis late depopulato agro victor Romanus opulentusque rerum omnium copia in castra rediit. eo forte quinque legati cum duobus tribunis plebis venerant denuntiatum Fabio senatus verbis ne saltum Ciminium transiret: laetati serius se quam ut inpedire bellum possent venisse, nuntii victoriae Romam revertuntur.

XXXVII. Hac expeditione consulis motum latius erat quam profligatum bellum: vastationem namque sub Ciminii montis radicibus iacens ora senserat conciveratque indignatione non Etruriae modo populos sed Umbriae finitima: itaque quantus non umquam antea exercitus ad Sutrium venit, neque e silvis tantum modo promota castra sed etiam aviditate dimicandi quam primum in campos delata acies:

4. *caesis fugatisque iis late depopulato agro uictor romanus opulentusque* (P m. 1.: opulentosq.) *rerum omnium copia in castra rediit:* PM: „der siegreiche und durch eine Masse von Beute aller Art bereicherte Römer". I. Fr. Gron. „opulentus rerum omnium in castra rediit" scribendum coniecit. et in Pall. 1. 3. Voss. II. *copia* excidit.

6. *eo forte quinque legati cum duobus tr̄. p̄l. uenerant:* P. Cf. 29, 20. quo loco in consilium ad P. Cornelii Scipionis causam cognoscendam profecti dicuntur cum praetore legatisque etiam tribuni plebis, qui Scipionem prehendi iuberent ac iure sacrosanctae potestatis reducerent. — M: eo forte quinque legati cum duobus tbr̄. p̄l. uenerant cet. — M: laetati seriusse quā ut inpedire bellum possent uenisse nuncii uictoriae romanā reuertuntur. m. 4.: „laetati seri'iuisse quā ut" cet. dein *romā* pro „romanā". in margine etiam eadem m. 4. scriptum est „l romane".

13. *itaque quantus non umquam antea exercitus ad Sutrium uenit:* M. — P: quantus n̄ numquam antea. — M m. 3. P: neque e siluis tantum modo promota castra. M m. 1.: promoto. „Und brach nicht allein nur aus den Wäldern hervor". Lov. 4.: „exiluis". hinc Voss. II. al.: ex siluis.

deinde instructa primo suo stare loco relicto hostium ad instruendum contra spatio, dein postquam detractare hostem sensere pugnam, ad vallum subeunt: ubi postquam stationes quoque receptas intra munimenta sensere, clamor repente circa duces ortus ut eo sibi e castris cibaria eius die deferri iuberent, mansuros se sub armis et aut nocte aut certe luce prima castra hostium invasuros. nihilo quietior

1. *relicto hostium ad instruendum contra spatio:* PM Leid. I. codd. Thuan. Klock. Voss. II. Lov. 4. al.] relicto hostibus ad instruendum contra spatio (Lov. 2.). — „Nachdem gegenüber zur Aufstellung des feindlichen Heeres Raum gelassen war“. — Nemo non videt ad *hostium* supplendum esse *aciem*: multo enim saepius, quam vulgo creditur, hoc gerundium cum accusativo suo cum apud rell. bonos scriptores tum apud Livium legitur, nec ut volunt in minoris modo auctoritatis codicibus sed in antiquissimis libris. quare ne hoc quidem loco probandum videtur, quod in recentibus quibusdam codd. scriptum est „relicto hostium ad instruendam contra spatio“. hic genitivus vero, quamquam non erat difficile intellectu unde penderet, et aliis locis librariis permutandus videbatur, ex. gr. 30, 8. ubi non *Carthaginiensibus* in antiquis libris scriptum est, sed „Syphax Hasdrubalque Numidicis aduersus Italicum equitatum, *Carthaginiensium* contra Masinissam locatis, Celtiberos mediam aciem in aduersa signa legionum accepere“: h. e. *Carthaginiensium equitatu* vel *equitibus*.

2. *dein postquam detractare hostem sensere pugnam ad uallum subeunt:* P. — In M scriptum est mediis verbis praetermissis „dein post*quam* ad uallum subeunt“.

5. *ut eo sibi e castris cibaria eius die deferri iuberent:* M m. 1. P Leid. I., cod. Klock. al.] ut eo sibi e castris cibaria eius diei cet. (M m. 4.). Cf. genitivus 1, 59.: stupentibus miraculo re. 3, 62.: reliquum die. 5, 23. al. dativus in T. Livi prooem.: tibi tuaeque re publicae. 5, 13.: insanabili pernicie. 8, 31. al. Prisc. 7, 19. — M m. 2. P: mansuros se sub armis. M m. 1.: mansuros sub armis.

7. *nihilo quietior romanus exercitus imperio ducis continetur:* PM: „das römische Heer, eben so streitlustig wie jene, wird durch den Befehl des Feldherrn im Lager zurückgehalten“. — Pall. Voss. II. Lov. 4. al.: nihilo quietus. — Leid. I.: nihilo qui etiam.

Romanus exercitus imperio ducis continetur: decuma erat fere diei hora cum cibum capere consul milites iubet, praecipit ut in armis sint quacumque diei noctisve hora signum dederit. paucis milites adloquitur, Samnitium bella extollit, elevat Etruscos, nec hostem hosti nec multitudinem multitudini conparandam ait esse: praeter ea telum aliud occultum scituros in tempore, inter ea taceri opus esse. his ambagibus prodi simulabat hostes quo animus militum multitudine territus restitueretur, et quod sine munimento considerant, veri similius erat quod simulabatur. curati cibo corpora quieti dant et quarta fere vigilia sine tumultu excitati arma capiunt: dolabrae calonibus dividuntur ad vallum pro-

1. *decuma erat fere diei hora:* M m. 1. P m. 2.] decima cet. (M m. 2.). — P m. 1.: deēuerat. Cf. 5, 23. al. — M: cum cibum capere consul milites iubet. P: *cum* capere osul milites iubet. Leid. I. Voss. II. Pall. 1. 3. Lov. 4. al.: cum cibum capere commilitones iubet. — Multi recc. codd.: et praecipit.

4. *Samnitium bella extollit eleuat Etruscos:* PM: nisi quod in M primo scriptum erat „eruscos“. — *Etruscos* fortius etiam dictum est quam *Etruscorum*. — P m. 2. M: conparandam ait esse. P m. 1.: conparandā aut ēē. — PM: praeterea telum aliud (P: aliut) occultum scituros in tempore (M: intemporae): „ausserdem sollten sie, wenn es Zeit dazu wäre, noch von etwas Anderem hören, das im Geheim vorbereitet für sie mitkämpfen werde“. — P m. 1.: interea tageri opus esse. P m. 2. M: taceri.

9. *considerant* (sc. hostes): PM Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.] consederant. — Quamquam rarior haec forma praeteriti reperitur, tamen, ubi meliorum omnium mscriptorum auctoritate comprobatur, repudianda non est. — M: et quod sine munitione considerant uerbi similius erat quod simulabatur.

10. *curati cibo corpora quieti dant:* PM al. — Lov. 4.: curata cibo corpora quieti dant. Cf. 34, 16.: „omnes appellatos benigne *vinoque et cibo curatos* domos dimisit“: ex Gel. et Mog. codd., nam in Bamb. mscripto media verba desunt.

12. *dolabrae calonibus diuiduntur:* M. — P cod. Klock.: „dola p̄calonibus diuiduntur“: i. e. dolaprae. Cf. 21, 11.: „quingentos ferme Afros cum dolabris ad subruendum ab

ruendum fossasque inplendas: intra munimenta instruitur acies, delectae cohortes ad portarum exitus conlocantur: dato deinde signo paulo ante lucem, quod aestivis noctibus sopitae maxime quietis tempus est, proruto vallo erupit acies, stratos passim invadit hostes, alios inmobiles alios semisomnos in cubilibus suis maximam partem ad arma trepidantes caedes oppressit: paucis armandi se datum spatium est: eos ipsos non signum certum non ducem sequentes fundit Romanos fugatosque persequitur. ad castra ad silvas diversi tendebant: silvae tutius dedere refugium, nam castra in campis sita eodem die capiuntur. aurum argentumque iussum referri ad consulem, cetera praeda militis fuit. caesa aut capta eo die hostium milia ad sexaginta. eam tam claram pugnam trans Ciminiam silvam ad Perusiam pugnatam quidam auctores sunt, metuque in magno civitatem fuisse ne interclusus exercitus tam infesto saltu coortis undique Tuscis Umbrisque opprimerentur: sed ubi-

imo murum mittit". — Paulo post PM.: delectae cohortes ad portarum exitus conlocantur. Leid. I.: locantur.

3. *dato deinde signo paulo ante lucem:* PM. — M: maximae. — Leid. I. Voss. II. cod. Klock. Lov. 4. multique al.: prorupto uallo. PM: proruto uallo erupit acies: „über den geebneten Wall brach die Linie hervor".

9. *fugatosque psequitur:* P] fugatos eques persequitur (cod. Sig. Pall.). — M: fugatos quae psequitur. — P m. 1.: romanos. — *ad castra ad siluas diuersi tendebant:* P. — M: ad castra sil | uas diuersi tendebant. — Leid. I.: nam in campis castra sita est. — P: eodem diei.

11. *aurum argentumque iussum referri ad cons̄.:* M. — P: ad cos̄. — M m. 1. P m. 1.: caesa aut capita. — P: eo die hostium milia ad sexaginta. M: „hodie hostium milia & sexaginta": videtur *at* scriptum fuisse in antiquiore libro.

14. *eam tam claram pugnam trans Ciminiam siluam ad Perusiam pugnatam:* P. — M: ad petrusiam.

17. *opprimerentur:* M m. 2. P Leid. I. al.] opprimeretur (Lov. 2.) — M m. 1.: opprimentur. Cf. 7, 32.: adversus tot decora populi romani qui — numerent — habeant — conpulerint. — Paulo ante scriptum est in PM: cohortis undique tuscis umbrisque.

cumque pugnatum est, res Romana superior fuit: itaque a Perusia et Cortona et Arretio, quae ferme capita Etruriae populorum ea tempestate erant, legati pacem foedusque ab Romanis petentes indutias in triginta annos impetraverunt.

XXXVIII. Dum haec in Etruria geruntur, consul alter C. Marcius Rutilus Allifas de Samnitibus vi cepit: multa alia castella vicique aut deleta hostiliter aut integra in potestatem venere. per idem tempus et classis Romana a P. Cornelio, quem senatus maritimae orae praefecerat, in Campaniam acta cum adpulsa Pompeios esset, socii inde navales ad depopulandum agrum Nucerinum profecti proximis raptim vastatis, unde reditus tutus ad naves esset, dulcedine ut fit praedae longius progressi excivere hostes.

Leid. i. Pall. 1. 3. Voss. ii. al.: cohortis undique a tuscis umbrisque. Cod. Sig. al.: ab tuscis.

1. *a Perusia:* P. — M: a perusina. — Dein PM Leid. i. cod. Klock. Pall. Lovell. al.: *et crotone.* Cf. 22, 4. quo loco in Put. Colb. invenimus „inter Cortanam urbem"; pauloque post in Put. m. 1.: „montes crotonenses", dein eadem antiqua manu „cortonenses". — PM: et arretio. Leid. i.: et arrectio. Cf. 10, 37.: Etruriae capita Vulsini Perusia Arretium. — P: legati pacem foedusque ab romanis petentis inducias in triginta annos impetrauerunt. M: petentes indutias in triginta annos cet. Leid. i.: in xx annos.

5. *coš. alter C. Marcius Rutilius:* P. — M: „conš. alter č. martius rutilius". Idem *Rutilius* in Drak. codd. repertum est, cf. 7, 17. — PM: „allifas de samnitibus ui cepit". 8, 25. legimus: „eodem tempore etiam in Samnio res prospere gesta: tria oppida in potestatem venerunt Allifae Callifae Rufrium": videntur igitur Samnites Allifas amissas recepisse. cf. 9, 28.: arcem Fregellanam ab Samnitibus captam. — PM: multa alia castella uicique aut deleta hostiliter aut integra in potestatem uenere. M m. 4.: uicit | que.

10. *cum adpulsa Pompeios esset:* M. — P: cum adpulsa pompeius ēēt. Lov. 4.: cum adpulsa puteolos esset. — Paulo ante PM Leid. i. al.: in campani*a* acta. Cod. Klock.: in campaniae acta. Cf. 9, 20.: praefecti Capu*ae* creari coepti. — M: so*t*ii inde nauales: „so machten die Seesoldaten von dort aus einen Streifzug in das Nucerische" u. s. w.

palatis per agros nemo obvius fuit, cum occidione occidi possent: redeuntes agmine incauto haud procul navibus adsecuti agrestes exuerunt praeda, partem etiam occiderunt: quae superfuit caedi, trepida multitudo ad naves conpulsa est. Profectio Q. Fabii trans Ciminiam silvam quantum Romae terrorem fecerat, tam laetam famam in Samnium ad hostes tulerat: interclusum Romanum exercitum obsideri, cladisque imaginem Furculas Caudinas memorabant, eadem temeritate avidam ulteriorum semper gentem in saltus invios deductam saeptam non hostium magis armis quam locorum iniquitatibus esse; iam gaudium invidia quadam miscebatur, quod belli Romani decus ab Samnitibus fortuna ad Etruscos avertisset. itaque armis virisque ad obtinen-

1. *cum occidione occidi possent:* PM Leid. I. al. Cf. 2, 51.: occidione occisi. 22, 54. al. Cod. Havero.: cum occisione occidi possent. cf. 4, 58. 30, 32. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: excidione. — Paulo post P (Leid. I.): agrestes exuerunt praede. — P: multitudo ad naues conpulsa ÷ profectio cet.

6. *tam laetam famam in Samnium ad hostes tulerat:* P. — M: tam laetam famam ad hostes tulerat. — Paulo ante P: terrore. — Leid. I.: cladis imaginem.

8. *eadem temeritate auidam ulteriorum semper gentem in saltus* (m. 1.: saltos) *inuios deductam:* P: „durch eben eine solche Unvorsichtigkeit wie früher bei Caudium habe das nach immer weiter ab liegenden Ländern seine begierigen Blicke richtende Volk sich in unwegsame Waldschluchten locken lassen". — M m. 1.: „auidam ultenorum semp gentem", cum *n* scriptum esset pro *ri.* m. 3.: auidam ultionū semp gentem. Leid. I. multique alii codd.: ulteriorem. — M m. 3. P: iniquitatibus. M m. 1.: iniqui | tibus.

12. *quod belli romani decus ab Samnitibus fortuna ad Etruscos auertisset:* P m. 2. M. — P m. 1.: fortuna & atruscos. — Deinde scriptum est in cod. Klock.: his accensi samnites undique coorti armis uirisque cet.

13. *itaque armis uirisque ad optinendum C. Marcium* (M: martiū) *consulem concurrunt:* PM (Leid. I. cod. Klock. Voss. II. Lov. 4. al.)] itaque armis virisque ad obterendum C. Marciam cet. — Arbitrabantur Samnites, cum Q. Fabius ab Etruscis interclusus

dum C. Marcium consulem concurrunt, protinus inde Etruriam per Marsos ac Sabinos petituri si Marcius dimicandi potestatem non faciat. obvius his consul fuit: dimicatum proelio utrimque atroci atque incerto eventu est, et cum anceps caedes fuisset, adversae tamen rei fama in Romanos vertit ob amissos quosdam equestris ordinis tribunosque militum atque unum legatum et, quod insigne maxime fuit, consulis ipsius vulnus. ob haec etiam aucta fama ut

obsideretur, non dubitaturum C. Marcium extemplo collegae auxilio proficisci. hunc igitur Marcium, ne se movere posset, obtinere et detinere („aufzuhalten") statuerunt: ac, si contra spem elabi e manibus potuisset, eum in Etruriam persecuturi erant, ut coniunctis Tuscorum et Samnitium armis exercitus romani ad internecionem occiderentur. — Recc. duo codd.: ad opprimendum. — PM: petituri. Leid. I. Voss. II. Lov. 4.: petitur. Cod. Gärtn.: petitum.

3. *obuius his consul fuit:* M m. 2. P] obvius iis consul fuit. — M m. 1. Leid. I.: consulib. fuit. — PM: dimicatum proelio utrimque atroci atque incerto euentu est. — P: aduersae tamen rei fama in romanos uertit. M multique Drak. codd.: aduersa tamen rei fama. — *Vertere* saepissime pro *verti* scriptum esse notum est: cf. 2, 62.: omnis ira belli ad populationem agri vertit. — P: ob omissos. M m. 4.: ob amissos. m. 1.: ab. — „Und obgleich die Schlacht unentschieden geblieben war, so verbreitete sich doch das Gerücht dass die Römer geschlagen seien".

8. *ob haec etiam aucta fama ut solet ingens terror patres inuasit dictatoremque dici placebat:* PM. *Invasit* et *placebat* (non *placuit*) scriptum videtur a Livio ut exprimeret, primo quidem tempore, cum nuntius adversae rei allatus esset, tanto terrore patrum animos percussos esse, ut sibi de rei publicae fortuna desperare viderentur: sed illam desperationem perbrevis temporis fuisse: deinde cum saepius quaereretur, quo auxilio rei afflictae subveniri posset, semper sibi omnes in hoc uno salutem fore persuasisse, si Papirius dictator diceretur. ceterum qui id, in quo uno salutem ponebant, perfici posset non videbant: alterum enim consulem C. Marcium, a quo dictator dici potuisset, aut occisum aut ita ab hostibus obsessum opinabantur, ut tuto ad eum mandata senatus perferri non possent:

solet ingens terror patres invasit dictatoremque dici placebat, nec quin Cursor Papirius diceretur, in quo tum summa rei bellicae ponebatur, dubium cuiquam erat: sed nec in Samnium nuntium perferri omnibus infestis tuto posse, nec vivere Marcium consulem satis fidebant: alter consul Fabius infestus privatim Papirio erat, quae ne ira obstaret bono publico, legatos ex consularium numero mittendos ad eum senatus censuit, qui sua quoque eum non publica solum auctoritate moverent ut memoriam simultatium patriae remitteret. profecti legati ad Fabium cum senatus consultum tradidissent adiecissentque orationem convenientem mandatis, consul demissis in terram oculis tacitus ab incertis quidnam acturus esset legatis recessit: nocte deinde silentio ut mos est L. Papirium dictatorem dixit. cui cum ob animum egregie victum legati gratias agerent, obstinatum

alterum consulem Q. Fabium Papirio infestum sciebant, ut vix dubitandum esset quin is Papirium dictatorem dicere nollet. — PM: „in quo tum summa rei bellicae ponebatur". Loveliani quarti librarius, cum in aliquo summam rei bellicae *esse* non *poni* posse putaret, scribi voluit „in quo tum summa rei publicae ponebatur": verum Livius dicere noluit Papirium unicum ducem *fuisse* qui hostibus victoribus opponeretur, sed eum unicum bellatorem ducemque *habitum* esse. — P: „nec uiuere marcium cōs." M: „nec uiuere martium cons̄." itidem in sequenti versu et *cos̄.* et *cons̄.* scriptum est.

8. *qui sua quoque eum non publica solum auctoritate mouerent ut memoriam simultatium patriae remitteret*: PM. Car. Sig. non *mouerent* sed *monerent* scribi iussit: sed *moverent* fortius est. — Cf. 7, 40.: ut potuerim — consul patribus *quoque* ferox esse *non solum* plebi. — *Simultatium* scriptum est quoque in Leid. I. Pall. 1. 3. al. cf. 1, 60. al. — Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: patriae mitteret.

10. *profecti legati ad Fabium cum s. c. tradidissent:* PM. — PM: consul (P: coš.) demissis in terram oculis tacitus ab incertis quidnam acturus (P m. 1.: aucturus) esset legatis recessit. — PM: nocte deinde silentio ut mos est L. Papirium dictatorem dixit. Cf. 8, 23.: cum consul oriens de nocte [illegible] diceret dict[illegible]

silentium obtinuit ac sine responso ac mentione facti sui legatos dimisit, ut appareret insignem dolorem ingenti conprimi animo. Papirius C. Iunium Bubulcum magistrum equitum dixit: atque ei legem curiatam de imperio ferenti tri-

1. *ac sine responso ac mentione facti sui legatos dimisit:* PM. — Leid. I.: sine responsu. Cf. 30, 23. ubi in Put. m. 1. et in Bamb. m. 1. scriptum est „legati pace infecta ac prope sine *responsu* dimissi". Put. m. 3. Bamb. m. 2. Colb. al.: sine responso. — Paulo ante scriptum est in M: egregiae. — P: ingenti conprimi animo. M m. 1.: ingenti | conprimi animi. m. 3.: ingenti ui | conprimi animi.

3. *Papirius C. Iunium Bubulcum magistrum equitum dixit:* ed. Frob. 1530. quod Capit. fragm. auctoritate probatur. — In M Leid. I. Voss. II. Lov. 4. omnibusque prope Drak. codd. praetermissum est *C.* In P scriptum est: papirius *d*iunium bubulcum mag̃. equitum dixit.

4. *atque ei legem curiatam de imperio ferenti triste omen diem diffidit quod Faucia curia fuit principium:* M m. 2. P: nam m. 1. in M scriptum erat „quod faucia curia | fuit *quid de faucia curia* principium": sed quattuor media verba inducta sunt. — *Diem diffindere* et apud Gellium 14, 2. reperimus, ubi Favorinus icons., de difficili aliqua re cum agendum esset nec ille videret qui id quod verum videretur probari posset, „iussi" inquit „diem diffindi". — „Aber (cf. 6, 4.) als er den Curien den Antrag dass ihm die Führung des Krieges übertragen werde zur Abstimmung vorlegte, da nöthigte ein Umstand von übler Vorbedeutung die Sache auf den folgenden Tag zu verschieben, weil das Loos den Anfang zu machen die Faucische Curie traf, die in den beiden Unglücksjahren, wo Rom eingenommen worden und der Caudinische Vertrag abgeschlossen ward, ebenfalls den Vortritt gehabt hatte". Diffiderat igitur illud triste omen diem, quod effecerat ut id, quod iam agi coeptum esset, altero demum die ad finem perduci posset: quo facto totum agendi tempus diffindi necesse erat. — Cf. Liv. 5, 42.: comitia curiata quae rem militarem continent, comitia centuriata quibus consules tribunosque militares creatis — ubi auspicato nisi ubi adsolent fieri possunt? Cic. de lege agr. 2, 12. 30.: consuli, si legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet.

ste omen diem diffidit, quod Faucia curia fuit principium duabus insignis cladibus captae urbis et Caudinae pacis, quod utroque anno eiusdem curiae fuerat principium. Macer Licinius tertia etiam clade, quae ad Cremeram accepta est, abominandam eam curiam facit.

XXXIX. Dictator postero die auspiciis repetitis pertulit legem, et profectus cum legionibus ad terrorem traducti silvam Ciminiam exercitus nuper scriptis ad Longulam pervenit acceptisque a Marcio consule veteribus militibus in aciem copias eduxit. nec hostes detractare visi pugnam: instructos deinde armatosque, cum ab neutris proelium inciperet, nox oppressit: quieti aliquamdiu nec suis diffidentes viribus nec hostem spernentes stativa in propinquo habuere. — Inter ea res in Etruria gestae: nam et cum Um-

3. *quod utroque anno eiusdem curiae fuerat principium:* PM] quod utroque anno eadem curia fuerat principium. Sic Drakenborchius scribi iussit I. Fr. Gronovium secutus, qui scribendum coniecerat „quo utroque anno eadem curia fuerat principium“. sed cum Livius orationem mutando variare atque ornare soleret, nec minus latine dici posset „principium alicuius curiae est“ quam „aliqua curia principium est in suffragio ferendo“, antiquorum mscriptorum auctoritatem potiorem habendam esse censui. — Leid. I. Voss. II.: quod utroque anno eiusdem curia fuerat principium.

— *Macer Licinius tertia etiam clade* cet.: M. — P: macer linius tertia etiam clade. Leid. I.: tertiae etiam clade. Pall. 1. 3. Voss. II. Lov. 4. al.: tertiae etiam cladis.

7. *cum legionibus ad terrorem traducti siluam Ciminiam exercitus nuper scriptis:* PM: „die bei der Schreckensnachricht, dass das Heer durch den Ciminischen Wald geführt worden, ausgehoben waren“. — Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: nuper scriptus. Voss. I.: nuper scripti. — M: ad longulam puenit. m. 3.: puenit. — PM: acceptisque a Marcio cos. ueteribus militibus.

10. *nec hostes detractare uisi pugnam:* PM Leid. I. Voss. II. — Alii codd.: detrectare. — PM al.: cum ab neutris proelium inciperet. Cod. Harl.: inciperetur. — PM: aliquamdiu.

14. *interea res in Etruria gestae:* haec verba nec in PM nec in melioribus Drak. codd.

brorum exercitu acie depugnatum est — fusi tamen magis quam caesi hostes, quia coeptam acriter non tolerarunt pugnam —, et ad Vadimonis lacum Etrusci lege sacrata coacto exercitu, cum vir virum legisset, quantis numquam alias ante simul copiis simul animis dimicarunt: tantoque irarum certamine gesta res est ut ab neutra parte emissa sint tela: gladiis pugna coepit et acerrime commissa ipso certamine, quod aliquamdiu anceps fuit, accensa est, ut non cum Etruscis totiens victis sed cum aliqua nova gente videretur dimicatio esse: nihil ab ulla parte movetur fugae, cadunt antesignani et, ne nudentur propugnatoribus signa, fit ex secunda prima acies: ab ultimis deinde subsidiis cietur miles, adeoque ad ultimum laboris ac periculi ventum est ut equi-

in integram orationem recepta sunt, sed margini P adscripta leguntur ita tamen ut asterisci quidam adiecti locum eorum inter verba „*non tolerarunt pugnam et ad*" fuisse doceant. et post vocem *pugnam* ea reperiuntur in multis recentibus libris Drakenborchianis. in M scriptum est m. 3.: „statiua in propinquo habuere *etrurie* nam et cum umbrorum exercitu acie depugnatum est": sed quid m. 1. loco vocis *etrurie* scriptum fuerit, cernere non potui. C. Sigonius videtur primus verum orationis partium ordinem et perspexisse et restituisse.

3. *et ad Vadimonis lacum Etrusci lege sacrata coacto exercitu:* PM: nisi quod in M scriptum est „uadimoniis". Cf. Polyb. 2, 20.: περὶ τὴν Ὀάδμονα προσαγορευομένην λίμνην. — De lege sacrata cf. 4, 26.

4. *quantis numquam alias ante simul copiis simul animis:* PM] quantis nunquam alias antea cet. (Leid. I. Voss. II. Lov. 4. multique alii Drak. codd.). — Leid. I. al.: a neutra parte. M: ut ab neutra parte emissas intela gladiis cet. — P: commisa. — PM: quod aliquamdiu anceps fuit. — PM: totiens uictis.

10. *nihil ab ulla parte mouetur fugae:* P. — M: mo|ueretur. — Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: cadunt ante signa. — M m. 1.: et nudentur. M m 2. P: et ne nudentur.

13. *ut equites r. omissis equis ad primos ordines peditum per arma per corpora euaserint:* Pal. 2. aliique recc. codd. — Cf. 9, 32.: ad prima signa — successerunt. — M: ut equites r. omissis equis

tes Romani omissis equis ad primos ordines peditum per arma per corpora evaserint: ea velut nova inter fessos exorta acies turbavit signa Etruscorum: secuta deinde impetu eorum utcumque adfecta erat cetera multitudo tandem perrumpit ordines hostium: tunc vinci pertinacia coepta et averti manipuli quidam et, ut semel dedere terga, etiam certiorem capessere fugam. ille primum dies fortuna vetere abundantes Etruscorum fregit opes: caesum in acie quod roboris fuit: castra eo impetu capta direptaque.

& primos proximos | ordines peditum cet. P: ut equites f. omissis equis ad proximos peditum cet. Margini tamen codicis P m. 2. adscriptum est „primos“. Leid. I. Lov. 4. al.: ad proximos ordines peditum. — Num antiqua manu scriptum fuerit „ad proximos et primos ordines peditum“? — Cf. 30, 34.: qui primi erant hastati per cumulos corporum armorumque et tabem sanguinis qua quisque poterat sequentes hostem.

2. *ea uelut noua inter fessos exorta acies turbauit signa Etruscorum:* M m. 2. P: nam m. 1. in M vox *acies* praetermissa erat. — Dein primo scriptum erat in M „secunda deinde“, sed eadem manus antiqua restituit *secuta deinde*. — PM Leid. I. al.: secuta deinde *impetu* eorum utcumque adfecta erat cetera multitudo tandem perrumpit ordines hostium: „als jetzt durch den stürmischen Angriff der Ritter mit fortgerissen (proprie „bei diesem stürmischen Angriff“) auch die übrigen Truppen, wie ermüdet sie auch immer sein mochten, folgten, da durchbrechen sie endlich die Reihen der Feinde“. Ad *secuta* facile suppleri potest *equites*, et ablativus *impetu* significat aut „cum tanto impetu equites hostium aciem invaderent“ aut „cum pedes equites tanto impetu in hostes ingredientes videret“. Et Bekkerus *impetum* scripsit, cum accusativum ex *secuta* pendere putaret. — M: tunc uinci ptinatia coepta et auerti manipuli quidem et ut cet. Leid. I. Lov. 4.: tum uinci.

7. *fortuna uetere:* M al.] fortuna veteri. — P Voss. II.: fortuna uertere. — M: castra eo impetu capta direptaque. P: „castra eorum impetu capta direptaque“. Dubitari igitur potest an cum Doeringio *eodem impetu* scribendum sit: „in diesem Sturm ward *auch* das Lager erobert“. verum non desunt quae illam coniecturam refellere videantur.

XL. Pari subinde periculo gloriaeque eventu bellum in Samnitibus erat, qui praeter ceteros belli apparatus ut acies sua fulgeret novis armorum insignibus fecerunt: duo exercitus erant, scuta alterius auro alterius argento caelaverunt: forma erat scuti summum latius qua pectus atque humeri teguntur, fastigio aequali, ad imum cuneatior mobilitatis causa: spongia pectori tegumentum et sinistrum crus ocrea tectum: galeae cristatae, quae speciem magnitudini corporum adderent: tunicae auratis militibus versicolores, argentatis linteae candidae: his dextrum cornu datum, illi

1. *pari subinde periculo gloriaeque eventu bellum in Samnitibus erat:* PM: „der Kampf, der unmittelbar darauf im Lande der Samniten folgte, war eben so gefährlich und von eben so ruhmvollem Ausgang". — M: „ut acies sua fulgeret notus armorū insignibus fecerunt | adeo exercitus erant". Num „*ac* duo exercitus erant" antiqua manuscriptum fuerit? sic enim etiam in P 9, 41. *adeo* pro „ac de eo" scriptum videmus. Strothius non *fecerunt — celauerunt* sed *fecerant — celaverant* scribi oportuisse contendit, sed in hoc tempore perf. vis aoristi Graecorum inest. — P: celauerunt. cf. 7, 10.

5. *forma erat scuti summum latius:* PM: „die Gestalt des Langschildes, dessen sich die Samniten bedienten, war so: der obere Theil breiter gehalten, wodurch Brust und Schultern bedeckt werden; das Ganze von derselben Höhe wie die Schultern; nach unten hin war die Form keilförmiger, damit sich der Schild leichter bewegen lasse". Quem ad modum L. orationem variare solitus sit, hoc potissimum loco cognoscere licet. — PM Leid. I. Lov. 4. al.: qua*m* pectus atq. umeri teguntur. Cf. de hoc *qua* 7, 33.: illa omnia *qua* nunc erectae micant hastae. — PM: fastidio equali.

7. *spongia pectori tegumentum:* P m. 2. M: „der Brust diente zur Bedeckung ein Schwamm, damit die Geschosse nicht eindringen könnten". — P m. 1.: spogia. — M: et sinistrum crus o*re*ca | tectum. m. 3.: ocrea. — M m. 1.: galię cristatae. m. 3.: galeę. — Paulo post M: uersiculores.

10. *illi in sinistro consistunt:* P m. 2. M. — P m. 1.: illis. — Paulo post PM: non celatum auro et argento. Leid. I.: auroue argento. Hinc recc. codd.: auro uel argento.

in sinistro consistunt. notus iam Romanis apparatus insignium armorum fuerat, doctique a ducibus erant horridum militem esse debere, non caelatum auro et argento sed ferro et animis fretum: quippe illa praedam verius quam arma esse, nitentia ante rem, deformia inter sanguinem et vulnera: virtutem esse militis decus et omnia illa victoriam sequi et ditem hostem quamvis pauperis victoris praemium esse. is Cursor vocibus instinctos milites in proelium ducit: dextro ipse cornu consistit, sinistro praefecit magistrum equitum. simul est concursum, ingens fuit cum hoste certamen, non segnius inter dictatorem et magistrum equitum, ab utra parte victoria inciperet. prior forte Iunius commovit hostem laevo dextrum cornu, sacratos more Samnitium milites eoque candida veste et paribus candore armis insignes: eos se Orco mactare Iunius dictitans, cum intulissent signa, turbavit ordines et haud dubie inpulit aciem. quod ubi sensit dictator, „ab laevone cornu victoria incipiet,"

6. *uirtutem esse militis decus:* M. — P: militiis. — M: et omnia illam uictoriam sequi.

8. *is Cursor uocibus:* PM] his Cursor vocibus. — P: instintos. Pall. Voss. II. al.: instructos. — Lov. 4. al.: praeficit. Cf. quod paulo ante legitur „datum — consistunt". 1, 48.: arripit — deiecit. al. — PM: praefecit mag. equitum.

10. *simul est concursum:* M m. 3. P. — M m. 1.: „simul est concursurū". Fortasse „concursū, tū". cf. 9, 43.: ubi — tum. — Voss. II. Lov. 4. omnesque prope recc. codd.: ab utra*que* parte.

12. *prior forte Iunius commouit hostem leuo dextrum cornu:* PM. — P: sacratos mores samnitium milites. — M m. 1. P Leid. I.: et patribus candore armis. M m. 2.: paribus.

15. *cum intulissent signa* (scil. sacrati Samnites): PM] cum intulisset signa. — M: eos se orca mactare. P m. 1.: eos se orco martare. m. 2.: mactare.

17. *ab leuone cornu uictoria incipiet:* PM. — Verba „cornu uictoria incipiet inquit et dextrū" bis scripta sunt in M. Verba „uictoria incipiet inquit et dextrum *cornu*" exciderunt in Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al. — Leid. I. al.: ab laeuo cornu. — Lov. 4.: sequitur. — PM: non partem maximam uictoriae trahet. Leid. I. Voss. II. al.: uictoria. Lov. 4.: uictoriam.

inquit „et dextrum cornu dictatoris acies alienam pugnam sequetur, non partem maximam victoriae trahet?“ concitat milites. nec peditum virtuti equites aut legatorum studia ducibus cedunt: M. Valerius a dextro P. Decius ab laevo cornu — ambo consulares — ad equites in cornibus positos evehuntur adhortatique eos ut partem secum caperent decoris in transversa latera hostium incurrunt. is novus additus terror cum ex parte utraque circumvasisset aciem et ad terrorem hostium legiones Romanae redintegrato clamore intulissent gradum, tum fuga ab Samnitibus coepta: iam strage hominum armorumque insignium campi repleri: ac primo pavidos Samnites castra sua accepere, deinde ne ea quidem retenta: captis direptisque ante noctem iniectus ignis. dictator ex senatus consulto triumphavit: cuius triumpho longe maximam speciem captiva arma praebuere: tantum magnificentiae visum in his ut aurata

4. *M. Valerius a dextro P. Decius ab leuo cornu:* PM. — In Leid. I. multisque recc. codd. excidit *M.* — M: eueuntur.

7. *is nouus additus terror cum ex parte utraque circumuassisset aciem:* P. — M Leid. I Lov. 4. al.: his nouus additus terror. Voss. II.: hic nouus additus terror. — M m. 1.: redintegrato clamarem tulissent. m. 2.: clamore tulissent. — M m. 1.: armorumque insignū. M m. 4. P: insignium.

13. *deinde ne ea quidem retenta:* P: „bald konnte aber auch dies nicht mehr behauptet werden“. — M: recenta. PM: captis direptisque ante noctem iniectus ignis. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. omnesque prope Drak. codd.: captis*que* ante noctem cet. Cf. ex. gr. 9, 39. sub fin.

14. *dictator ex s. c. triumphauit:* PM. — Lov. 4.: praebuerunt.

16. *in his:* PM] in iis. — Deinde scriptum est et in PM et in rell. codd.: *dominis argentariorum:* sed Muretus videtur iustam scripturam restituisse. Cf. 26, 27.: eodem tempore septem *tabernae*, quae postea quinque, et *argentariae*, quae nunc novae appellantur, arsere. — PM: cum tensae ducerentur. Cf. Festus: „tensam ait vocari Sinnius Capito vehiculum, quo exuviae deorum ludicris Circensibus in circum ad pulvinar vehuntur. fuit et ex ebore — et ex argento“.

scuta dominis argentariarum ad forum ornandum dividerentur: inde natum initium dicitur fori ornandi ab aedilibus, cum tensae ducerentur. et Romani quidem ad honorem deum insignibus armis hostium usi sunt, Campani ad superbiam et odio Samnitium gladiatores — quod spectaculum inter epulas erat — eo ornatu armarunt Samnitiumque nomine conpellarunt. — Eodem anno cum reliquis Etruscorum ad Perusiam, quae et ipsa indutiarum fidem ruperat, Fabius consul nec dubia nec difficili victoria dimicat: ipsum oppidum — nam ad moenia victor accessit — cepisset ni legati dedentes urbem exissent. praesidio Perusiae inposito

4. *Campani ad superbiam* & *odio Samnitium* cet.: M] Campani ab superbia et odio cet. (P). — Facere non potui quin h. l. difficiliorem scripturam veriorem haberem. fugit enim librarios *ad* non numquam apud Livium idem fere quod *ob* vel *causa* cum genit. significare, praesertim cum *odio* sequeretur et particulae *ad ab* saepissime inter se confusae essent. sed Livium orationem mutare pluribusque interdum praepositionibus (6, 34. 21, 60. al.) ad eundem prope sensum exprimendum uti notum est: et h. l. *ad superbiam* respondet praecedenti voci *ad honorem*. „Die Campaner dagegen schmückten aus Hochmuth (d. i. *um* ihrem Stolze zu genügen) und aus Hass gegen die Samniten mit diesem Waffenschmuck ihre Gladiatoren“ u. s. w. Cf. 36, 14.: ad ludibrium regem eum consalutari iussit. 1, 7. al. — PM rell.: conpellarunt. Cod. Gärtn.: appellarunt.

7. *cum reliquis Etruscorum:* PM. *Reliquis* videtur h. l. idem esse quod *reliquiis*, quod in cod. Klockiano repertum est. cf. 8, 1.: cum querimoniis. — PM al.: „quae *et* ipsa indutiarum fidem ruperat“. Gelenius „quae ipsa“ omisso *et* in suis libris invenisse vult. et sic scriptum est in Voss. II. duobusque recc. codd. — P: fabius cos̄. M: fabius cons̄. — Lov. 4.: dimicauit.

11. *praesidio Perusiae inposito legationibus Etruriae amicitiam petentibus prae se Romam ad senatum missis* (m. 1.: misis) *coss̄.* cet.: P. — M: „praesidio perusiae inposito legationibus etrurię amici *audita perinde*“: quae postrema verba capitis quarti decimi huius libri sunt. ea quae post *amici* sequuntur in fine cap. XXII. „plistica p *tiā petentib. prae se romam ad*

legationibus Etruriae amicitiam petentibus prae se Romam ad senatum missis consul praestantiore etiam quam dictator victoria triumphans urbem est invectus: quin etiam devictorum Samnitium decus magna ex parte ad legatos P. Decium et M. Valerium est versum, quos populus proximis comitiis ingenti consensu consulem alterum alterum praetorem declaravit.

XLI. Fabio ob egregie perdomitam Etruriam continuatur consulatus, Decio collega datur. Valerius praetor quartum creatus. consules partiti provincias: Etruria Decio, Samnium Fabio evenit. profectus ad Nuceriam Alfaternam

senatum missis" cet, reperiri l. l. diximus. — Lov. 4.: consul praestantiore etiam uictoria quam dictator triumphans in urbem est inuectus.

3. *quin etiam deuictorum Samnitium decus magna ex parte ad legatos P. Decium et M. Valerium est uersum:* PM: „ja man schrieb nicht einmal das Verdienst die Samniten besiegt zu haben dem Dictator Papirius mehr zu als den beiden Legaten" u. s. w. — P: quos populus proximis comitiis ingenti consensu coš. alterum alterum praetorem declarauit: M: „quod (m. 2.: quos) populus proximis comitiis ingenti | consensu coš. alterum declarauit". m. 2.: p̄torem declarauit. Voss. II. al.: alterum consulem alterum praetorem.

9. *Decio collega datur:* PM cod. Klock. Voss. II. al.] Decius collega datur (M m. 2.). — Leid. I. al.: decio college datur. — In fine proximi capitis Livius iam dixerat P. Decium ingenti consensu consulem declaratum esse. optime igitur habet, quod in antiquissimis codd. legitur, Fabium Decio collegam datum esse: non enim Decius Fabio sed Fabius Decio addendus collega visus erat: „dem Fabius wird als Anerkennung für die gänzliche Besiegung Etruriens das Consulat erneuert, er wird dem Decius als Amtsgenosse zugesellt".

11. *profectus ad Nuceriam Alfaternam:* M] is profectus est. — *Is* in nullo cod. scriptum est nisi in Sigoniano recentissimo, nec magis hoc loco ea voce opus est quam multis similibus locis. cf. 10, 1. — P: profectus ad nuceriam falaternam. Cod. Klock.: profectus in luceriam falaternam. Cf. Diod. 19, 65.: οἱ δὲ τὴν Νουκερίαν τὴν Ἀλφατέρναν καλουμένην οἰκοῦντες πεισθέντες ὑπό τινων

tum pacem petentis, quod uti ea cum daretur noluissent, aspernatus est: oppugnando ad deditionem subegit. cum Samnitibus acie dimicatum: haud magno certamine hostes victi, neque eius pugnae memoria tradita foret ni Marsi eo primum proelio cum Romanis bellassent. secuti Marsorum defectionem Peligni eandem fortunam habuerunt. Decio quoque alteri consuli secunda belli fortuna erat: Tarquiniensem metu subegerat frumentum exercitui praebere atque indutias in quadraginta annos petere: Vulsiniensium castella aliquot vi cepit, quaedam ex his diruit ne receptaculo hostibus essent, circumferendoque passim bello tantum terrorem sui fecit ut nomen omne Etruscum foedus ab con-

τῆς μὲν Ῥωμαίων φιλίας ἀπέστησαν πρὸς δὲ τοὺς Σαμνίτας συμμαχίαν ἐποιήσαντο. Plin. 3, 5. 62. — Deinde scriptum est in PM non *tum* sed „cum pacem petentis“. Lov. 4. al.: tum. — M m. 3.: quod *indutie* cum daretur cet. — „Als der Consul nach Nuceria marschirt war, und sie ihn jetzt um Frieden baten, so wies er sie zurück“ u. s. w.

2. *aspernatus est:* PM cod. Klock. al.] aspernatus. — Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: aspernatus eam oppugnando ad deditionem subegit.

4. *neque eius pugnae memoria tradita foret:* M m. 2. P. — M m. 1.: neq. pugnę memoria tradita foret. m. 2.: „neq. eī pugnę memoria“. I. Fr. Gron. cum in Med. scriptum putaret „neque ei pugnae memoria“ cet., a Livio scriptum fuisse coniecit „neque ea pugna memoriae tradita foret“.

5. *secuti Marsorum defectionem Peligni eandem fortunam habuerunt:* P. — M m. 1.: praeligni. m. 2.: paeligni.

7. *Tarquiniensem metu subegerat frumentum exercitui brebere atq. inducias in quadraginta annos petere:* P. — M: tarquiniensem metu subegerat frumentum exercitii praebere atque indutias cet. m. 2.: exerciti.

10. *quaedam ex his diruit:* PM Leid. I. al.] quaedam ex iis diruit. — PM cod. Klock. al.: uulsiniensium. Leid. I. Lov. 4.: uulsinensium. Cf. 7, 3.: Vulsiniis. — PM: ne receptaculo hostibus essent. Leid. I.: ne receptacula hostibus essent. — Cod. Portug.: circumferundoque. — PM: ut nomen omne etruscum foedus ab coš. peteret.

sule peteret: ac de eo quidem nihil impetratum, indutiae annuae datae: stipendium exercitu Romano ab hoste in eum annum pensum et binae tunicae in militem exactae: ea merces indutiarum fuit. Tranquillas res iam Etruscis turbavit repentina defectio Umbrorum, gentis integrae a cladibus belli nisi quod transitum exercitus ager senserat. ii concitata omni iuventute sua et magna parte Etruscorum ad rebellionem conpulsa tantum exercitum fecerant, ut relicto post se in Etruria Decio ad oppugnandam inde Romam ituros magnifice de se ac contemptim de Romanis loquentes iactarent. quod inceptum eorum ubi ad Decium consulem perlatum est, ad urbem ex Etruria magnis itineribus pergit et in agro Pupiniensi ad famam intentus hostium consedit. nec Romae spernebatur Umbrorum bellum,

1. *ac de eo quidem nihil impetratum:* P m. 2. M. — P m. 1.: adeo quidem cet. — Verba „annuae datae" exciderunt in M.

2. *exercitu romano:* PM] exercitui romano. Cf. 4, 12.: usu menstruo. al. — M m. 1.: in eo annum. M m. 2. P: in eū annum. — P: pensum bine tunicae in militem exartę inmerties indutiarum fuit. m. 2.: exactę ea merties cet. — M m. 1.: ea mercestiarum fuit. m. 2.: ĩdutiarum.

3. *tranquillas res iam etruscis:* PM al.: „schon war die Ruhe in Etrurien wiederhergestellt, als" u. s. w. — Voss. II. Lov. 4.: tranquillas iam res etruscis. — Leid. I.: repentina refectio umbrorum.

6. *ii concitata omni iuventute sua:* P m. 2. — P m. 1.: „ɔcitata omni" cet. omisso ii. — M: hii concitata cet.

11. *quod inceptum eorum ubi ad Decium cons.* (P: coš.) *perlatum est:* PM. — PM: et in agro pupiniensi ad famam intentus hostium consedit: „und setzte sich im Gebiet von Pupinia fest mit ganzer Aufmerksamkeit auf die Nachricht von der Annäherung der Feinde wartend". 26, 9.: inde in Pupiniam exercitu demisso.

14. *nec Romae spernebatur Umbrorum bellum:* PM. — Leid. I.: bellum umbrorum. — P: et ipsae minae metum fecerant expertis gallica clade quam intutam urbem incolerent. M m. 1.: expertis gallicā | cladem. m. 2.: gallicā | cladem. In Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al. exciderunt haec

et ipsae minae metum fecerant expertis Gallica clade quam intutam urbem incolerent. itaque legati ad Fabium consulem missi sunt ut, si quid laxamenti a bello Samnitium esset, in Umbriam propere exercitum duceret. dicto paruit consul magnisque itineribus ad Mevaniam, ubi tum copiae Umbrorum erant, perrexit. repens adventus consulis, quem procul Umbria in Samnio bello alio occupatum crediderant, ita exterruit Umbros ut alii recedendum ad urbes munitas, quidam omittendum bellum censerent. plaga una — Materinam ipsi appellant — non continuit modo ceteros in armis sed confestim ad certamen egit: castra vallantem Fabium adorti sunt: quos ubi effusos ruere in munimenta consul vidit, revocatos milites ab opere prout loci natura tem-

tria verba. — PM: itaque legati ad fabium coš. missi (P: misi) sunt ut si quid laxamenti cet. Lov. 4.: ut quicquid laxamenti.

4. *dicto paruit consul:* M. — P: dicto parauit osul magnisque itineribus ad meuaniam cet. M: ad meauaniam.

8. *ut alii recedendum ad urbes munitas quidam omittendum* (P: omitendum) *bellum censerent:* PM. — Paulo ante P m. 1.: procolumbria. — PM al.: „plaga una materinam ipsi appellant non continuit modo ceteros in armis“ cet. Lov. 4.: „maternam ipsi appellant“. Nemo non videt, *plagam* h. l. significare eos homines qui ex plaga (vel pago h. e. parte Umbriae) Materina venerant. Cf. Caes. b. gall. 6, 11.: in Gallia non solum in omnibus civitatibus atque in omnibus pagis partibusque sed paene etiam in singulis domibus factiones sunt. 1, 12.: eos inpeditos et inopinantes adgressus magnam eorum partem concidit —: is pagus adpellabatur Tigurinus: nam omnis civitas Helvetia in quattuor pagos divisa est. 1, 27.

13. *prout loci natura tempusque patiebatur ita instruxit cohortatusque praedicatione uera qua in Tuscis qua in Samnio partorum decorum:* PM. Persaepe a Livio *qua — qua* pro *partim — partim* scribi notum videtur: cf. 2, 35. 45. — PM omnesque prope Drak. codd.: „qua se urbem romanam oppugnaturos minati sunt“. In Leid. 1. „minati sint“ scriptum esse dicitur. cf. 3, 2.: dederit. — Cod. Sigon.: expugnaturos. I. Fr. Gron. etiam *instruit* in suis libris invenisse vult. „Als sie der Consul wild auf den

pusque patiebatur ita instruxit, cohortatusque praedicatione vera qua in Tuscis qua in Samnio partorum decorum exiguam appendicem Etrusci belli conficere iubet et vocis impiae poenas expetere, qua se urbem Romanam oppugnaturos minati sunt. haec tanta sunt alacritate militum audita, ut clamor sua sponte ortus loquentem interpellaverit ducem: ante imperium ante concentum tubarum ac cornuum cursu effuso in hostem feruntur: non tamquam in viros aut armatos incurrunt: mirabilia dictu, signa primo eripi coepta

Wall losstürmen sah, rief er die Soldaten von der Arbeit ab und stellte sie so gut als der Ort und die Verhältnisse es erlaubten auf, und nachdem er sie durch das wohlverdiente Lob ihrer in Etrurien und Samnium ausgeführten Heldenthaten angefeuert hatte, forderte er sie auf dies Häuflein, eine Zugabe zum Tuscischen Kriege, zu vernichten und das gottlose Wort zu rächen, womit der Feind gedroht selbst Rom angreifen zu wollen".

7. *ante imperium ante concentū tubarum ac cornuum cursu effuso in hostem feruntur:* M m. 2. — M m. 1.: ante concentu turbarum. — In P (et in Drak. codd.) scriptum est „ante imperium deinde ͻcentu (m. 1.: ͻtentu) turbarum ac cornuum" cet. sed *deinde*, quod facile ex *ante* fieri potuit, orationem languidam reddit, ut ne id quidem probandum videatur quod in cod. Neapol. Latinii scriptum esse dicitur „ante imperium *deinde ante* concentum tubarum ac cornuum". Cf. 9, 43.: in quas (cohortes) nec iussu consulum nec signo accepto victores vadunt cet. 30, 33.: cum maxime haec imperator apud Carthaginienses — ageret, tubae cornuaque ab Romanis cecinerunt cet. — M: clamor sua sponte hortus. — P m. 1.: in ostem.

9. *mirabilia dictu:* PM al. — Cod. Sigon. Lov. 4. al.: mirabile dictu. Lov. 4.: deinde signiferi ipsi trahi ad consulem armatique milites ex acie transferri in aciem. Leid. 1.: res geritur. — M: umbonibus incursaq. ala sternuntur hostes. P: sternunt hostes. — „Zuerst fing man an — kaum wird man es glauben — die Fahnen den Fahnenträgern zu entreissen, dann die Fahnenträger mit den Fahnen zum Consul zu schleppen und die bewaffneten Soldaten aus der einen in die andere Schlachtlinie hinüber zu ziehen: und kommt es wirklich wo zum Kampf, so richtet der Schild mehr aus als das Schwert: mit den Schildbuckeln und

signiferis, deinde ipsi signiferi trahi ad consulem armatique milites ex acie in aciem transferri et, sicubi est certamen, scutis magis quam gladiis geritur res: umbonibus incussaque ala sternuntur hostes: plus capitur hominum quam caeditur, atque una vox ponere arma iubentium per totam fertur aciem: itaque inter ipsum certamen facta deditio est a primis auctoribus belli: postero insequentibusque diebus et ceteri Umbrorum populi deduntur: Ocriculani sponsione in amicitiam accepti.

XLII. Fabius alienae sortis victor belli in suam provinciam exercitum reduxit: itaque ei ob res tam feliciter gestas, sic ut priore anno populus continuaverat consulatum, ita senatus in insequentem annum, quo Ap. Claudius L. Volumnius consules fuerunt, prorogavit maxime Appio adversante imperium. Appium censorem petisse consulatum comitiaque eius ab L. Furio tribuno plebis interpellata, donec se censura abdicavit, in quibusdam annalibus inve-

durch Schulterstösse werden die Feinde niedergestreckt". — P: uox ponere arma iuuentium.

6. *itaque inter ipsum certamen facta deditio est a primis auctoribus belli:* PM. — Pall. 1. 3. Voss. u. al.: itaque inter ipsum certamen facta deditione a primis auctoribus belli postero cet. — P m. 1.: deducuntur. P m. 2. M: deduntur.

13. *ita senatus in insequentem annum quo Ap. Claudius L. Volumnius coss. fuerunt prorogauit:* M m. 3. P. — M m. 1.: in insequente annum. — Priore anno Q. Fabius tertium consul creatus erat, et cum eo P. Decius consulatum gesserat. hoc anno Ap. Claudio L. Volumnio consulibus creatis *imperium* Fabio senatus decreto prorogatum est, ut qui consul non esset *pro consule* bellum cum Samnitibus, a quo avocatus esset, finiret.

16. *comitiaque eius ab L. Furio tr. pl. interpellata:* PM. Quod interpellari potest, iam agi coeptum esse debet. cum igitur comitia consularia haberentur et Appius suffragia ferre videretur, L. Furius trib. pl. intercessit ne res ad finem perduceretur, donec Appius censura se abdicasset, quod praeter tribuniciam intercedendi potestatem facile populo persuasit, utpote cuius summa invidia Appius solus censuram gereret (9, 34.).

nio. creatus consul, cum collegae novum bellum Salentini hostes decernerentur, Romae mansit ut urbanis artibus opes augeret, quando belli decus penes alios esset. Volumnium provinciae haud paenituit: multa secunda proelia fecit, aliquot urbes hostium vi cepit: praedae erat largitor et benignitatem per se gratam comitate adiuvabat, militemque his artibus fecerat et periculi et laboris avidum. Q. Fabius pro consule ad urbem Allifas cum Samnitium exercitu signis conlatis confligit: minime ambigua res fuit, fusi hostes atque in castra conpulsi: nec castra forent retenta ni exi-

1. *Salentini hostes*: PM] Sallentini hostes. — Quamquam 10, 2. in PM *Sallentini* scriptum est, tamen ex Puteani optimorumque tertiae decadis codicum auctoritate (25, 1.) *Salentini* scribendum videbatur. — M: uolumnium prouintiae haud' penituit. — Multi recc. codd.: aliquot hostium urbes ui cepit.

5. *praedae erat largitor et benignitatē per se gratam comitate adiuuabat:* P m. 2. nam m. 1. „ut benignitatē“ scriptum erat. — M: praeda erat largitor et benignitatem ꝑ se grata comitate adiuuabat. m. 2.: praedae. — PM: militemque *his* artibus fecerat et periculi et laboris auidum.

7. *Q. Fabius pro consule ad urbem Allifas cum Samnitium exercitu signis conlatis confligit*] Q. Fabius proconsul cet. Cf. Cic. or. de imp. Cn. Pomp. 21, 62. — P.: q̄. fabius ꝓ cos̄. ad urbem allifas cum samnitium exercitu signis ɔlatis confligit. M: fabius pro cons̄. ad urbem allifas cum samnitium ex excitus ignis conlatis confligit. m. 4.: cum samnitium ex'citu signis conlatis. — Praenomen *Q.* excidit in Leid. I. Voss. II. Lov. 4. multisque recc. Drak. codicibus. — In Voss. II. multisque aliis libris scriptum est: a*l*ifas. cf. 9, 38.

10. *nec castra forent retenta ni exiguum superfuisset diei:* P: „und auch das Lager würden sie nicht haben behaupten können, wenn sich der Tag nicht schon zum Ende geneigt hätte“. — Leid. I. al.: nec castra fuissent retenta. — M: fusi hostes atque in *castra* forent retenta ni exiguum superfuisset diei ante noctem tamen sunt circumsessa et nocte custodienda ne quis cet. m. 2.: custodita. Quae exciderant verba, m. 2. margini adscripta leguntur: cōpulsi nec castra.

guum superfuisset diei, ante noctem tamen sunt circumsessa et nocte custodita ne quis elabi posset. postero die vixdum luce certa deditio fieri coepta et pacti, qui Samnitium forent ut cum singulis vestimentis emitterentur: ii omnes sub iugum missi: sociis Samnitium nihil cautum, ad septem milia sub corona veniere: qui se civem Hernicum dixerat, seorsus in custodia habitus: eos omnes Fabius Romam ad senatum misit, et cum quaesitum esset dilectu an voluntarii pro Samnitibus adversus Romanos bellassent, per Latinos populos custodiendi dantur iussique eam integram rem novi consules P. Cornelius Arvina Q. Marcius Tremulus — hi enim iam creati erant — ad senatum referre. id aegre passi Hernici, concilium populorum omnium habentibus Anagninis in circo quem Maritimum vocant, praeter

4. *ii omnes sub iugum missi*] hi omnes cet. — PM: hii omnes. — P m. 2.: „sociis samnitium nihil cautum ad septem mıł sub corona ueniere". m. 1.: socios. M: „sotiis samnitium nihil cautum ad ııı mıł. sub corona*m* | ueni*em* re". sic et alibi *u* et ıı inter se confusa sunt. Cf. 2, 17.: sub corona uenierunt coloni alii (PM). 41, 11.: u. capitum dc. xxxıı. sub corona uenierunt (cod. Laurish.). al. Quid sit *sub corona venire* docet A. Gellius 7, 4. — Leid. ı.: uenire.

7. *seorsus in custodia habitus:* PM Leid. ı.] seorsum cet. — *Seorsum* scriptum est in Put. Colb. al. 22, 52. Cf. 30, 38.: „aliorsus": aduersus. — PM Leid. ı. al.: et cum quaesitum esset dilectu an uoluntarii pro samnitibus aduersus romanos bellassent.

11. *noui coš. P. Cornelius Aruina Q. Marcius Tremulus hi enim iam creati erant:* P. — M: noui coš. p. cornelius aruina martius remulus | hi enim cet. — *Q.* excidit etiam in omnibus prope Drak. codd.

14. *praeter Aletrinatem:* Voss. ıı. al.] praeter Alatrinatem. — M: praeter alerinatem ferretinatemque. P: p̄t alternitatē ferentinatēque. m. 2.: „p̄t alterinatē". simili errore scriptum est in cod. Snakenburgiano apud Plinium 3, 5. 63. „alterinates", cum in rell. esset „aletrinates". 9, 43. tamen et in M et in P m. 2. scriptum est *aletrinati*, cuius loco in P m. 1. fuerat „altetrinati". cf. quoque Cic. or. pro Cluentio 16, 46.: „C. et

Aletrinatem Ferentinatemque et Verulanum omnes Hernici nominis populo Romano bellum indixerunt.

XLIII. In Samnio quoque, quia decesserat inde Fabius, novi motus exorti: Calatia et Sora praesidiaque quae in his Romana erant expugnata, et in captivorum corpora militum foede saevitum. itaque eo P. Cornelius cum exercitu missus: Marcio novi hostes — iam enim Anagninis Hernicisque aliis bellum iussum erat — decernuntur. primo ita omnia opportuna loca hostes inter consulum castra interceperunt ut pervadere expeditus nuntius non posset, et per aliquot dies incerti rerum omnium suspensique de statu alterius uterque consul ageret, Romamque is metus mana-

L. Fabricii fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinati". 20, 56.: „hic tum Fabricius non modo ad me meos vicinos et amicos Aletrinates non adduxit" cet. — In uno Liv. Loveliano quarto scriptum esse dicitur „all*a*trinatem". — PM: omnes hernici nominis p̄. romano bellum indixerunt.

3. *quia decesserat inde Fabius:* PM. — Voss. II. Lov. 4. al.: discesserat.

4. *quae in his romana erant:* PM] quae in iis cet.

7. *Marcio:* P. martio: M. — P m. 1.: iam enim anag | minis. m. 2.: anag | ninis. M: iam enim *i*nagninis.

10. *et per aliquot dies:* M. — P: non poss& per aliquot dies. — M: is metus manaret. P Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: is metus maneret. — In eisdem Voss. II. Lov. 4. etiam *cum* interpositum est: „cum de statu" cet. I. Fr. Gron. in Rottendorf. codice invenit „per aliquot dies incerti rerum omnium — uterque consul agere, romamque is metus manarat" cet. quae coniecturae omnes eorum librariorum sunt qui non viderint *ut* et ad *ageret maneret* pertinere. „Die Herniker besetzten anfangs so sorgfältig jede Stelle zwischen den Lagern der Consuln, wo ein Übergang möglich war, dass kein Bote von dem einen zum anderen hindurch kommen konnte, und dass jeder der beiden Consuln über die Lage des Andern mehrere Tage hindurch in voller Ungewissheit und Besorgniss blieb, und dass dieser Schrecken sich bis nach Rom verbreitete, worauf dort alle dienstfähigen jungen Leute ausgehoben und zwei vollständige Heere für jeden möglichen Fall gebildet wurden".

ret adeo ut omnes iuniores sacramento adigerentur atque ad subita rerum duo iusti scriberentur exercitus. ceterum Hernicum bellum nequaquam pro praesenti terrore ac vetusta gentis gloria fuit: nihil usquam dictu dignum ausi trinis castris intra paucos dies exuti triginta dierum indutias, ita ut ad senatum Romam legatos mitterent, pacti sunt bimestri stipendio frumentoque et singulis in militem tunicis: ab senatu ad Marcium reiecti cui senatus consulto permissum de Hernicis erat, isque eam gentem in deditionem accepit. et in Samnio alter consul superior viribus, locis impeditior erat: omnia itinera obsaepserant hostes saltusque pervios ceperant, ne qua subvehi commeatus possent: neque eos, cum cotidie signa in aciem consul proferret, elicere ad certamen poterat, satisque apparebat neque Samnitem certamen praesens nec Romanum dilationem belli laturum. adventus Marci, qui Hernicis subactis maturavit collegae venire auxilio, moram certaminis hosti exemit:

3. *pro praesenti terrore ac uetusta gentis gloria:* ex coni. I. Fr. Gronovii. *Vetustate* enim et in PM et in rell. codd. scriptum est (cf. 41, 24.): sed *vetusta* videtur adiectivo *praesenti* postulari. et in M repertum est „gentis gloria fuit". — P: ac uetustate gentis glorie fuit. Leid. I. al.: gentis gloriae. Voss. II. Lov. 4.: ac uetustate gloriae fuit. — Paulo ante in omnibus et Pall. et Drak. codd. scriptum est *properassent id terrore* pro „pro praesenti terrore", quod in PM integrum est.

4. *trinis castris intra paucos dies exuti:* PM rell. In uno Leidensi II. inventum est „ternis castris". cf. ex. gr. 23, 49.: trina castra hostium (Put. Colb. al.). — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: ita ut *senatum* romam legatos mitterent.

8. *cui sc̄. permissum de Hernicis erat:* M. — P: cui sc̄. permissum de herennicis erat. Lov. 4.: cui *sicut* permissum cet.

10. *et in Samnio alter coſ. superior uiribus locis inpeditior erat:* PM. — M: obsaepserant. P: obsepserant. Leid. I. Lov. 4. multique alii recc. codd.: obsesserant. Pall. 1. 3.: obsederant. Voss. II.: obsiderant. — P: né quā subuehi. M: ne qua subuei.

12. *neque eos cum cotidie signa in aciem coſſ. proferret elicere ad certamen poterat:* PM. — Paulo post PM: aduentus marci.

nam ut qui ne alteri quidem exercitui se ad certamen credidissent pares, coniungi utique passi duos consulares exercitus nihil crederent superesse spei, advenientem inconposito agmine Marcium adgrediuntur. raptim conlatae sarcinae in medium et prout tempus patiebatur instructa acies. clamor primum in stativa perlatus dein conspectus procul pulvis tumultum apud alterum consulem in castris fecit: isque confestim arma capere iussis raptimque eductis in aciem mili-

1. *nam ut qui ne alteri quidem exercitui se ad certamen credidissent pares coniungi utique passi duos consulares exercitus nihil crederent superesse spei aduenientem inconposito agmine marcium adgrediuntur:* PM rell. Non modo Harleiani codicis (recentioris) librarium fugit, quanto fortior orationis vis nulla particula inter verba *pares coniungi* interposita pro latinae linguae rationibus efficeretur, sed etiam F. W. Ottonem. hic enim „*et* coniungi" scribi voluit, ille „*at* coniungi". sed iam A. Drakenborchius antiquam et iustam h. l. scripturam recte interpretatus est mentione coniecturae cuiusdam a I. Fr. Gronovio in prima editione Liv. annalium propositae facta: quamquam Gronovium id quod ibi scribendum coniecerat „*cum*, ut qui — credidissent pares, coniungi utique passi — *crederent*", scripsisse postea paenituit. cf. 9, 23.: sparsi per vias speculatores. „Denn da sie es nicht einmal mit dem einen Heere aufzunehmen gewagt hatten, jedenfalls wenigstens glaubten, dass wenn sie die zwei consularischen Heere sich vereinigen liessen, jede Hoffnung auf einen glücklichen Erfolg ihrer Sache aufgeben zu müssen, so greifen sie den Marcius wie er mit seinen nicht geordneten Truppen daherzog plötzlich an.

4. *raptim conlatae sarcinae in medium:* P. — M m. 1.: raptim conlatae sarcinae in medio unum | &. protempus patiebatur cet. m. 2.: in mediū | &. M m. 3. P: & prout tempus cet. — Voss. II.: *sed* raptim conlatae sarcinae cet.

5. *clamor primum in statiua perlatus:* P. — M m. 1.: „clamor primum in stiua platus": manu altera adiectum est *sta* supra *sti*. — PM Leid. I. al.: *dein* conspectus. — P: apud alterum coš. M m. 1.: apud alterum coš. m. 2.: alterū. — PM: *hisque* confestim arma capere iussis raptimque eductis in aciem militibus transuersam hostium *aciem* cet.

tibus transversam hostium aciem atque alio certamine occupatam invadit, clamitans summum flagitium fore, si alterum exercitum utriusque victoriae conpotem sinerent fieri nec ad se sui belli vindicarent decus. qua impetum dederat perrumpit, aciemque per mediam in castra hostium tendit et vacua defensoribus capit atque incendit. quae ubi flagrantia Marcianus miles conspexit et hostes respexere, tum passim fuga coepta Samnitium fieri: sed omnia obtinet caedes nec in ullam partem tutum perfugium est. iam triginta milibus hostium caesis signum receptui consules dederant colligebantque in unum copias in vicem inter se gratantes, cum repente visae procul hostium novae cohortes, quae in supplementum scriptae fuerant, integravere caedem: in quas nec iussu consulum nec signo accepto victores vadunt malo tirocinio inbuendum Samnitem clamitantes: indulgent consules legionum ardori, ut qui probe scirent novum militem hostium inter perculsos fuga veteranos ne temptando quidem satis certamini fore. nec eos opinio fefellit: omnes Samnitium copiae — veteres novaeque —

4. *qua impetum dederat:* M. — P: quā impetum dederat. Cf. 9, 40.: qua pectus atque humeri teguntur. — P m. 1. al.: aciem ꝑ mediā. P m. 2. M: aciemque.

6. *quae ubi flagrantia marcianus* (M: martianus) *miles conspexit et hostes respexere:* PM al. — Voss. II.: et hostes conspexere. Lov. 4.: conspexerunt: (30, 6.). — Paulo post Leid. I. Voss. II. al.: nec in nullam partem.

9. *iam triginta* (M: xxx.) *mil. hostium caesis signum receptui coss̄. dederant colligebantque in unum copias:* PM. — Duo recc. codd.: collegebantque. — P: in uicem inter se gratantes. Cf. 7, 13.: gratantes ovantesque. M: inter se gregatantes. Recc. quidam codd.: inter se gratulantes.

15. *malo tirocinio inbuendum Samnitem:* P m. 2. M. — P m. 1.: tironicio. Leid. I. Voss. II. Lov. 4.: iutuendum. — P: indulgent coss̄. legionum ardori. M: indulgent coss̄. — PM: ut qui probe scirent nouum militem hostium inter perculsos fuga ueteranos ne temptando quidem satis certamini fore. Leid. I. Voss. II. Lov. 4.: ut qui prosternerent nouum militem — nec temptando quidem cet.

19. *omnes Samnitium copiae:*

montes proximos fuga capiunt. eo et Romana erigitur acies nec quicquam satis tuti loci victis est: et de iugis quae ceperant funduntur iamque una voce omnes pacem petebant: tum trium mensum frumento imperato et annuo stipendio ac singulis in militem tunicis ad senatum pacis oratores missi. Cornelius in Samnio relictus, Marcius de Hernicis triumphans in urbem rediit, statuaque equestris in foro decreta est quae ante templum Castoris posita est. Hernicorum tribus populis Aletrinati Verulano Ferentinati, quia maluerunt quam civitatem, suae leges redditae conubiumque inter ipsos, quod aliquamdiu soli Hernicorum habuerunt, permissum: Anagninis quique arma Romanis intulerant civitas sine suffragii latione data, concilia conubiaque adempta et magistratibus praeter quam sacrorum curatione interdictum. — Eodem anno aedes Salutis a C. Iunio Bubulco censore locata est, quam consul bello Samnitium voverat: ab eodem collegaque eius M. Valerio Maximo viae per agros publica inpensa factae. et cum Carthaginiensibus eo-

P. — M: omnis. — Paulo post M: nec quiquam. Leid. ɪ.: ne quidquam.

4. *tum trium mensum frumento imperato* cet.: M m. 1. P. — M m. 3.: mensium. Cf. 9, 33.: sex mensum. — Leid. ɪ. Voss. ɪɪ. Lov. 4. al.: *d*um trium cet. — M: ac singulis | immilitem tunicis.

6. *Marcius:* P. martius: M. — M m. 1. P: de herennicis. M m. 2.: de hernicis. — I. Fr. Gron. scribendum coniecit: decreta *ei* quae cet.

9. *Aletrinati:* P m. 2. M Leid. ɪ. al.] Alatrinati. — P m. 1.: altetrinati. Lov. 4.: allatrinati. Cf. 9, 42.: praeter Aletrinatem. — M m. 1. P: quia maluerunt qu*a* ciuitatem. M m. 2.: quā. Voss. ɪ. aliique recc. codd.: quia nihil maluerunt quam ciuitatem. — PM: co*n*ubiumque. Cf. 9, 34. — PM: aliquamdiu. — Paulo post PM: concilia conubiaque adempta.

15. *a C. Iunio Bubulco censore:* P. — M: ac iunio bubulco censore. m. 2.: a iunio cet. — M: M. Valerio Maximo. P: m̄. ualerio maxime.

18. *et cum Carthaginiensibus* (M: cartagiensibus) *eodem anno foedus tertio renouatum:* PM. Cf. 9, 19.: foederibus vetustis iuncta res Punica Romanae. — M: quia ad id uenerant.

dem anno foedus tertio renovatum legatisque eorum, qui ad id venerant, comiter munera missa.

XLIV. Dictatorem idem annus habuit P. Cornelium Scipionem cum magistro equitum P. Decio Mure. ab his, propter quae creati erant, comitia consularia habita, quia neuter consulum potuerant bello abesse: creati consules L. Postumius Ti. Minucius. hos consules Piso Q. Fabio et P. Decio suggerit biennio exempto, quo Claudium Volumniumque et Cornelium cum Marcio consules factos tradidimus. memoriamne fugerit in annalibus digerendis an con-

4. *cum mag̃. equitum P. Decio Mure:* M m. 1. P. — M m. 3. (atque inde recc. quidam codd.): Murena. — Deinde scriptum est in PM *ab his.* Bekk.: ab iis.

5. *quia neuter coss̃. potuerant bello abesse:* PM Leid. I. al.] quia neuter consulum potuerat cet. — Cf. Plaut. Men. 4, 5. 34. (ed. Both. v. 687.): „quotiens edixi tibi, Ut caveres, *neuter* ad me *iretis* cum querimonia". cf. *uterque, nemo* (5, 39.) al.

6. *creati consules L. Postumius Tib. Minucius:* Sig. sec. Capit. fragm. et Diod. 20, 81. — P: creati coss̃. l. postumius t. minutius. M m. 1.: creati coss̃. | postumiest minutius. m. 4.: postumius & minutius.

8. *biennio exempto:* P. — M: biennio exẽto. — M: quo claudium uolumniumque et cornelium cum m̃ uiaccio consules factos tradidimus.

10. *memoriamne fugerit:* cod. Gärtner.] memoriane fugerit (ed. Frob. 1531.). — P: memoriene. M rell.: memoriaene. — Syllabas *ae* *am* persaepe inter se confusas esse multis locis videmus: ex. gr. 9, 20.: „Capuae". Simillimum locum legimus apud Aul. Gellium 1, 18.: „sed *ea res fugeritne* tunc Varronis *memoriam*, an contra — putarit, non meum iudicium est". Drakenborchius *memoriane* pro ablativo haberi vult ut 2, 33.: „memoria cessisset": quod mihi propter *fugere* non probatur. si quis tamen *memoriane* pro nominativo habere vult, ut *illorum consulum* suppleatur ad *memoria*, et *eum* ad *fugerit*, is quidem latine scripserit, quamquam rei ipsius ratio *fugeritne memoria* postulare videtur. „Ob es ein Gedächtnissfehler war dass er diese Consuln nicht erwähnte, oder ob er sie mit Fleiss übergangen, bleibt dahingestellt". — P: binos coss̃. M: binos conss̃.

sulto binos consules — falsos ratus — transcenderit, incertum est. Eodem anno in campum Stellatem agri Campani Samnitium incursiones factae: itaque ambo consules in Samnium missi: cum diversas regiones Tifernum Postumius Bovianum Minucius petisset, Postumi prius ductu ad Tifernum pugnatum. alii haud dubie Samnites victos ac viginti milia hominum capta tradunt, alii Marte aequo discessum et Postumium metum simulantem nocturno itinere clam in montes copias abduxisse, hostes secutos duo milia inde locis munitis et ipsos consedisse. consul ut stativa tuta copiosaque — et ita erant — petisse videretur, postquam et munimentis castra firmavit et omni apparatu rerum utilium instruxit, relicto firmo praesidio de vigilia tertia qua duci proxime potest expeditas legiones ad collegam et ipsum adversus alios sedentem ducit. ibi auctore Postumio Minucius

5. *petisset:* PM Leid. I. Voss. II. Lov. 4. rell.] petissent. — P: tifernum postumius bouianum minucies petisset. m. 2.: minucius. M: tifernum postumiūs bouianum minuti | cius petisset. — Bekk.: itaque ambo consules in Samnium missi cum diversas regiones, Tifernum Postumius, Bovianum Minucius, petissent cet. — *Postumi prius ductu:* PM] Postumii cet. — M: haud dubiae. — PM: ac uiginti mil hominum capta tradunt. Recc. quidam codd.: ac triginta milia. Sigonius Diodorum 20, 90. secutus „ac duo milia" scribi voluit. — PM: copias adduxisse. — PM: duo mil inde. — Lov. 4.: hostes insecutos duobus millibus passuum inde locis munitis et ipsis consedisse.

11. *postquam et munimentis castra firmauit et omni apparatu rerum utilium instruxit:* PM: praeterquam quod in M „apparatum" scriptum est. — Voss. II. al.: et omnia pro paratu rerum utilium. Lov. 4.: et omnia prae paratu utilium rerum.

13. *de uigilia tertia* („vor Ablauf der dritten Nachtwache"): PM rell.] de tertia vigilia. — PM: „qua duci proxime potest": i. e. brevissima via.

15. *ibi auctore Postumio Minutius* (P: municius) *cum hostibus signa confert:* PM. — P m. 2. M: defessam iam aciem hostium inprouiso inuadit. P m. 1.: defensam. Recc. quidam codd.: defessum iam acie hostem.

cum hostibus signa confert et, cum anceps proelium in multum diei processisset, tum Postumius integris legionibus defessam iam aciem hostium inproviso invadit: itaque cum lassitudo ac vulnera fugam quoque praepedissent, occidione occisi hostes, signa unum et viginti capta, atque inde ad castra Postumi perrectum: ibi duo victores exercitus perculsum iam fama hostem adorti fundunt fugantque: signa militaria sex et viginti capta et imperator Samnitium Statius Gellius multique alii mortales et castra utraque capta: et Bovianum, ubi postero die coepta oppugnari, brevi capitur magnaque gloria rerum gestarum consules triumpharunt. Minucium consulem cum vulnere gravi relatum in castra mortuum quidam auctores sunt et M. Fulvium in locum eius consulem suffectum et ab eo, cum ad exercitum Minucii missus esset, Bovianum captum. eo anno Sora Ar-

5. *atque inde ad castra Postumi perrectum:* PM. — M m. 4.: perculsum iam fama | hostem. m. 1.: perculsum iam fama | fame hostem. P: perculsum iam famae hostem. Drakenb. codd.: fame. — P m. 2. M: signa militaria sex et xx capta & imperator samnitium statius cellius cet. P m. 1.: capta imperator. Cf. 10, 18.: Gellius Egnatius.

10. *ubi postero die coepta oppugnari* (scil. urbs): PM et optt. quique codd.] ubi postero die coeptum oppugnari. — Sic ex. gr. a Virgilio Aen. 7, 682. scriptum est „*altum* Praeneste", 8, 561. „Praeneste sub *ipsa*". — P m. 1.: et bobianaum. P m. 2. M. al.: et bobianum. Cf. 9, 31. 10, 12. Ceterum cum his tribus locis Bovianum a Romanis captum dicatur, eandem urbem a Samnitibus bis receptam fuisse oportet. cf. 9, 38.: consul — Allifas de Samnitibus vi cepit. — Diodorus 20, 90. non Bovianum sed Bolam eo anno captam vult, idque verum esse I. Fr. Gronovio persuasit. sed iam Drakenb. docuit illam urbem non Samnitium sed Aequorum fuisse nec numero singulari sed plur. apud Livium 4, 49. 6, 2. scriptam legi. — Paulo post M: „minutium coš." et „minutii".

15. *eo anno Sora Arpinum Cesennia recepta:* M] eodem anno Sora Arpinum Censennia recepta. — *Eo anno* et in P et in rell. codd. scriptum est: sed in P invenimus *cessennia.* Cod. Sig.: censennia. Lov. 4.: censenia.

pinum Cesennia recepta ab Samnitibus: Herculis magnum simulacrum in Capitolio positum dedicatumque.

XLV. P. Sulpicio Saverrione P. Sempronio Sopho consulibus Samnites — seu finem seu dilationem belli quaerentes — legatos de pace Romam misere: quibus suppliciter agentibus responsum est, nisi saepe bellum parantes pacem petissent Samnites, oratione ultro citro habita de pace transigi potuisse: nunc, quando verba vana ad id locorum fuerint, rebus standum esse: P. Sempronium consulem cum exercitu brevi in Samnio fore: eum, ad bellum pacemne inclinent animi, falli non posse: conperta omnia senatui relaturum, decedentem ex Samnio consulem legati sequerentur. eo anno cum pacatum Samnium exercitus Romanus benigne praebito commeatu peragrasset, foedus antiquum Samnitibus redditum. Ad Aequos inde veteres hostes ceterum per multos annos sub specie infidae pacis quietos versa arma Romana, quod incolumi Hernico nomine missitaverant simul cum his Samniti auxilia et post Hernicos subactos universa prope gens sine dissimulatione consilii publici ad

Diod. 20, 90.: οἱ δ' ὕπατοι — ἀνεκτήσαντο Σώραν Ἀρπίναν καὶ Σερεννίαν. — In M primo scriptum erat „a samnitibus", sed eadem manu antiqua *b* adiectum est.

3. *P. Sulpicio Sauerrione P. Sempronio Sopho consulibus:* Sig. — PM melioresque codd.: *auerrione:* sed 10, 9. et in P scriptum est „P. Sulpicio Sauerrione". — P: coš. M: conšš. — M: sulpitio. — M m. 1.: legatos de pace roma misere. m. 3.: romā.

7. *oratione ultro citro habita:* M. — P: utro citro. — M m. 1.: de pace trasigi potuisse. m. 3.: trāsigi potuisse. — P: ad id locarum. — PM: p. sempronium cošš. — P: breui in samnio fore. Leid. I. al.: in samnio forent.

10. *ad bellum pacemne inclinent animi:* PM. — Multi recc. codd.: ad bellum pacemue. Cod. Klock.: ad bellum pacemue inclinetur animi. — M m. 3.: conperta omnia | senatui relaturum. m. 1.: conperta omni | senatui relaturum. P: conperta oms senatui relaturum. — PM: decedentem ex samnio coš.

15. *ceterum per multos annos sub* (P: sup) *specie infidae pacis quietos:* PM. — P: misitauerant. — PM: simul cum *his*.

hostes desciverat: et postquam icto Romae cum Samnitibus foedere fetiales venerant res repetitum, temptationem aiebant esse ut terrore incusso belli Romanos se fieri paterentur, quod quanto opere optandum foret Hernicos docuisse, cum quibus licuerit suas leges Romanae civitati praeoptaverint: quibus legendi quid mallent copia non fuerit, pro poena necessariam civitatem fore. ob haec vulgo in consiliis iactata populus Romanus bellum fieri Aequis iussit consulesque ambo ad novum profecti bellum quattuor milia a castris hostium consederunt. Aequorum exercitus, ut qui suo

1. *et postquam icto Romae cum Samnitibus foedere fetiales uenerant res repetitum:* P. — M m. 1.: feciales uenerat res per | titum. m. 3.: uenerāt res pe | titum. — M: temptationem aiebant esse. P m. 1.: temtationem agebant ēē. m. 2.: temptationem.

4. *quod quanto opere optandum foret:* PM Leid. I. Pall. Voss. II. al.] quod quantopere optandum foret. Cf. 4, 3:: quanto opere vos Quirites contemnerent patres. 9, 33.: magno opere. al. — P m. 1.: hernicos docuiss&. m. 2.: docuisse.

6. *quibus legendi quid mallent copia non fuerit pro poena necessariam ciuitatem fore:* P. — M: quibus legendi *quod* mallent copia ñ fuerit | propenam necessariā ciuitatem fore. — „Das sei nur ein listiger Anschlag, damit, wenn ihnen mit einem Kriege gedroht werde, sie sich nicht sträuben könnten römische Bürger zu werden. Wie hoch aber dies Geschenk anzuschlagen sei, hätten die Herniker gezeigt, indem die, denen die Wahl frei gestellt worden, ihre heimischen Anordnungen dem römischen Bürgerrechte vorgezogen: wem diese Wahl nicht gelassen werde, dem werde als Strafe das röm. Bürgerrecht aufgedrungen". Cf. 9, 43.

7. *ob haec uulgo in consiliis iactata psr. bellum fieri Aequis iussit:* PM (nisi quod in M *in* excidit)] ob haec vulgo in conciliis cet. „In ihren Rathsversammlungen". — P m. 1.: coss̄. quae ambo. m. 2.: que. M m. 1.: „iussit quae ambo". sed m. 2. adiecit *cōsules*. — PM: IIII mil a castris hostium.

10. *ut qui suo nomine permultos annos inbelles egissent:* P m. 2. M. — P m. 1.: egiss&. „Da sie viele Jahre lang keinen Krieg auf eigenen Antrieb geführt hatten". — P: tumaltuario similes.

nomine permultos annos inbelles egissent, tumultuario similis sine ducibus certis sine imperio trepidare: alius exeundum in aciem, alii castra tuenda censent: movet plerosque vastatio futura agrorum ac deinceps cum levibus praesidiis urbium relictarum excidia: itaque postquam inter multas sententias una, quae omissa cura communium ad respectum suarum quemque rerum vertisset, audita, ut prima vigilia diversi e castris ad deportanda omnia tuendasque moenibus in urbes abirent, cuncti eam sententiam ingenti adsensu accepere. palatis hostibus per agros prima luce Romani signis prolatis in acie consistunt et, ubi nemo obvius ibat, pleno gradu ad castra hostium tendunt. ceterum postquam ibi neque stationes pro portis nec quemquam in vallo nec fremitum consuetum castrorum animadverterunt, insolito silentio moti metu insidiarum subsistunt. transgressi deinde vallum cum deserta omnia invenissent, pergunt hostem vestigiis sequi: sed vestigia in omnes aeque ferentia partes ut

2. *alius exeundum in aciem:* P m. 2. M Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.] alii exeundum in aciem. — P m. 1.: auxilius exeundum cet. — Livius priore loco non *alii* sed *alius* scripsit ut perpaucis modo consilium acie cum Romanis decertandi fuisse exprimeret. Cf. 9, 3.: alius — alius.

7. *ut prima uigilia diuersi* (P: deuersi) *e castris ad deportanda omnia tuendasque moenibus in urbes abirent:* PM] ut — ad deportanda omnia tuendaque moenibus in urbes abirent (Voss. I.). — Gravissimum belli malum visa erant excidia urbium quae cum levibus praesidiis relictae essent. optimum igitur consilium fore videbatur abeundi in urbes moenibus tuendas, posteaquam omnia ea, quae obsidionis tolerandae essent, ex agris in eas deportassent.

10. *prima luce Romani signis prolatis in acie consistunt:* PM: nisi quod in P est „romanis". — Voss. II.: in aciem. — Lov. 4.: et ubi nemo obuius it.

14. *animaduerterunt:* PM al. — Multi recc. codd.: animaduertunt. — Dein M m. 1.: cum deserta omnia inuenisset.

17. *sed uestigia in omnes aeque ferentia partes ut in dilapsis passim:* PM: praeterquam quod in M *passis* scriptum est. — Leid. I. Voss. II. Lov. 4. multique alii codd.: ut inde lapsis passim.

in dilapsis passim primo errorem faciebant, post per exploratores conpertis hostium consiliis ad singulas urbes circumferendo bello unum et triginta oppida intra dies quinquaginta omnia oppugnando ceperunt, quorum pleraque diruta atque incensa nomenque Aequorum prope ad internecionem deletum. de Aequis triumphatum, exemploque eorum clades fuit ut Marrucini Marsi Peligni Frentani mitterent Romam oratores pacis petendae amicitiaeque: his populis foedus petentibus datum.

XLVI. Eodem anno Cn. Flavius scriba patre libertino humili fortuna ortus ceterum callidus vir et facundus aedi-

Recc. quidam codd.: ut inde dilapsis passim. „Wie natürlich da sich die Feinde nach allen Seiten hin zerstreut hatten". — Tum scriptum est in PM Leid. I. Lov. 4. al.: „post exploratores", cum *p* praetermissum esset. — M: con*f*ertis hostium consiliis. — Recc. tres codd.: circumferendo bellum.

3. *unum et* xxx *oppida intra dies l. omnia oppugnando ceperunt:* PM al.] unum et quadraginta oppida intra dies quinquaginta cet. — Margini codicis P altera manu adscriptum est „xl": in quo numero emendando doctus librarius Diodorum secutus videtur, qui 20, 101. ita scripserat: ἐχειρώσατο (P. Sempronius cons.) τεσσαράκοντα πόλεις ἐν ἡμέραις ταῖς πάσαις πεντήκοντα. Leid. I.: intra dies sexaginta. Lov. 4.: intra dies xl. — M: nomenque aequorum prope ad internecionem deletum. m. 2.: internetionem. P: prope ad internicionem delectum.

7. *Marrucini Marsi Peligni:* PM. — P Leid. I. Voss. II. Pall. 1. 3. Lov. 4. al.: feretrani. M: feretani. Sigonius *Frentani* restituit. cf. 9, 16.: cum Frentanis. — M: pacis | tenenda petendae amicitiaeque.

8. *his populis foedus petentibus datum:* PM] iis populis cet.

10. *Cn. Flauius scriba patre libertino*] Cn. Flavius Cn. filius scriba cet. — *Cn. Flavius scriba* omisso patris praenomine scribendum videbatur, quod in antiquissimo P m. 1. scriptum invenimus „cñ f scriba" spatio post *f* sex fere litterarum relicto. altera dein manus ad *f* adiecit *il*, ut fieret „cñ. fil." hinc factum videtur ut in recentioribus libris non modo „cñ. flauius" sed etiam „cñ. fil." scriberetur. sic enim iam in M repperimus „cñ. flauius

lis curulis fuit. invenio in quibusdam annalibus, cum appareret aedilibus fierique se pro tribu aedilem videret neque accipi nomen quia scriptum faceret, tabulam posuisse et iurasse se scriptum non facturum: quem aliquanto ante desisse scriptum facere arguit Macer Licinius tribunatu ante gesto

gn. fil. scriba". sed cum alii librarii de patris nomine dubitarent, eius loco signum quoddam adscripserunt, quasi lacunam quandam in antiquioribus libris invenissent, id quod ex codicis P scriptura satis perspicuum fieri potest, haec etiam causa est quod in plerisque Drak. codicibus vocem ipsam *signum* hoc altero loco scriptam videmus. verum patris nominis mentionem Livium non fecisse vel ex eo apparere videtur, quod *patre libertino* additum voluit. huc accedit, quod relatum legimus cum apud Plinium 33, 1. 6. „Cn. Flavium Anni filium", apud Ciceronem ep. ad Att. 6, 1. 8. in aliis codd. „de Cn. Flauio Anci filio" in aliis „Annii filio" (cf. quoque Cic. pro Mur. 1, 11. 25. de orat. 1, 41, 186.): tum quod apud Aul. Gellium 6, 9. multa de hoc Flavio transposita videmus ex tertio annali L. Calpurnii Pisonis, cuius annales quamquam Cicerone iudice sane exiliter scriptos tamen in hac re Livius propter maximam illam narrationis similitudinem secutus videtur: „Cn." inquit „Flavius patre libertino natus scriptum faciebat, isque in eo tempore aedili curuli apparebat, quo tempore aediles subrogantur, eumque pro tribu aedilem curulem renuntiaverunt. at aedilis, qui comitia habebat, negat accipere neque sibi placere, qui scriptum faceret, eum aedilem fieri. Cn. Flavius Annii filius dicitur tabulas posuisse, scriptu sese abdicasse: isque aedilis curulis factus est. idem Cn. Flavius Annii filius dicitur ad collegam venisse visere aegrotum" cet. — M m. 1. P: humilis fortuna natus. M m. 2.: humili. — PM: aed cur fuit.

1. *cum appareret aedilibus fierique se pro tribu aedilem videret:* PM: i. e. cum scriba aedilis esset et se praerogativae gratia tribus aedilem creari videret. — „Neque accipi nomen" scil. ab eo qui comitia habuit. — PM: tabulam posuisse et iurasse se scriptum non facturum: „so habe er das Protokoll das er führte niedergelegt und sich durch einen Eid verpflichtet, das Geschäft eines Schreibers nicht mehr zu treiben".

5. *tribunatu ante gesto trium-*

triumviratibusque nocturno altero altero coloniae deducendae. ceterum — id quod haud discrepat — contumacia adversus contemnentes humilitatem suam nobiles certavit, civile ius repositum in penetralibus pontificum evulgavit fastosque circa forum in albo proposuit ut quando lege agi posset sciretur, aedem Concordiae in area Vulcani summa invidia nobilium dedicavit, coactusque consensu populi Cornelius Barbatus pontifex maximus verba praeire, cum more maiorum negaret nisi consulem aut imperatorem posse templum dedicare. itaque ex auctoritate senatus latum ad populum est ne quis templum aramve iniussu senatus aut tribunorum plebei partis maioris dedicaret. haud memorabilem rem per se nisi documentum sit adversus superbiam nobilium plebeiae libertatis referam: ad collegam aegrum visendi causa Flavius cum venisset consensuque nobilium

uiratibusq. nosturna altero altero coloniae deducendae: P. — M: tribunato ante gesto triumuiratibus nocturno cet. „zur Aufrechthaltung der nächtlichen Ordnung“.

3. *ciuile ius repositum in penetralibus pontificum euulgauit:* P: „machte die Regeln des Processverfahrens, die von dem Collegium der Oberpriester geheim gehalten wurden, bekannt“. M: in penetrabilib. pontificum. — Paulo ante M: contumatia. P: otēpnentes.

4. *fastosque circa forum in albo proposuit:* M: „und stellte einen Gerichtskalender auf einer weissen Tafel öffentlich aus“. Num „fasti circa forum“ h. l. significent *fastos forenses?* — P: in area uulcani. M: in area uulgani. — P: cornelius barbatus. P: pont maximus. M: pont maxim'. — M: „cum more maiorum negaret nisi conš. aut imperatorem posse templum“ praetermisso verbo *dedicare.* Idem verbum videtur excidisse in eo libro, ex quo P descriptus est: in P enim duodecim verbis omissis scriptum est „nisi coš. aut imperatorem posse templum aramue iniussu senatus“ cet. m. 2. ad *templum* adiectum est „hď“. — Deinde scriptum est in M: itaq. *ea* | auctoritate cet. — PM Leid. I.: aut tribunorum plebei. — Ceterum Dukerus 2, 27. 42. 6, 5. conferri vult, quibus locis non semper illum morem dedicationis templorum observatum esse appareat.

15. *consensuque nobilium adulescentium qui ibi adsedebant:* P] consensuque nobi-

adulescentium, qui ibi adsedebant, adsurrectum ei non esset, curulem adferri sellam eo iussit ac sede honoris sui anxios invidia inimicos spectavit. ceterum Flavium dixerat aedilem forensis factio Ap. Claudii censura vires nacta, qui senatum primus libertinorum filiis lectis inquinaverat et, posteaquam eam lectionem nemo ratam habuit nec in curia adeptus erat quas petierat opes urbanas, humilibus per omnis tribus divisis forum et campum corrupit: tantumque Flavii comitia indignitatis habuerunt ut plerique nobilium anulos aureos et phaleras deponerent. ex eo tempore in

lium adolescentium qui ibi assidebant. — M: adulescentium qui ibi adsidebant. Cf. 9, 24.: cohortibus insedere iussis. — PM: ac sede honoris sui anxios inuidia inimicos spectauit: und blickte von seinem Ehrensitze auf seine Feinde die vor Missgunst ausser sich waren herab. Piso ap. Gell. l. l.: „sellam curulem iussit sibi afferri, eam in limine apposuit ne quis illorum exire posset, utique ii omnes inviti viderent sese in sella curuli sedentem“.

4. *forensis factio Ap. Claudii censura uires nacta q̧ senatum primus libertinorum filiis lectis inquinauerat:* P. — M Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: censurae. — Paulo ante PM Leid. I. Voss. II. al.: flauium d*u*xerat aedilem. — Cf. Suet. Claud. 24.: „ignarus, temporibus Appii et deinceps aliquamdiu *libertinos* dictos non ipsos qui manu mitterentur sed ingenuos ex his procreatos“.

6. *posteaquam eam lectionem nemo ratam habuit:* PM] postquam cet. Cf. 9, 30. — M: „habuit eptus erat quas petierat“ cet. sed margini adscriptum est „nec ī cūā ad“. — M m. 2. P: nec in curia adeptus erat quas petierat opes urbanas: „und er sich im Senat durch die beabsichtigte Aufnahme dieser Leute aus der Stadt den Einfluss nach dem er strebte nicht hatte verschaffen können“. I. Fr. Gron. „urbanis humilibus“ scribendum coniecit. — P m. 1.: humilibus per omnies tribus diuisis forum et campum corrūpit. m. 2.: omnes. M: humilibus roma*nies* | tribus diuisis forum et campum corrupit. — Quem ad modum a Livio haud raro coepta constructio mutata est, sic h. l. verba „qui *inquinaverat* et *corrupit*“, et „posteaquam *habuit* et *adeptus erat*“ sibi respondere videmus.

10. *anulos aureos:* PM] annulos aureos. Cf. 9, 7.

duas partes discessit civitas: aliud integer populus fautor et cultor bonorum, aliud forensis factio tenebat, donec Q. Fabius et P. Decius censores facti, et Fabius simul concordiae causa simul ne humillimorum in manu comitia essent omnem forensem turbam excretam in quattuor tribus coniecit urbanasque eas appellavit: adeoque eam rem acceptam gratis animis ferunt ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret: ab eodem institutum dicitur ut equites idibus Quinctilibus transveherentur.

1. *discessit ciuitas:* P. — M Leid. 1.: discissit ciuitas. Cf. Sall. Jug. 13, 1. — P: ex eo tempore inducias partes cet. Cod. Klock.: tendebat.

5. *omnem forensem turbam excretam in quattuor tribus coniecit urbanasque eas appellauit:* PM: i. e. omnes eos quibus res forenses quaestui esse coeperunt. — P m. 1.: gratuis animis. m. 2.: gratis. — PM: quod tot uictoriis non pepererat. Leid. 1. al.: quod — non poterat. Lev. 4.: non potuerat. PM: quintilibus. — In fine huius libri scriptum est in M: „Victorianus ūc emendabam domnis symmachis. Titi Liui ab urbe condita liber VIIII explicit. incip̄ lib̄. x. feliciter".

TITI LIVI
AB URBE CONDITA
LIBER X.

I. L. Genucio Ser. Cornelio consulibus ab externis ferme bellis otium fuit. Soram atque Albam coloniae deductae: Albam in Aequos sex milia colonorum scripta: Sora agri Vulsci fuerat sed possederant Samnites: eo quattuor milia hominum missa. eodem anno Arpinatibus Trebulanisque civitas data: Frusinates tertia parte agri damnati quod

1. *L. Genucio Ser. Cornelio coss.:* M. — P: genucio ser̄ cornelio coss̄. — Praenomen Genucii excidit in multis quoque recc. codd. — M: „ocium fuit | *ad* soram atque albam" cet. Videri potest in antiquiore libro *at* scriptum fuisse. — De Sora cf. 9, 23. 24. 43. 44.

3. *Albam in Aequos* VI̅ *colonorum scripta:* P. — M: „u̅i. colonorum". hinc factum est ut in Leid. I. Voss. II. Pall. 1. 3. Lov. 4. al. scriberetur „albam in aequos III colonorum scripta". — P: *soras* agri uolsci fuerant sed possederant samnit*e* eo IIII mil hominum missa. M: sora agri uolsci fuerat cet. M: eo IIII mil hominum missa. Lov. 2.: sora agri uulscini fuerat. — *Eo* praetermissum est in melioribus Drak. codd. — Paulo post Leid. I.: data ciuitas.

6. *Frusinates tertia parte agri damnati:* PM. — In Leid. I. excidit *tertia parte*, et in Pall. 1. 3. Voss. II. al. scriptum est: frusinates etiam parte agri damnati. — P: quaestione ab cos̄. ex sec̄. habita. M: quaestione ab cons̄. ex sec̄. habita. — Lov. 4.: uirgis caes*a* ac securi percuss*a*. Cf. ex. gr. 27, 16.: milia triginta seruilium capitum dicuntur capti (Put. al.).

Hernicos ab eis sollicitatos conpertum, capitaque coniurationis eius quaestione ab consulibus ex senatus consulto habita virgis caesi ac securi percussi. tamen ne prorsus inbellem agerent annum, parva expeditio in Umbria facta est, quod nuntiabatur ex spelunca quadam excursiones armatorum in agros fieri. in eam speluncam penetratum cum signis est, et ex eo loco obscuro multa vulnera accepta maximeque lapidum ictu, donec altero specus eius ore — nam pervius erat — invento utraeque fauces congestis lignis accensae: ita intus fumo ac vapore ad duo milia armatorum ruentia novissime in ipsas flammas, dum evadere tendunt, absumpta. M. Livio Dentre M. Aemilio consulibus redinte-

3. *tamen ne prorsus inbellem agerent annum:* P m. 2. cod. Gel. — P m. 1.: inpellem. — M praetermissa voce *tamen:* „ne prorsus inbelle macerent annum. m. 4.: magerent. — Duo recc. codd.: expeditio in umbria*m* facta est.

8. *specu eius:* P: quod integrum haberi posset si *peruiū* scriberetur. In M m. 1. scriptum erat *specum eius*, m. 4. *specus eius*, idque in rell. codd. inventum videtur esse: sed in cod. M persaepe litteram *m* modo adiectam esse modo praetermissam invito scriptore permulti loci docent. hoc mendo scriptum est ex. gr. in M 9, 42.: „sub corona*m* uenie*m*re“ pro „sub corona ueniere“. — Cf. C. L. Schneideri lat. gramm. II. 1, 345. et Prisc. 4, 2. 11.: „in *u* derivativa pauca invenies, *u* specus specu, pecus pecu, testa testu, tonitrus tonitru, cornus cornu“. — M: ad duo milia. P: ad duo mil.

12. *M. Liuio Dentre M. Aemilio coss.* Diodorum secuti scripsimus, apud quem 20, 106. huius anni consules „Μάρκος Λίβιος καὶ Μάρκος Αἰμίλιος“ nominantur, quamquam Cassiodorus *L. Aemilium* fuisse vult. nulla enim re saepius a librariis erratum esse quam littera *m* male aut praetermissa aut adiecta sexcentis locis videre licet. nec deesse posse videbatur hoc loco alterius consulis praenomen, quo uno loco eius anni consules proderentur (cf. 22, 39.): nam si quis consulto hoc praenomen a Livio praetermissum esse contendere vult, quod alia ab aliis auctoribus Aemilii consulis praenomina traderentur, is nescire videtur, in hac ipsa discrepantia observanda diligentissimum fuisse Livium.

gratum Aequicum bellum: coloniam aegre patientes velut arcem suis finibus inpositam summa vi expugnare adorti ab ipsis colonis pelluntur. ceterum tantum Romae terrorem fecere, quia vix credibile erat tam adfectis rebus solos per se Aequos ad bellum coortos, ut tumultus eius causa dictator diceretur C. Iunius Bubulcus: cum M. Titinio magistro

I. Fr. Gronovius quidem *Marcis* scribi voluit ut una voce utriusque consulis praenomen exprimeretur (4, 48.): sed quod recte se habebat, si duo homines eiusdem gentis nominandi erant, ut praemissis vel postpositis diversis praenominibus unum commune gentilicium nomen adderetur, id diversis gentibus in praenominibus coniungendis a Livio factum non videmus. sic scriptum est 42, 4. „Q. et L. Apuleios“ (Laurish.), 27, 6. „C. et L. Arriani“ (Put.) al. sed eodem hoc altero loco „Q. Fulvium et Q. Fabium consules“ legimus. cf. 4, 7.: interrex consules creat Lucium Papirium L. Sempronium, 7, 12.: novi consules C. Fabius et C. Plautius, 8, 19.: creati consules L. Papirius — L. Plautius, 9, 45.: P. Sulpicio P. Sempronio consulibus: 30, 1.: Cn. Servilius et C. Servilius coss. (T. Livi l. XXX. p. LVI.). cf. quoque 5, 24.: „duos Publios Cornelios — Cossum et Scipionem“. al. — In cod. P invenimus: „m̄. liuio dentice aemilio conss̄.“, in M (et in Leid. I. Pall. 1. 3. multisque Drak. codd.): „m̄. liuio dentrice aemilio conss̄.“: sed illud *dentrice* factum videtur ex duabus coniunctis scripturis *dentri* vel *dentre*, cum *c* male scriberetur pro *t*, nisi forte *ic* scriptum est pro *n* vel *m* ut 10, 3. in nomine *cilnium*. In cod. Klockiano scriptum esse dicitur *Q. Aemilio*, in quattuor recc. Drak. codd. *C. Aemilio*: idque *Caio* verum esse potest, cum praenomina *C.* et *Tib.* ab Aemilia gente non prorsus aliena sint, quamquam praenomina *L.* et *M.* multo saepius in hac gente reperiuntur. — PM: redintegratum aequicum bellum. Leid. I.: equitum. Rell. codd.: aequorum.

1. *aegre patientes*: P. — M: aegrae. — P m. 1.: ad ipsis colonis. m. 2.: ab. — Paulo post P m. 1.: credibili erat. m. 2.: credibile. — P m. 2. M: cohortos. P m. 1.: cohortes.

6. *cum M. Titinio mag̃. equitum profectus*: PM Leid. I. al.] is cum M. Titinio cet. (cod. Sig. Pal. II. aliique recentissimi codd.). Cf. 9, 41.: profectus ad Nuceriam. — P: quam cos̄. uouerat. M: cons̄.

equitum profectus primo congressu Aequos subegit, ac die octavo triumphans in urbem cum redisset, aedem Salutis, quam consul voverat censor locaverat, dictator dedicavit.

II. Eodem anno classis Graecorum Cleonymo duce Lacedaemonio ad Italiae litora adpulsa Thurias urbem in Salentinis cepit. adversus hunc hostem consul Aemilius missus proelio uno fugatum conpulit in naves: Thuriae redditae veteri cultori Salentinoque agro pax parta. Iunium Bubulcum dictatorem missum in Salentinos in quibusdam annalibus invenio et Cleonymum prius quam confligendum esset cum Romanis Italia excessisse. circumvectus inde Brundisii promunturium medioque sinu Hadriatico ventis latus, cum laeva inportuosa Italiae litora, dextra Illyrii Liburnique et Histri gentes ferae et magna ex parte latrociniis maritimis infames terrerent, penitus ad litora Venetorum perve-

4. *eodem anno classis graecorum:* PM. — PM: cleonimo. Cf. Diod. 20, 104. — P: dūce lacaedemonio. M: duce lacaedemonio. — PM cod. Klock. al.: „ad italiae litora adpulsa thurios urbem in sallentinis cepit". In eisdem libris paulo post scriptum est „sallentinoque agro" et „in sallentinos": sed cf. 9, 42.: Salentini hostes. Quod ad alterum nomen attinet, cum rell. edd. *Thurias* scribendum videbatur, quod paulo post et in PM et in rell. codd. „thuriae redditae" scriptum legitur et utraque forma (Thurii, Thuriae) antiqui scriptores usi sunt.

10. *Cleonymum:* M. Cleonimum: P. — PM: italia excessisse. Cf. 37, 49.: Italia excedere. 30, 20.: Hannibalem hostium terra excedentem. — Pall. 1. 3. Voss. II. Lov. 4. omnesque prope recc. codd.: italia decessisse. Cf. 41, 10.: utrumque decedere prouincia iussit (cod. Laurish.): al.

11. *circumuectus inde Brundisii promunturium:* PM] circumvectus — promontorium. — *Promunturium* in antiquissimis codd. Laurish. et Put. al. reperimus. Cf. ex. gr. 30, 25. 42, 20. — P: medioque sinu hadriatico. M: adriatico. — PM: laeua (M: leua) inportuosa italiae litora. — P: dextra illyrici liburnique et strigentes fere et cet. M: dextra illirii liburnique et *hi*stri gentes ferae et cet. Cf. 42, 26.: Illyriorum regem. Illyri vocati: (cod. Laurish.). Cum eodem cod. Laurishaimensi scripsimus *Histri* et *Histria*.

nit. expositis paucis qui loca explorarent cum audisset tenue praetentum litus esse, quod transgressis stagna ab tergo

1. *expositis paucis qui loca explorarent cum audisset tenue praetentum litus esse quod transgressis stagna ab tergo sint inrigua aestibus maritimis agros haud procul proximos campestris cerni ulteriora collis uideri esse ostium fluminis praealti quo circumagi naues in stationem tutam uidissent* cet.] ibi expositis paucis qui loca explorarent, cum audisset tenue praetentum littus esse, quod transgressis stagna ab tergo [sint], irrigua aestibus maritimis, agros haud procul proximos campestres cerni, ulteriora colles; inde esse ostium fluminis praealti, quo circumagi naves in stationem tutam vidisse cet. — Hunc difficiliorem locum librariorum et antiquorum et recentium studiis corruptissimum ita in integrum restituere conati sumus ut quam maxime optimorum codd. auctoritatem sequeremur. primo igitur *ibi* induximus, quod hanc particulam nec in PM repperimus nec Gelenius in suis libris repperisse potest, cum ea ne in Froben. quidem edit. a. 1535. h. l. legatur. deinde scripsimus cum codd. Sig. et Pal. II. *cum audisset*, quamvis in PM omnibusque in melioribus et Pall. et Drak. codd. inesset „cum audissent". exploratores enim illi non ab aliis relatum audiverant sed ipsi perscrutati erant, qualis locorum natura esset: Liviumque *cum audisset* referri voluisse ad *Cleonymum*, vel sequentia verba „eo subire iussit" docere videntur. tum restituimus *sint* (PM optimique codd. et Pall. et Drak.), quod I. Fr. Gronovius falsum ratus infinitivo *esse* permutatum voluit. sed virum doctum omnesque quibus eius coniectura probata est, praeterisse videtur non relativum pronomen h. l. *quod* esse nec referendum ad *litus*, sed verba „quod stagna sint" interpretationis causa ad *tenue* adiecta esse, ne cui mirum videretur quod de illius litoris natura relatum esset. *stagna* vero lacunas esse quae in Venetorum litoribus tantae reperiantur neminem fugerit. dein scriptum est in PM „agros haud procul proximos campestris (M m. 3.: campestres) cernit ulteriora collis": sed in Klock. cod. *cerni* servatum est. post stagna enim speculatores sibi visi erant cernere *agros* (Land), et in proxima quidem parte *campestres agros* (Felder), in ulteriore *colles*. postremo iam referunt de flumine Meduaco, sed ita ut dicant quid

sint inrigua aestibus maritimis, agros haud procul proximos campestris cerni, ulteriora collis, videri esse ostium fluminis praealti quo circumagi naves in stationem tutam vidissent — Meduacus amnis erat —: eo invectam classem subire flumine adverso iussit. gravissumas navium non pertulit alveus fluminis: in leviora navigia transgressa multitudo armatorum ad frequentes agros tribus maritimis Patavinorum vicis colentibus eam oram pervenit: ibi egressi praesi-

ipsis visum fuerit non quid experti sint, quod propius accedere propter naves in statione circumactas non licuerit. itaque *uideri esse* ex PM Leid. Voss. Lovell. Pall. 1. 3. restituimus, quorum verborum loco in codd. Sig. et Pal. II. *inde esse* scriptum esse dicitur. in M tamen invenimus „ēē hostium fluminis praealti quo“ cet., in P „ēē ostium fluminis p̄aliq. circumagi“ cet., m. 2.: „p̄ali quo“: et in M et in omnibus et Drak. et Pall. „uidisse“. in uno P repperimus „uidisset“, nec dubium videtur quin antiquiore manu scriptum fuerit „uidissēt“. coniunctivo enim opus est, quod in *quo* non „*eoque*“ sed „*eo loco quo*“ inest. vernacula igitur lingua hunc locum explicuerimus: „als Cleonymus den Bericht derer, die er zur Untersuchung der Gegenden hatte aussetzen lassen, vernommen, dass ein schmaler Küstenstrich sich längs des Landes hinerstrecke, weil sobald man auf demselben landeinwärts gehen wolle, man wieder auf seichte Stellen stosse, die durch die Meeresfluthen unter Wasser gesetzt würden: dass man dann in geringer Entfernung das Land sähe, und zwar zunächst Felder, weiter hin Hügel: an der Stelle aber, wo sie Schiffe zu einem sicheren Standpunkt hätten einlenken gesehen, da scheine die Mündung eines sehr tiefen Stromes zu sein — es war der Meduacus —: als dies Cleonymus vernommen, befahl er dorthin mit der Flotte stromaufwärts zu fahren“. — Lov. 4.: ergo inuectam classem subire aduerso flumine iussit.

5. *grauissumas nauium:* P. — M: „grauissummas nauium“. Hinc Leid. I. Voss. II. al.: graues summas. — Duo recc. codd.: „grauissumas naues“: sed cf. ex. gr. 28, 39.: qua terrarum ultimas finit Oceanus. — M: non pertulit. P: „non p̄tertulit“: i. e. non pertertulit. — Paulo post Lov. 4.: transgressa multitudine.

8. *praesidio leui nauibus relicto:* M Leid. I. Voss. II. al. — P: leui praesidio nauibus

dio levi navibus relicto vicos expugnant, inflammant tecta, hominum pecudumque praedas agunt et dulcedine praedandi longius usque a navibus procedunt. haec ubi Patavium sunt nuntiata — semper autem eos in armis accolae Galli habebant —, in duas partes iuventutem dividunt: altera in regionem qua effusa populatio nuntiabatur, altera ne cui praedonum obvia fieret altero itinere ad stationem navium — milia autem quattuordecim ab oppido aberat — ducta. in naves parvas custodibus interemptis impetus factus, territique nautae coguntur naves in alteram ripam amnis traicere: et in terra prosperum aeque in palatos praedatores proelium fuerat, refugientibusque ad stationem Graecis Veneti obsistunt: ita in medio circumventi hostes caesique:

relicto. — PM: hominum pecudumque praedas agunt et dulcedine praedandi (P m. 1. M: praedamdi) longius usque a nauibus procedunt: „und entfernen sich immer weiter von den Schiffen". — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: hominumque pecudumque praedas. Cf. 31, 18.: auro argentoque — accepto hominum praedam omnem amisit. — Cod. Neap. Latinii: longiuscule a nauibus procedunt. Duo recc. codd.: longiusque a nauibus cet.

5. *altera in regionem:* P. — M m. 1.: alteram in religionem. M m. 2. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. multique alii: alteram in regionem. — P m. 1.: altera nec | ui predonum obuia fieret. P m. 2. M m. 1.: altera ne cui cet. M m. 4.: alterā ne cui cet. — PM rell.: „altero itinere ad stationem nauium — ducta". I. Fr. Gron. minus apte *alio itinere*, Burmannus etiam *auio itinere* scribi voluerunt, fortasse quod iam bis vox *altera* h. l. legeretur. „Der eine Trupp ward nach der Gegend, wo wie es hiess die Plünderer umherstreiften, der andere dahin wo die feindlichen Schiffe ständen geführt doch auf einem anderen Wege, um nicht der Raubrotte zu begegnen". — PM: millia autem XIIII ab oppido aberat. Lov. 4.: millibus autem cet.

10. *traicere:* P m. 2. M] transiicere. — P m. 1.: traiecere. — Paulo ante PM Leid. I. Voss. II. al.: in naues paruis custodibus interemptis impetus factus. — M m. 1.: in palatos praedatores. m. 4.: in palātes. P m. 1.: in pelatos praedatores. m. 2. scriptum est *gu* supra *tos*, quasi scribendum esset „pelagus".

pars capti classem indicant regemque Cleonymum tria milia abesse. inde captivis proximo vico in custodiam datis pars fluviatiles naves ad superanda vada stagnorum apte planis alveis fabricatas, pars captiva navigia armatis conplent, profectique ad classem inmobiles naves et loca ignota plus quam hostem timentes circumvadunt, fugientesque in altum acrius quam repugnantes usque ad ostium amnis persecuti captis quibusdam incensisque navibus hostium, quas trepidatio in vada intulerat, victores revertuntur: Cleonymus vix quinta parte navium incolumi nulla regione maris Hadriatici prospere adita discessit. rostra navium spoliaque Laconum in aede Iunonis veteri fixa multi supersunt qui viderunt: Patavi monumentum navalis pugnae eo die quo pugnatum est quotannis sollemni certamine navium in flumine oppidi medio exercetur.

III. Eodem anno Romae cum Vestinis petentibus ami-

1. *pars capti classem indicant regemque Cleonymum* III *mī abēē:* M. — P: regemque cleonimum III mil abesse.

3. *fluuiatiles naues ad superanda uada stagnorum apte planis alueis* („mit flachen Böden") *fabricatas:* P m. 2. M. — P m. 1.: ad superandas uades stagnorum. — Deinde PM (codd. Fuldens. Klock.): fugientesque in altum acrius quam repugnantes usque ad hostium amnis persecuti. Drakenb. codd.: fugientesque in altum *ac nusquam* repugnantes cet. — M: captis quibusdam ingentisq. nauibus hostium. — M: cleonimus. — M m. 1.: haudriatici. M m. 2. P: hadriatici.

11. *rostra nauium spoliaque Laconum in aede Iunonis ueteri fixa multi supersunt qui uiderunt:* P m. 2. — P m. 1.: multi supersunt quiderunt. M: ueteri | uix amulti supersunt cet. — Pall. 1. 3. Lov. 4. al.: spoliaque graecorum. — Multi recc. codd.: uetere. cf. 9, 39.: fortuna vetere.

13. *Pataui:* PM. — P: quotannis sollemni (M). — PM: in flumine oppidi medio: „die Erinnerung an diese Begebenheit wird zu Patavium jährlich am Tage der Schlacht durch einen grossen Schiffskampf auf dem mitten durch die Stadt fliessenden Strome gefeiert". Leid. I. Voss. II. multique alii codd.: flumine in oppidi medio („mitten in der Stadt").

citiam ictum est foedus. multiplex deinde exortus terror: Etruriam rebellare ab Arretinorum seditionibus motu orto nuntiabatur, ubi Cilnium genus praepotens divitiarum invidia pelli armis coeptum: simul Marsos agrum vi tueri, in quem colonia Carseoli deducta erat quattuor milibus hominum scriptis. itaque propter eos tumultus dictus M. Valerius Maximus dictator magistrum equitum sibi legit M. Aemilium Paulum: id magis credo quam Q. Fabium ea aetate atque eis honoribus Valerio subiectum: ceterum ex Maximi

2. *Etruriam rebellare ab Arretinorum seditionibus motu orto nuntiabatur:* PM: 8, 26. — Voss. II. al.: *et* etruriam — *simul.* — P m. 1.: ubi *cilnium* genus praepotens diuitiarum inuidia pelli (m. 2.: belli) armis coeptum. M: „ubi ciuium cilicium genus" cet. sed *cilicium* ita scriptum est ut etiam pro *cilnium* haberi posset. Leid. I. Lov. 4.: ubi ciuium cilnium genus. Cf. 10, 5.: Cilnio genere. Tac. Ann. 6, 5.: „Augustus bellis civilibus *Cilnium* Maecenatem equestris ordinis cunctis — praeposuit". Utroque loco Iust. Lipsius veram scripturam primus perspexit et restituit. Fulv. Ursinus tamen „Cilinium" scribi vult.

4. *simul Marsos agrum ui tueri:* P Voss. II. al. — M (Leid. I.): „simul marso agrū ui tueri. Voss. I.: marsis. Cod. Klock.: a marsis. Sigonius scribendum coniecit „simul a Marsis agrum ui teneri". — P: in quem colonia carseoli deducta erat IIII milibus (m. 1.: miliabus) hominum scriptis ÷ itaque cet. M: in quem coloniae carseoli deducta erat IIII milib. hominum scriptis. Leid. I. Voss. II. al.: colonia crasseolī. Cf. 10, 13. quo loco colonia Carseoli in agrum Aequicolorum deducta dicitur. 9, 28.: Suessa et Pontiae coloniae deductae.

6. *itaque propter eos tumultus dictus M. Valerius Maximus dictator mag̃. equitum sibi legit M. Aemilium Paulum:* P. — M: „itaque propter eos tumultus | dictus m̃. aemilium paulum". quae praetermissa erant verba m. 2. margini adscripta sunt. Simili mendo factum esse potest ut 9, 29. „dictatorem C. Iunium Bubulcum dixit" integra scriptura Liviana periret.

8. *ea aetate atque eis honoribus:* PM al. — Lov. 4.: ea aetate atque his honoribus. Cf. 3, 35.

9. *ceterum ex Maximi cognomine ortum errorem haud abnuerim:* P. — M: „ex maximi coš nomine". inde factum est ut in Leid. I.

cognomine ortum errorem haud abnuerim. profectus dictator cum exercitu proelio uno Marsos fundit: conpulsis deinde in urbes munitas Milioniam Plestinam Fresiliam intra dies paucos cepit, et parte agri multatis Marsis foedus restituit. tum in Etruscos versum bellum. et cum dictator auspiciorum repetendorum causa profectus Romam esset, magister equitum pabulatum egressus ex insidiis circumvenitur signisque aliquot amissis foeda militum caede ac fuga in castra est conpulsus. qui terror non eo tantum a Fabio abhorret,

Voss. п. Pall. 1.3. Lov. 4. multisque aliis codd. scriberetur: „ex maximi consulis cognomine". — De magistro eq. dicit Livius non convenire inter scriptores: ab aliis enim M. Aemilium Paulum, ab aliis Q. Fabium Maximum nominari: se tamen scripsisse M. Aemilium, quod veri simile non videretur Q. Fabium Maximum ea aetate atque eis honoribus subiectum esse M. Valerio dictatori: nec sibi persuadere posse, futurum fuisse ut Q. Fabius et iniussu dictatoris (cf. 8, 30.) nec explorato loco cum hoste confligeret. videri igitur eum errorem ortum esse cognomine dictatoris Maximi, ut aliquis hoc ipso cognomine deceptus Q. Fabium Maximum magistrum eq. scripserit qui M. Aemilius Paulus scribendus fuerit.

1. *profectus dictator:* P m. 2. M. — P m. 1.: profectos. — P (et hoc loco et 10, 34.): milioniam. M (utroque loco): milionam. — PM: plestinam fresiliam. Recc. quidam codd.: plestiniam.

5. *et cum dictator auspiciorum repetendorum causa profectus Romam esset:* P m. 2. M. — P m. 1.: causam. Cf. 8, 30.: ad auspicium repetendum. — Cod. Harl.: repetundorum causa. — Leid. L: profectus esset romam. — Recc. quidam codd.: magister equitum populatum egressus.

9. *qui terror non eo tantum a Fabio abhorret quod si qua alia arte cognomen suum aequavit tum maxume bellicis laudibus:* PM al. Iam alteram causam Livius affert, cur Fabius magister eq. esse non potuerit: adversa ipsa illa re, quae tanto terrore omnium animos percusserit, id doceri: cum enim Fabius si qua alia virtute tum maxime bellica laude excelluerit, fieri non potuisse ut tam inconsulto procederet nec insidias ab hoste structas caveret cet. „Ein Unglück dieser Art scheint nun

quod si qua alia arte cognomen suum aequavit tum maxume bellicis laudibus, sed etiam quod memor Papirianae saevitiae numquam ut dictatoris iniussu dimicaret adduci potuisset.

IV. Nuntiata ea clades Romam maiorem quam res erat terrorem excivit: nam ut exercitu deleto ita iustitium indictum, custodiae in portis vigiliae vicatim exactae, arma tela in muros congesta: omnibus iunioribus sacramento adactis dictator ad exercitum missus omnia spe tranquilliora et conposita magistri equitum cura, castra in tutiorem locum redacta, cohortes quae signa amiserant extra vallum sine tentoriis destitutas invenit, exercitum avidum pugnae quo maturius ignominia aboleretur: itaque confestim castra inde in agrum Rusellanum promovit. eo et hostes secuti quamquam ex bene gesta re summam et in aperto certamine virium spem habebant, tamen insidiis quoque, quas feliciter

aber nicht nur darum auf den Fabius gar nicht passen zu können, weil derselbe wenn durch irgend eine grosse Eigenschaft so gewiss vorzugsweise durch seine Erfahrenheit im Kriege sich seines Beinamens werth gezeigt hat, sondern auch weil ein Mann wie er, der an sich selbst die Strenge eines Papirius erfahren hatte, sich wohl schwerlich dazu hätte verleiten lassen, ohne Willen des Dictators einen Kampf einzugehen". — P: dimicari.

6. *exciuit:* M m. 3. P. — M m. 1.: exiuit. — PM: *ut* exercitu deleto: „wie wenn das Heer aufgerieben wäre". cf. 30, 10.: *tamquam* exituris contra Romanis: „gleichsam als wenn". 9, 45. al. — Paulo post P m. 1.: castra in tutiorem locum red*h*acta.

13. *itaque confestim castra inde in agrum rusellanum promouit:* M. — P m. 1.: itaque confestim castra inde agrum rusellanim ꝑmouit. m. 2.: castra in agrum. Cod. Klock.: in agrum rusellanium. Cf. 10, 37.: in rosellanum agrum (M). 28, 45.: russellani (Put. Colb.).

14. *eo et hostes secuti quamquam ex bene gesta re* cet.: PM Leid. I. cod. Klock. Voss. II. Lov. 4. al. — Sig. ex suo libro *et quamquam* scribi voluit. — M: summam et in aperto certamine uirium spem habebant. P: et aperto certamine. — M m. 1.: quas feliter experti erant. m. 3.: feliciter.

experti erant, hostem temptant: tecta semiruta vici per vastationem agrorum deusti haud procul castris Romanorum aberant: ibi abditis armatis pecus in conspectu praesidii Romani, cui praeerat Cn. Fulvius legatus, propulsum. ad quam inlecebram cum moveretur nemo ab Romana statione, pastorum unus progressus sub ipsas munitiones inclamat alios cunctanter ab ruinis vici pecus propellentes, quid cessarent, cum per media castra Romana tuto agere possent. haec cum legato Caerites quidam interpretarentur et per omnis manipulos militum indignatio ingens esset nec tamen iniussu movere auderent, iubet peritos linguae adtendere animum, pastorum sermo agresti an urbano propior esset. cum referrent sonum linguae et corporum habitum et nitorem cultiora quam pastoralia esse, „ite igitur, dicite“ inquit „detegant nequiquam conditas insidias, omnia scire Roma-

1. *uici per uastationem agrorum deusti:* M. — P cod. Klock.: desti. Cod. Neap. Lat.: destituti.

3. *in conspectu praesidii romani:* PM rell. Cf. 9, 27.: ibique primum castra in conspectu hostibus data. — PM: cui praeerat cn. fuluius legatus. Leid. I al.: consul fuluius.

4. *ad quam inlecebram cum moueretur nemo:* P m. 2. M. — P m. 1.: ad quam inlecebram commoueretur nemo. — P m. 1.: sub ipsas minutiones. m. 2.: munitiones. — PM: quid cessarent. Leid. I. Voss. II.: qui cessarent.

9. *Cerites quidam:* M. — P: „haec cum legato acerites quidam interpretarentur et per omnes manipulos“: „acerites“ metathesi illa litterarum pro „caerites“ (28, 45. Put.) scriptum videtur. — M m. 1.: interpraetarentur & pom | nis manipulos. m. 2.: & po | nis. m. 3.: & poe | nes. — PM Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: militum indignatio ingens esset. Recc. quidam codd.: indignatio magna esset. — PM rell.: „nec tamen iniussu mouere auderent“: 7, 14. sic persaepe apud Livium scriptum legitur *mutare vertere* pro *mutari verti*. — PM: iubet peritos linguae adtendere animum pastorum sermo agresti an urbano propior esset. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: attendere animum pastorum sermoni, agresti an urbano propior esset. Recc. quidam codd.: attendere animos.

15. *detegant nequiquam conditas insidias:* PM Leid. I.] detegant nequicquam cet.

num nec magis iam dolo capi quam armis vinci posse". haec ubi audita sunt et ad eos qui consederant in insidiis perlata, consurrectum repente ex latebris est et in patentem ad conspectum undique campum prolata signa. visa legato maior acies quam quae ab suo praesidio sustineri posset: itaque propere ad dictatorem auxilia accitum mittit, inter ea ipse impetus hostium sustinet.

V. Nuntio adlato dictator signa ferri ac sequi iubet armatos: sed celeriora prope omnia imperio erant, rapta extemplo signa armaque et vix ab impetu et cursu tenebantur: cum ira ab accepta nuper clade stimulabat, tum concitatior accidens clamor ab increscente certamine: urgent itaque alii alios hortanturque signiferos ut ocius eant. quo magis festinantes videt dictator, eo inpensius retentat agmen ac sensim incedere iubet: Etrusci contra principio exciti pugnae omnibus copiis aderant: et super alios alii nuntiant dictatori omnes legiones Etruscorum capessisse pugnam nec iam ab suis resisti posse, et ipse cernit ex superiore loco in quanto discrimine praesidium esset: ceterum

8. *nuntio adlato dictator signa ferri ac sequi iubet armatos:* PM] nuntio allato dictator signa ferri et sequi cet. (recc. codd.). — Leid. I. Voss. II.: signa ferri ac sequi armatos iubet. — PM: et uix ab impetu et cursu tenebantur. Cf. 9, 37.: nihilo quietior romanus exercitus imperio ducis continetur.

11. *cum ira ab accepta nuper clade stimulabat:* M m. 1. — M m. 3.: tum ira cet. P: cum ira accepta nuper clade stimulabat. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: cum ira accepta nuper clade stimulabantur.

14. *quo magis festinantes uidet dictator:* PM. — Pall. II. cod. Sig. al.: festinantes ire uidet.

15. *principio exciti pugnae:* P. — M: pugna. Cod. Klock.: principio excitati pugnae. — M: omnes legiones etruscorum capessisse pugnam. P: oms regiones etruscorum capessisse cet. — Lov. 4.: nec ab suis — quanto in certamine.

19. *ceterum satis fretus esse etiam nunc tolerando certamini legatum:* PM: „indess da er der Meinung war, dass der Legat auch jetzt noch den Kampf ganz gut allein aushalten könne, und dass

satis fretus esse etiam nunc tolerando certamini legatum nec se procul abesse periculi vindicem, quam maxime vult fatigari hostem ut integris adoriatur viribus fessos. quamquam lente procedunt, iam tamen ad impetum capiundum — equiti utique — modicum erat spatium: prima incedebant signa legionum ne quid occultum aut repentinum hostis timeret, sed reliquerat intervalla inter ordines peditum qua satis laxo spatio equi permitti possent. pariter sustulit clamorem acies, et emissus eques libero cursu in hostem

er ja, wenn der Feind die Oberhand gewinnen sollte, in der Nähe sei" u. s. w. Drakenborchius *satis fretus* coniungendum esse contendit idque scriptum esse ut *satis creditur* (21, 8.): sed melius Sigonius viderat *satis* pertinere ad *esse*, quamquam id probari non potest, quod ex rec. suo libro scribi voluit *ceterum fretus satis esse etiam nunc* cet. Cf. 21, 33.: quidquid adiecissent ipsi terroris satis ad perniciem fore rati: (21, 17.). 34, 43.: Scipio satis esse Italiae unum consulem censebat. 9, 43.: novum militem hostium — ne temptando quidem satis certamini fore. al. Cf. 5, 3.: dissolvendae maxume tribuniciae potestatis rentur esse.

3. *quamquam lente procedunt iam tamen ad inpetum capiundum equiti utique modicum erat spatium:* M: „obgleich sie langsam vorrückten, so waren sie doch schon so weit gekommen, dass ihnen zur gehörigen Richtung eines Angriffs, besonders für die Reiterei, nur ein mäſsiger Spielraum blieb". — P: ad impetum capiunt dum equiti utique cet.

6. *ne quid occultum aut repentinum hostis timeret:* M. — P cod. Klock.: „ne quid occultum aut repentinum hosti sumeret": cum *u*, nisi fallimur, scriberetur pro *ti*. dictator prima legionum signa procedere iussit, ne occultum quendam impetum hostes timerent sed iustum sibi et cum altero exercitu certamen ineundum putarent: voluit enim id quod instituerat occultari, quo maiore illi terrore equitibus subito emissis percuterentur. — PM cod. Gel. al.: *qua* satis laxo spatio equi permitti possent. Cf. 7, 33.: illa omnia *qua* nunc erectae micant hastae. 3, 70.: qua *permissus* equitatus turbaverat ordines.

9. *et emissus eques libero cursu in hostem inuehitur:* P m. 2. M. — P m. 1.: emisus. Cf. 9, 37.: erupit. — M m. 1.: inconpositique aduer-

invehitur inconpositisque adversus equestrem procellam subitum pavorem offundit. itaque ut prope serum auxilium iam paene circumventis, ita universa requies data est: integri accepere pugnam nec ea ipsa longa aut anceps fuit: fusi hostes castra repetunt inferentibusque iam signa Romanis cedunt et in ultimam castrorum partem conglobantur: haerent fugientes in angustiis portarum, pars magna aggerem vallumque conscendit si aut ex superiore loco tueri se aut superare aliqua et evadere posset: forte quodam loco male densatus agger pondere superstantium in fossam procubuit

sus equestrem procellam subitum pauorem offundit. P: inconpositosq. aduersus equestrem procellam subitum pauorem offundit. M m. 4.: effundit: idque *effundit* in Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al. repertum est.

2. *itaque ut prope serum auxilium iam paene circumuentis:* M. — P: itaque ut prope serum auxil*ium* pene circumuentis. Leid. I. cod. Thuan. Pall. 1. 3. Voss. II. Lov. 4.: „itaque ut properum auxilium" cet. Pal. II.: „itaque ut non properum auxilium": quam haud multum afuit quin I. Fr. Gron. veriorem scripturam haberet. cf. ex. gr. 3, 5.: Antiates mille milites, quia serum auxilium post proelium venerant, prope cum ignominia dimissi. — PM rell.: ita uniuersa requies data est: „deshalb ward nun, so wie die Hülfe fast zu spät zu kommen schien, indem der Legat und seine Truppen beinah schon umzingelt worden, auch eine vollkommene Ruhe den Bedrängten zu Theil".

3. *integri accepere pugnam:* M. — P: integre accepere pugnam. — M m. 1.: neca ipsa longa aut anceps fuit. m. 2.: nec ipsa cet. P m. 1.: nec ex ipsa longa cet. m. 2.: nec hec ipsa.

7. *pars magna aggerem uallumque conscendit si aut ex superiore loco tueri se aut superare aliqua et euadere posset:* PM rell.] pars magna — conscendunt, si — possent. Cf. ex. gr. 24, 21.: multitudo pars procurrit in vias, pars in vestibulis stat, pars ex tectis fenestrisque prospectant et quid rei sit rogitant (Put.). — Leid. I.: ex supero loco tueri se aut superare aliquam cet. — Quid *superare* significet, videtur *euadere* docere: „oder irgendwo hinüber zu kommen und zu entfliehen". — M m. 1.: male denseatus agger. m. 2.: densatus. P: male densetus agger. — P m. 1.: in fosam.

atque ea, cum deos pandere viam fugae conclamassent, plures inermes quam armati evadunt. hoc proelio fractae iterum Etruscorum vires, et pacto annuo stipendio et duum mensum frumento permissum ab dictatore ut de pace legatos mitterent Romam. pax negata, indutiae biennii datae. dictator triumphans in urbem rediit. habeo auctores sine ullo memorabili proelio pacatam ab dictatore Etruriam esse seditionibus tantum Arretinorum compositis et Cilnio genere cum plebe in gratiam reducto. consul ex dictatura factus M. Valerius. non petentem atque adeo etiam absentem

1. *atque ea cum deos pandere uiam fugae conclamassent plures inermes quam armati euadunt:* P. — M: „atque eum cum deos pandere uiam" cet. ut dubium sit an *eam* in antiquiore libro fuerit. — M: inermæs.

3. *duum mensum frumento:* PM] duum mensium frumento (Drak. codd.). Cf. 3, 25.: „duum mensum spatium consulibus datum est". al. Idem genitivus *duum* 9, 30. in recc. quibusdam codd. repertus est, cum in PM *duorum* esset. 9, 43.: trium mensum. al.

5. *pax negata indutiae biennii datae:* PM rell. — Cod. Harl. rec.: pace negata indutiae biennii datae.

6. *habeo auctores sine ullo memorabiliproelio pacatam ab dictatore etruriam esse:* M. — P: habæ auctores sine ullo memorabili praelio pacatum cet. — P et Drak. codd.: et licinio genere cum plebe in gratiam reducto. M: et licinio iacilnio genere cet. Cf. 10, 3.: Cilnium genus.

9. *consul ex dictatura factus M. Valerius:* PM cod. Gel. al. — Voss. I. al.: ex dictatore. — Recentissimi codd.: consulem ex dictat. factum cet.

10. *non petentem atque adeo etiam absentem creatum credidere quidam:* P al. — M: m̄. ualerius adq. adeo | etiam absentem *cre*atum *cre*didere quidam. Lov. 4.: atque etiam absentem creatum crediderunt quidam. — Facile crediderim Dukero non *credidere* sed *tradidere* a Livio scriptum esse conicienti (9, 28. 36. 44. al.). cf. 42, 11.: „Attalum regis Eumenis fratrem legatum venisse Romam Valerius Antias his consulibus scribit —: plurium annales et quibus credidisse malis ipsum Eumenem venisse tradunt". — PM: et per interregem ea comitia facta. Cod. Sig. Lov. 4.: comitia habita. Cf. 1, 35.: instare ut quam primum co-

creatum credidere quidam et per interregem ea comitia facta: id unum non ambigitur, consulatum cum Apuleio Pansa gessisse.

VI. M. Valerio et Q. Apuleio consulibus satis pacatae foris res fuere: Etruscum adversa belli res et indutiae quietum tenebant, Samnitem multorum annorum cladibus domitum hauddum foederis novi paenitebat: Romae quoque plebem quietam et exoneratam deducta in colonias multitudo praestabat. tamen ne undique tranquillae res essent, certamen iniectum inter primores civitatis patricios plebeiosque ab tribunis plebis Q. et Cn. Ogulniis, qui undique criminandorum patrum apud plebem occasionibus quaesitis postquam alia frustra temptata erant, eam actionem susceperunt qua non infimam plebem accenderent sed ipsa ca-

mitia regi creando fierent. al. — In Leid. I. Pall. 1. 3. al. excidit *facta*.

2. *consulatum cum Apuleio Pansa gessisse:* P] consulatum cum Appuleio cet. Cf. 5, 32. 42, 4.: Q. et L. Apuleios (cod. Laurish.): al. — M: cum apulegio pansa.

4. *M. Valerio et Q. Apuleio coss̄.:* PM. — M: conss̄. — PM al.: aduersa belli res. Multi recc. codd.: aduersa res belli. — P: induciae. — Paulo post P: romae quoque plebem quietam et exhoneratam deductā in colonias multitudo praestabat. M: quietam et exoneratam deductam in colonias multitudo cet.

10. *certamen iniectum inter primores ciuitatis:* PM cod. Gel. al. — Leid. I. Pall. 1. 3. Voss. II. Lov. 4. al.: certamen infectum cet. Cf. 26, 36.: tanto certamine iniecto. 21, 54. al. — Dein PM: „patricios plebeosq. ab tr. pl. q̄. et cn̄. oguiniis“: nisi quod in M praenomen q̧ exciderat. De his *Ogulniis* cf. 10, 23. — P: occassionibus quaesitis.

14. *qua non infimam plebem accenderent:* PM. — Sigoniani codicis librarius scribi voluit „*non* infimam *modo* plebem“: verum non illum modo sed etiam eos qui h. l. *non* pro *non modo* scriptum putarent, verus horum verborum sensus fugisse videtur, quamvis interdum *non modo* pro *non dico* positum sit: hoc enim loco „non — sed“ significat „nicht etwa den niederen Theil des Volkes sondern die Ersten unter den Plebejern“. Cf. ex. gr. Cic. or. I. Catilin. 4.: „vivis non ad deponendam sed ad confirmandam audaciam“. al.

pita plebis consularis triumphalesque plebeios, quorum honoribus nihil praeter sacerdotia, quae nondum promiscua erant, deessent. rogationem ergo promulgarunt ut, cum quattuor augures quattuor pontifices ea tempestate essent placeretque augeri sacerdotum numerum, quattuor pontifices quinque augures de plebe omnes adlegerentur. quem

1. *consularis triumphalesque plebeios:* PM] consulares cet.
3. *deessent:* PM Leid. I. Voss. II. multiq. alii codd.] deesset. — „Denen, um alle Ehrenämter bekleidet zu haben, nichts weiter als die Priesterstellen fehlten". Quod permultis locis videre licet, verba non semper ad iusta subiecta sed ad proxima quaeque nomina a Livio applicari solere (cf. 2, 3.: ne reddita bona belli adiumentum esset: 10, 9.: poterat: al.), id etiam in his dicendi generibus factum videmus, ut verba non ad *nihil*, quo pertinere viderentur, sed ad ea nomina quibus res exprimerentur excipiendae, referrentur. nec id sine causa videtur factum: cum enim non in voce *nihil* sed in his ipsis nominibus vera sententiarum vis posita videretur, hac connectendi ratione illam vim etiam maiorem reddere voluerunt. non semper tamen hoc dicendi genus a librariis perspectum esse, cum alii loci docent tum 1, 1. ubi in uno P veram scripturam servatam videmus: „ut quibus ab inmenso prope errore nihil praeter arma et naves superessent". 9, 8.: nec quicquam ex ea praeter quam corpora nostra debentur Samnitibus.
3. *rogationem ergo promulgarunt ut cum* IIII *augures* IIII *pontifices ea tempestate essent* cet.: PM. — Lov. 4.: rogationem igitur promulgarunt. Gelenius coniunctionem, quae duobus recentibus codd. exceptis in nullo mscripto desideratur, inductam voluit. — M: placerent quae augeri sacerdotum numerum IIII pontifices V augures de plebe omnes adlegrentur (m. 3.: adlegerentur). P: lacerentque augeri sacerdotum numerum IIII pontifices cet. — Cod. Klock. al.: augeri sacerdotium numerum.
6. *quem ad modum ad* IIII *augurum numerum nisi morte duorum id redigi collegium potuerit non inuenio:* PM rell.: „wie das Collegium der Augurn aus vier Personen bestanden haben kann, wenn nicht etwa gerade zwei gestorben waren, kann ich mir nicht erklären". Livius negat se intelligere, qui ab antiquis scriptoribus tradi potuerit, illo tempore quattuor

ad modum ad quattuor augurum numerum nisi morte duorum id redigi collegium potuerit non invenio, cum inter augures constet inparem numerum debere esse, ut tres antiquae tribus Ramnes Titienses Luceres suum quaeque augurem habeant aut, si pluribus sit opus, pari inter se numero sacerdotes multiplicent sic ut multiplicati sunt cum ad quattuor quinque adiecti novem numerum, ut terni in singulas essent, expleverunt. ceterum quia de plebe adlegebantur, iuxta eam rem aegre passi patres quam com consulatum vulgari viderent: simulabant ad deos id magis quam ad se pertinere, ipsos visuros ne sacra sua polluantur: id se optare tantum ne qua in rem publicam clades veniat. minus autem tetendere adsueti iam tali genere certaminum vinci, et cernebant adversarios non id, quod olim vix speraverint adfectantes magnos honores, sed omnia iam, in quorum spem dubiam erat certatum, tamen adeptos, multiplices consulatus censurasque et triumphos.

augurum collegium fuisse, nisi forte duo augures eo anno mortui essent. cum enim trium antiquarum tribuum suum quaeque augurem haberet, fieri potuisse ut locis duplicatis bini cuiusque tribus augures essent totumque collegium sex hominum sic ut postea novem augurum esset: sed ut quattuor crearentur, cum impar augurum numerus esse deberet nec unius tribus bini esse possent, alterius singuli, fieri non potuisse. — PM: ramnes titienses luceres. Cf. 1, 36. 1, 13. — M m. 1.: suum quaeque augurum habeant. m. 2.: augurem. P m. 1.: habebant. — P: cum at quattuor quinque adiecti nouem numerum ut terni in singulas (m. 1.: singulares) essent expleuerunt. M: cum ad quat|tuor adiecti nouem numerum cet.

9. *com consulatum uulgari uiderent:* P m. 1.] cum consulatum cet. (P m. 2. M). — Paulo post PM: id se optare tantum ne qua in rem publicam (M: pub.) clades ueniat.

13. *minus autem tetendere:* P. — M: „minus adtendere| adsueti iam tali genere certaminum uinci". fortasse in antiquiore libro scriptum erat quod in duobus recc. codd. inventum est „minus autem tendere". Lov. 4.: minus aut tendere. — P: „adsueti iam tali genere *in* certaminum uinci".

16. *tamen adeptos:* P. Quamquam hoc *tamen* a Liviano

VII. Certatum tamen suadenda dissuadendaque lege inter Ap. Claudium maxime ferunt et inter P. Decium Murem. qui cum eadem ferme de iure patrum ac plebis, quae pro lege Licinia quondam contraque eam dicta erant cum

dicendi genere alienum non est, hocque loco ad *spem dubiam* relatum videri potest, et quamquam eadem vox 10, 1. in eodem M non apte praetermissa videtur, tamen haud multum abest quin in uno M veram scripturam inesse arbitrer, ubi sic scriptum repperimus: „sed omnia iam, in quorum spem dubiam erat certatum, adeptos“. id certe contendere ausim, omissa voce *tamen* orationem multo fortiorem fieri remque dubiam esse vel eo quod *certatum tamen* paulo post sequatur. sed cum voces *tamen* et *tantum* saepe inter se confusae sint, nec iusto semper loco ea, quae in integra oratione exciderant, recentiore manu adscripta videamus, factum esse potest ut et hoc loco eodem mendo erraretur manuque antiqua scriptum esset: „ et cernebant aduersarios non id *tantum*, quod olim uix sperauerint adfectantes magnos honores, sed omnia iam, in quorum spem dubiam erat certatum, adeptos“. Cf. 4, 2.: non tantum non. — P m. 1.: spem dubium. m. 2.: dubia. Cod. Klock.: in quorum spem dubierat certatum tu m̄ adeptos. — Leid. I.: consulatus multiplices. Lov. 4.: multiplices consulatus censuras triumphos.

1. *certatum tamen suadenda dissuadendaque lege:* P. — M: certatum tamen suadendaque lege. Cf. T. Livi l. XXX. p. XXIV. II. 30, 1.: facundissimus habebatur, seu causa oranda seu in senatu ad populum suadendi ac dissuadendi locus esset. 34, 1.: ad suadendum dissuadendumque multi nobiles prodibant. 34, 5.: si privati tantum modo ad suadendum dissuadendumque id quod a vobis rogatur processissent, ego quoque — tacitus suffragia vestra expectassem. 45, 21.: suadendi dissuadendique legem potestas facta. — Voss. II.: *inter* Ap. Claudium maxime ferunt et P. Decium Murem.

4. *cum plebeis consulatus rogabatur:* PM Leid. I. al.] cum plebeiis cet. — PM Leid. I. Voss. II. omnesque prope Drak. codd.: disseruisset: quod integrum esse non potest. — M: in conitione. P: in cognitione. — PM: gabino cultu: cf. 8, 9.: cinctu Gabino. — PM: „pro populo ac legionibus romanis“. In recc. quibusdam codd. praetermissum est *romanis*. cf. ex. gr. 8, 32.: „salvis legio-

plebeis consulatus rogabatur, disseruissent, rettulisse dicitur Decius parentis sui speciem, qualem eum multi qui in contione erant viderant, incinctum Gabino cultu super telum stantem, quo se habitu pro populo ac legionibus Romanis devovisset: tum P. Decium consulem purum piumque deis inmortalibus visum aeque ac si T. Manlius collega eius devoveretur: eundem P. Decium, qui sacra publica populi Romani faceret, legi rite non potuisse? id esse periculum ne suas preces minus audirent dii quam Appii Claudii? castius eum sacra privata facere et religiosius deos colere quam se? quem paenitere votorum quae pro re publica nuncupaverint tot consules plebei tot dictatores aut ad exercitus euntes aut inter ipsa bella? numerarentur duces eorum annorum quibus plebeiorum ductu et auspicio res geri coeptae sunt, numerarentur triumphi: iam ne nobilitatis quidem suae plebeios paenitere: pro certo habere, si quod repens bellum oriatur, non plus spei fore senatui populoque Romano in patriciis quam in plebeis ducibus: „quod cum ita se habeat, cui deorum hominumve indignum videri potest“ inquit „eos viros, quos vos sellis curulibus toga prae-

nibus romanis“. et non sine causa scriptum est *ac legionibus romanis* nec *pro populo romano.*

5. *tum P. Decium cos. purum piumque deis inmortalibus uisum:* PM. — M: aeque ac si. Y. manlius collega eius deuoueretur. P: aeque ac t. manlius cet. — PM: qui sacra pr̄. faceret. — P: lege rite non potuisse.

8. *ne suas preces minus audirent dii:* P. — M: praeces. — M: quam appii claudii castius cum sacra cet.

11. *quem paenitere uotorum quae pro rep̄. nuncupauerint* (P m. 1.: noncup.) *tot consules plebei:* PM. Cf. 22, 1. — In cod. Klock. bis scriptum est *numerarent.* — PM rell.: „quibus plebeiorum ductu et auspicio res geri coeptae *sunt*“. Cf. 3, 2.: dederit. Malim scribi „coeptae essent“. Dukerus: sint.

17. *non plus spei fore senatui populoque r̄. in patriciis quam in plebeis ducibus:* M Leid. I. al. — P: quam plebeis ducibus.

20. *eos uiros — pontificalia atque auguralia insignia adicere:* M cod. Klock.: scil. insignibus honorum amplissimorum ad quos iam ascenderint. In cod. Harl. scri-

texta tunica palmata et toga picta et corona triumphali laureaque honoraritis, quorum domos spoliis hostium adfixis insignis inter alias feceritis, pontificalia atque auguralia insignia adicere? qui Iovis optimi maximi ornatu decoratus curru aurato per urbem vectus in Capitolium ascenderit, is

ptum est *eis uiris* — *insignia adicere:* sed accusativum subiecti praeferendum esse neminem fugerit, ne honores petiti beneficio cuidam patriciorum deberi viderentur, sed ut homines plebeii, qui se ceteris omnibus bonis pares vidissent patriciis, quos honores cupivissent, eosdem sua ipsorum opera atque virtute assecuti esse dicerentur. — P: inquid. — PM: honoraritis. Multi recc. codd.: honoraveritis. — P: quorum domos spoliis hostium adfixis insign*is* inter alias feceritis. M: insignes. — P Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: pontificalia atque auguralia insigni*a* dicere.

5. *is conspiciatur*: P m. 2. M omnesque prope Drak. codd.] si conspiciatur (ed. Mogunt.). Intelligere non possum, qui antiquae et integrae scripturae sensus homines doctos adhuc praeterire potuerit. hic enim locus et qui proxime sequitur ironice scripti sunt, cuius dicendi generis praesertim in orationibus tot similes locos apud Livium reperimus: „wie? ein Mann, der im Triumphzuge durch die Stadt gefahren und das Capitol bestiegen hat, sollte mit einer Opferschale gesehen werden können oder mit dem Augurstabe verhüllten Hauptes, er sollte ein Opferthier tödten oder auf ein Zeichen von der Schauhöhe aus achten dürfen? wenn auf eine Büste, unter der man das Consulat, die Censorwürde und einen Triumph ohne Missbilligung gelesen, noch der Augur- und Pontifextitel gesetzt würde — wie werden das die Lesenden ertragen können!" *Cum capide ac lituo capite velato* iam recte ex M restitutum erat, quamquam et in hoc libro metathesi illa verborum scriptum est „ascenderit is cōspiciatur | cum *li*capide ac *tuo* capite uelato" cet. in P m. 2. (et in multis recc. codd.) propter vocum *capide* et *capite* similitudinem nihil repertum est nisi hoc „ascenderitis conspiciat~ cū lituo capite uelato": in Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al. nihil nisi hoc: „is conspiciatur cum capite uelato". P m. 1.: accenderitis spiciat~ cū lituo capite uelato. — *Capis* erat vasis genus pontificalis (Prisc. 6, 12. 67.), *lituus* augurum, quare *capite*

conspiciatur cum capide ac lituo capite velato, victimam caedet auguriumve ex arce capiet? cuius imaginis titulo consulatus censuraque et triumphus aequo animo legetur, si auguratum aut pontificatum adieceritis, qui sustinebunt legentium oculi? equidem — pace dixerim deum — eos nos iam populi Romani beneficio esse spero, qui sacerdotiis non minus reddamus dignatione nostra honoris quam accepimus, et deorum magis quam nostra causa expetamus ut quos privatim colimus publice colamus".

VIII. „Quid autem ego sic adhuc egi, tamquam integra sit causa patriciorum de sacerdotiis et non iam in posses-

velato non sequentibus verbis sed *lituo* adiungendum est. — Deinde restituimus PM et rell. mscriptorum auctoritate *caedet* et *capiet* pro *caedat* et *capiat*, quod scribendum videbatur ut coniunctivus horum verborum verbo *conspiciatur* responderet: sed praeterquam quod coniunctivi praesentis sensus ab indicativo futuri non numquam vix abhorret, permulti quoque loci docent, inprimis Livium hoc genere mutandae orationis usum esse. cf. 9, 46.: qui — inquinaverat cet. 9, 23.: ferte — incendant — sarcientur. al. — In Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al. exciderunt verba *per urbem*. — M: augurium ut ex arce capiet.

4. *qui sustinebunt legentium oculi:* P] non sustinebunt cet. (P m. 2. M rell.). In Voss. II. Lov. III. *non* scriptum non est.

6. *sacerdotis:* P] sacerdotiis (M). Cf. 8, 1.: cum querimonis. — P: ẽquidem pacem dixerim deum. Cf. 3, 19. — In omnibus prope Drak. codd. scriptum est: „qui sacerdotii non minus reddamus dignatione nostra honores". in Lov. 4.: „sacerdotio". et vel in PM repperimus *honores*. „Ich hoffe man wird das, was wir durch das Wohlwollen des röm. Volkes geworden sind, so hoch anschlagen, dass den Priesterwürden durch unseren Adel nicht weniger Ehre zu Theil werden würde als durch sie auf uns übergehen kann". — Leid. I. Voss. II. al.: expectamus. — P: „ut quos priuatim publice colamus:" haud scio an verius quam M „ut quos priuatim colimus publice colamus".

11. *et non iam in possessione unius amplissimus sacerdotii* in P et in cod. Klock. scriptum est ut dubitari possit an vera scriptura fuerit „unius ampli simus sacerdotii". sed quamvis dici posset,

sione unius amplissimi simus sacerdotii: — decemviros sacris faciundis, carminum Sibyllae ac fatorum populi huius interpretes, antistites eosdem Apollinaris sacri caerimoniarumque aliarum plebeios videmus. nec autem tunc patriciis ulla iniuria facta est cum duumviris sacris faciundis adiectus est propter plebeios numerus, et nunc tribunus vir fortis ac strenuus quinque augurum loca quattuor pontificum adiecit in quae plebei nominentur, non ut vos Appi vestro loco pellant sed ut adiuvent vos homines plebei divinis quoque rebus procurandis sic ut in ceteris humanis pro parte virili adiuvant. noli erubescere Appi collegam in sacerdotio habere, quem in censura quem in consulatu collegam habere potuisti, cuius tam dictatoris magister equitum quam magi-

id ipsum ab illis plebis capitibus expugnari, ut amplioribus digni haberentur sacerdotiis, tamen positivus mihi minus probatur, quod haud inutile esse debebat id quod iam ex parte quadam consecuti essent, quam amplissimum videri. — M: „et nominiam in possessione unius amplissimi simus sacerdotii". haec novem verba exciderunt in Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al. — P: sacris facieundis. M: faciundis. Leid. I. al.: faciendis. — M: sibille. — P m. 1.: „et fatorum": sed eadem antiqua manus restituit *ac*. — PM: caerimoniarumque.

4. *nec autem tunc patriciis ulla iniuria facta est:* Pall. II. al.] nec tum patriciis cet. — PM et meliores Pall. et Drak. codd.: nec aut tum patriciis cet. — I. Fr. Gron., quamquam in omnibus mscriptis inventum est *et nunc tribunus — non ut uos* cet., scribendum coniecit: „nec aut tum patriciis ulla iniuria facta est — *aut* nunc tribunus.. quinque augurum loca quattuor pontificum adiecit.., *ut* vos Appi vestro loco pellant sed ut adiuvent vos" cet. — M: cum duouiris. — M: u. augurum loca. — PM: IIII. pontificum adiecit in quae plebei nominentur. — P m. 1. M: appii. P m. 2.: appi. — P: homines plebei. M: hominis plebei. — P m. 1.: pro parte uirili adiuuent. P m. 2. M: adiuuant. — Cf. 6, 37. de duumviris et decemv.

13. *cuius tam dictatoris | maḡ equitum quam maḡ equitum | dictator esse potes:* M. — P: cuius tam dictatoris maḡ equitum quā magister equitum dictator esse potes. — Deinde sequitur in M: salnnū aduenā.

stri equitum dictator esse potes. Sabinum advenam, principem nobilitati vestrae — seu Attium Clausum seu App. Claudium mavultis — illi antiqui patricii in suum numerum acceperunt: ne fastidieris nos in sacerdotum numerum accipere. multa nobiscum decora adferimus, immo omnia eadem quae vos superbos fecerunt: L. Sextius primus de plebe consul est factus, C. Licinius Stolo primus magister equitum, C. Marcius Rutilus primus et dictator et censor, Q. Publilius Philo primus praetor. semper ista audita sunt eadem, penes vos auspicia esse, vos solos gentem habere vos solos iustum imperium et auspicium domi militiaeque. aeque adhuc prosperum plebeium et patricium fuit porro-

1. *principem nobilitati uestrae:* PM Leid. I. Pall. 1. 3. al.] principem nobilitatis vestrae. Cf. 10, 41.: Sp. Nautius dux alaribus cohortibus erat. 8, 4.: Romam caput Latio esse. 2, 65. 23, 35. 26, 19. — P: seu atium clausum seu ap. claudium mauultis. M: senatium clausum | seu app. claudium cet. cf. 2, 16. — M: ne fastidiaeris. — Pall. 1. 3. Voss. II. Lov. 4. al.: nos in sacerdotum numero accipere.

6. *L. Sextius primus de plebe consul est factus:* P. — M: *l. secxtius* cet. Inde factum videtur ut in Leid. I. scriberetur „l. secacius", in Pall. 1. 3. Voss. II. Lov. 4. al. „l. sequacius". — PM: c. licinius stolo primus mag̃. equitum. — P: c. marcius rutilius. M: c. martius rutilius. Cf. 9, 38. — P m. 1.: primus edictator et censor. m. 2.: primus & dictator. — P m. 1.: q. publius philo. P m. 2. M: q. publilius philo.

10. *uos solos gentem habere uos solos iustum imperium et auspicium domi militiaeq.:* M. — P: „penes uos auspicia esse *uos solos* iustum imperium" cet. dein m. 2. margini adscripsit „gentem habere uos solos".

12. *aeque adhuc prosperum plebeium et patricium fuit porroque erit Quirites: en numquam fando audistis* cet.] aeque adhuc prosperum plebeium ac patricium fuit, porroque erit. en unquam fando audistis cet. — „Plebeium *et* patricium" scripsimus ex PM Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al., quod multi loci docent Livium non modo *ac* sed etiam *et qué* cum *aeque perinde pariter* simil. coniungere solitum esse. cf. 9, 14.: „caedunt pariter resistentes fusosque inermes at-

que erit Quirites: en numquam fando audistis patricios primo esse factos non de caelo demissos sed qui patrem ciere possent, id est nihil ultra quam ingenuos? consulem iam patrem ciere possum avumque iam poterit filius meus. nihil est aliud in re Quirites, nisi ut omnia negata adipiscamur: certamen tantum patricii petunt nec curant quem eventum certaminum habeant. ego hanc legem — quod bonum faustum felixque sit vobis ac rei publicae — uti rogas iubendam censeo".

que armatos servos liberos" cet. Deinde restituimus *Quirites* ex antiquissimo P, in quo scriptum invenimus „porroque erit qui re numquam fando audistis": *quir* vero saepe in antiquis libris pro *quirites* reperiri notum est. hanc scripturam veram esse codd. Voss. I. Leid. II. al. persuadent, in quibus „porroque erit en quirites numquam" scriptum est. mutato verborum loco, quod *Quirites* non in fine sententiae ponendum videbatur. cf. Cic. or. Catil. III. finis. In eisdem his recentioribus codd. *en numquam* recte servatum est, quam iustam huius loci scripturam esse 4, 3. docuimus. In cod. M totus locus parum diligenter scriptus est ita: „domi militiaeq. quem adhuc prosperum plebeium et patricium fuit porroque erit enumquam fando audistis patricios primo esse factos ñ de caelo demissos". — P m. 1.: sed qui patrem ciere posset. P m. 2. M: possent.

3. *cos. iam patrem ciere possum:* PM. — PM: „nihil est aliud in re quirites nisi ut omnia negata adipiscamur". I. e. viderint patricii necesse est, nihil esse quod non adipisceremur, et ob eam causam nihil aliud sibi proposuisse videntur quam ut ne quid adipisceremur nisi quod nobis ab eis negatum esset. hoc breviore igitur dicendi genere duas sententias Livius comprehendit, et *omnia adipiscimur* et *nihil adipiscimur nisi quod negatum sit:* „in der Sache selbst wird nichts weiter bewirkt als dass, da uns Alles was wir wünschen zu Theil werden muss, wir wenigstens nichts sollten erlangen können als was uns vorher streitig gemacht worden wäre". Cf. 4, 4.: quid enim in re est aliud, si plebeiam patricius duxerit si patriciam plebeius? „was liegt denn in der Sache selbst für ein Unterschied, ob ein Patricier" u. s. w.

8. *uti rogas:* PM al. [illegible] „*uti rogata est*" [illegible] quem ad modum 30,[illegible]

IX. Vocare tribus extemplo populus iubebat apparebatque accipi legem: ille tamen dies intercessione est sublatus: postero die deterritis tribunis ingenti consensu accepta est: pontifices creantur suasor legis P. Decius Mus P. Sempronius Sophus C. Marcius Rutilus M. Livius Denter, quinque augures item de plebe C. Genucius P. Aelius Paetus M. Minucius Faesus C. Marcius T. Publilius: ita octo pontificum novem augurum numerus factus. Eodem anno M. Valerius consul de provocatione legem tulit diligentius sanctam. tertio ea tum post reges exactos lata est semper a familia eadem. causam renovandae saepius haud aliam fuisse reor quam quod plus paucorum opes quam li-

pace *utirogatae erant* omnes tribus iusserunt" ex optt. libris scribendum est. verum ne hoc priore loco virum doctum secuti simus, cum hoc facit, quod etiam paulo ante, quamquam de duobus tribunis pl. cogitandum erat, „*et nunc tribunus adiecit*" scriptum videmus, tum quod in illa scriptura constituenda non antiquorum librorum auctoritate sed sua ipsius coniectura ductus videtur. — Deinde scriptum est in Voss. I. Leid. II. *subendam censeo*, in PM rell. etiam „subeundam censeo".

1. *uocare tribus extemplo populus iubebat:* PM al. — Lov. 4.: uocari. Cf. 9, 14.: signa inde ferre iussit et copias eduxit. al. — M m. 1.: apperebatq.

2. *ille tamen dies intercessione est sublatus:* PM Leid. I. al.] ille tamen dies est intercessione sublatus. — P: postero die deterritus tribunis. — Paulo post PM: c. marcius (M: martius) rutilius. cf. 10, 8. — PM: c. genucius (M: genutius) paelius petus. m̄. minucius (M: minutius) faesus. — P: c. marcius t. poblius. M: c̄. martius. t. publius. Cf. 6, 19. al.

9. *consul de prouocatione legem tulit diligentius sanctam:* PM rell. — Voss. II.: diligentius factam. — Malim in antiquis codd. scriptum inveniri: „legem tulit *de prouocatione* diligentius *sanciendam*". — P: tertio ea *c*um post reges exactos lata est.

12. *quam quod plus paucorum opes quam libertas plebis poterat:* M m. 2. P Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.] quam quod plus — poterant. Cf. 10, 6.: deessent. — In P scriptum erat m. 1.: causam renopuandae. m. 2.: renouandae. — M m. 1.: reor quod. m. 2.: reor quā quod.: 10, 13.

bertas plebis poterat. Porcia tamen lex sola pro tergo civium lata videtur, quod gravi poena, si quis verberasset necassetve civem Romanum, sanxit: Valeria lex cum eum qui provocasset virgis caedi securique necari vetuisset, si quis adversus ea fecisset, nihil ultra quam „inprobe factum“ adiecit. id — qui tum pudor hominum erat — visum credo vinculum satis validum legis: nunc vix servo serio ita mi-

1. *Portia tamen lex:* PM. — P: si quis uerberasset necassetue ciuem r̄. M: si quis uerberasset necassetne ciuem r̄. — Valeria lege ait Livius virgis caedi securique necari vetitos esse cives romanos, sed nihil aliud ea sancitum esse nisi quod inprobe factum videretur si quis adversus eam legem fecisset. Porcia demum lege gravi poena sanctum esse ne quis civem r. verberaret necaretve. atque ita Cic. de rep. 2, 31., cum Valeriorum legis de provocatione mentionem fecisset, scribit: „neque vero leges Porciae, quae tres sunt trium Porciorum ut scitis, quidquam *praeter sanctionem* adtulerunt novi“. verum a quo potissimum Porcio illa sanctio legi adiecta sit, viri docti dubitant. Manutius eam fuisse M. Porcii Catonis Censorii (cuius collega in censura L. Valerius fuit: cf. Liv. 39, 40. seqq.) censet idque mihi propter multas Catonis hominis plebeii simultates cum nobilitate veri similius videtur: Pighius legem a P. Porcio Laeca (qui a. u. c. 557. tribunus pl. fuit: cf. Liv. 32, 7.) latam vult.

4. *si quis aduersus ea fecisset:* PM al. — Voss. II. Lov. 4. al.: eam. — PM rell.: nihil ultra quam inprobe factum adiecit: „wer dagegen gehandelt hätte, der habe pflichtwidrig gehandelt“. I. Fr. Gron. dubitavit, an rectius se haberet *facturum*. Cf. 8, 10.: si is — moritur, probe factum videri.

6. *qui tum pudor hominum erat:* PM al.: „dies schien hinlänglich zu sein — so lebhaft sprach damals in Jedem das sittliche Gefühl — jenem Gesetze Achtung zu verschaffen“. Voss. II.: quia tum.

7. *nunc uix seruo serio ita minetur quisquam*] nunc uix serio ita minetur quisquam (P. Pithoeus et cod. Klock.). — P: nunc uix sumr serio ita minetur. m. 2.: nunc uix sum serio cet. M: nunc uix ser uos | ero ita minetur quisquam. Leid. I.: nunc uix serii ita minetur quisquam. Pall. 1. 3. Voss. II.: nunc uix seruata minetur quisquam. Voss. II. al.: nunc uix seruo

netur quisquam. Bellum ab eodem consule haudquaquam memorabile adversus rebellantes Aequos, cum praeter animos feroces nihil ex antiqua fortuna haberent, gestum est alter consul Apuleius in Umbria Nequinum oppidum circumsedit: locus erat arduus altus atque in parte una praeceps, ubi nunc Narnia sita est, nec vi nec munimento capi poterat, itaque eam infectam rem M. Fulvius Paetus T. Manlius Torquatus novi consules acceperunt. in eum annum

ita minetur quisquam. — Cod. Medicei auctoritatem in scriptura constituenda secuti nihil aliud nisi unam litteram *i* adiecimus, praesertim cum in P vox *serio* integra esset. quod autem ad *sumr* in cod. P attinet, *m* ibi ut sexcentis aliis locis additum videtur, et *sur* reliquiae vocis *seruo* esse metathesi illa litterarum, qua nihil in P saepius invenitur, inter se confusae. vult igitur Livius dicere, tantum fuisse pudorem illis antiquis temporibus ut graviore dicto in lege aliqua iubenda opus non esset: sua tamen aetate tantam esse hominum impudentiam, ut ne servus quidem hero suo obedire velle videretur, si ille tam leni ratione peccata praecaveret. vox *serio* igitur deesse non potest: significat enim, aliquid ab hero *cum certa expectatione* iuberi, *iussui suo a servis obtemperatum iri.*

1. *bellum ab eodem consule haudquaquam memorabile* cet.: P m. 2. — P m. 1. M Leid. I. Lov. 4.: haudquamquam. — *Haberent* excidit in Leid. I.

4. *alter cons̄. Apuleius:* M. cf. 10, 5. — P: alter cos̄. apuleus.

5. *locus erat arduus altus:* M Leid. I. Voss. II. al.] locus erat arduus (P). Drakenborchius in voce *altus* alteram vocis *arduus* scripturam videre vult: sed non semper *altum* est quod *arduum* videtur. maiore iure dubitare poterat, quid inter *arduus* et *praeceps* interesset. — M: atque in parte una praecps ubi nunc narria sita est.

7. *M. Fuluius Paetus:* codd.] M. Fulvius Paetinus (Pigh. sec. fast. Capit. triumph.). — *Paeti* cognomen multarum gentium fuit. cf. Plin. hist. nat. 11, 37. 55. Liv. 7, 1.: Mamercus — Mamercinus. — M: petus *et* manlius. PM: noui cos̄. acceperunt. — Paulo ante Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: itaque infectam rem.

8. *in eum annum cum Q. Fabium cos̄s̄. non petentem omnes dicerent centuriae:* M. — P: in eum annum cum

cum Q. Fabium consulem non petentem omnes dicerent centuriae, ipsum auctorem fuisse Macer Licinius ac Tubero tradunt differendi sibi consulatus in bellicosiorem annum, eo anno maiori se usui rei publicae fore urbano gesto magistratu: ita nec dissimulantem quid mallet nec petentem tamen aedilem curulem cum L. Papirio Cursore factum. id ne pro certo ponerem, vetustior annalium auctor Piso effecit, qui eo anno aediles curules fuisse tradit C. Domitium Cn. F. Calvinum et Sp. Carvilium Q. F. Maximum: id credo cognomen errorem in aedilibus fecisse secutamque fabulam mixtam ex aediliciis et consularibus comitiis convenientem errori. et lustrum eo anno conditum a P. Sempronio Sopho et P. Sulpicio Saverrione censoribus, tribusque additae duae Aniensis ac Terentina. haec Romae gesta.

X. Ceterum ad Nequinum oppidum cum segni obsidione tempus tereretur, duo ex oppidanis, quorum erant ae-

fauium coss̄. non petentem cet. — M: macer licinius ac tubere tradunt. P: macer licinius ac turbere tradunt. P m. 2.: ac turbare. — PM: „eo anno maiori se usui reip̄. *fore* urbano *gesto* magistratu". In recc. quibusdam codd. *maiore* scriptum est, sed in omnibus mscriptis non *gerendo* sed *gesto* videtur esse. cf. 10, 9.: legem tulit diligentius sanctam. — P m. 1.: cum l. papirio censore. P m. 2. M: cursore. — Paulo post scriptum est in PM: „fuisse tradit c. l. (M: cl) domitium cn̄. filum caluinum et sp̄. caruilium q̄. f. maximum". Pal. II. al.: l. domitium. Pighius *Cn. Domitium* scribi vult. — P: conuenientem errorim et lustrum cet.

12. *a P. Sempronio Sopho et P. Sulpicio Sauerrione:* 9, 45. — P: et lustrum eo anno conditum a p. sulpicio sauerrione censoribus. M: „conditum ap̄ sulpitio sopho et p̄ sempronio auerrione censorib." Simili nominum metathesi scriptum est in rell. codd. — P: anniensis.

15. *ceterum ad Nequinum oppidum cum segni obsidione tempus tereretur:* P m. 2. — P m. 1.: at nequinum. — P m. 1. M Leid. I.: terretur. — PM: „quorum erant aedificia iuncta muro". Voss. II.: „aedificia inertia muro": unde Drakenb. suspicatur, librarium scribere voluisse *inhaerentia*. — P: inde ad coss̄. deducti. P m. 1.: accepturos confirmat. M: inde ad

dificia iuncta muro, specu facto ad stationes Romanas itinere occulto perveniunt: inde ad consulem deducti praesidium armatum se intra moenia et muros accepturos confirmant. nec aspernanda res visa neque incaute credenda: cum altero eorum — nam alter obses retentus — duo exploratores per cuniculum missi, per quos satis conperta re trecenti armati transfuga duce in urbem ingressi nocte portam quae proxima erat cepere: qua refracta consul exercitusque Romanus sine certamine urbem invasere. ita Nequinum in dicionem populi Romani venit: colonia eo adversus Umbros missa a flumine Narnia appellata: exercitus cum magna praeda Romam reductus. Eodem anno ab Etruscis adversus indutias paratum bellum: sed eos alia molientis Gallorum ingens exercitus finis ingressus paulisper a proposito avertit. pecunia deinde, qua multum poterant, freti socios ex hostibus facere Gallos conantur, ut eo adiuncto exercitu cum Romanis bellarent. de societate haud abnuunt

conſ. deducti praesidium armatum se intra moenia et *muros* confirmant. „Innerhalb der Schutzwehren und der Stadtmauer".

5. *nam alter obses retentus:* M. — P: obspes. — M m. 1.: portam quae proxima erat cepe qua refracta coſ. exercitusque romanus. m. 3.: cepē qua re facta. Voss. II. Lov. 4.: qua re facta. Cf. ex. gr. 10, 43.: simul et refringebantur portae et vis undique in muros fiebat. — P: coſ. exercitusque romanus.

9. *ita Nequinum in dicionem pr̄. uenit:* P. — M: in ditionem pir̄. uenit. Recc. quidam codd.: in deditionem. — PM rell.: a flumine Narnia appellata (P: apellata). Cod. Harl. rec.: a *Nare* flumine Narnia appellata.

13. *aduersus indutias:* PM rell. Cf. 10, 5.

— *sed eos alia molientis Gallorum ingens exercitus finis ingressus paulisper* cet.: M m. 1. P] sed eos alia molientes (M m. 2.) Gallorum ingens exercitus fines (M m. 2.) ingressus paullisper cet. — M: apposito auertit. — P m. 1. M m. 1.: qua multum poterat. P m. 2. M m. 3.: poterāt. — M: freti sotios ex hostibus facere gallos conantur | exercitu cum romanis bellarent. Cod. Klock.: debellarent.

17. *de societate haut abnuunt:* P m. 2. — P m. 1.: aut abnuunt. M: de sotietate aut abnuunt.

barbari, de mercede agitur: qua pacta acceptaque cum parata cetera ad bellum essent sequique Etruscus iuberet, infitias eunt mercedem se belli Romanis inferendi pactos: quidquid acceperint, accepisse ne agrum Etruscum vastarent armisque lacesserent cultores: militaturos tamen se, si utique Etrusci velint, sed nulla alia mercede quam ut in partem agri accipiantur tandemque aliqua sede certa consistant. multa de eo concilia populorum Etruriae habita nec perfici quicquam potuit, non tam quia inminui agrum quam quia accolas sibi quisque adiungere tam efferatae gentis homines horrebat. ita dimissi Galli pecuniam ingentem sine labore ac periculo paratam rettulerunt. Romam terrorem praebuit fama Gallici tumultus ad bellum Etruscum adiecti: eo minus cunctanter foedus ictum cum Picenti populo est.

XI. T. Manlio consuli provincia Etruria sorte venit: qui vixdum ingressus hostium finis cum exerceretur inter

2. *sequique Etruscus iuberet:* PM. — Leid. I.: sequique etruscos iuberet: (nominativus?). Pall. 1. 3. Voss. II. al.: sequique etruscos iuberentur. — M m. 1. P: infitias eunt. M m. 3.: infitias aiunt. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: infitiauerunt. Cf. 6, 40. — P m. 2. M: quidquid acceperint accepisse ne agrum cet. P m. 1.: nec agrum. — P m. 1.: quam ut partem agri accipiant~. m. 2.: quam ut in partem cet.

9. *non tam quia inminui agrum quam quia* cet.: M. — P: non tam q imminui cet.

11. *pecuniam ingentem sine labore ac periculo paratam:* PM Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.] pecuniam ingentem sine labore ac periculo partam (cod. Sig. Pal. II.). Cf. ex. gr. 42, 11.: adcessisse ad vires eam, quae *longo tempore multis magnisque meritis* pareretur, auctoritatem (cod. Laurish.). 41, 6.: *argento* parata mancipia. — M: rettulerunt. P: retullerunt. roma. m. 2.: romæ.

15. *prouincia Etruria sorte uenit:* PM al.] provincia Etruria sorte evenit (recc. codd.). Cf. 8, 1.: utrumque bellum Plautio sorte venit. 9, 12. — In P scriptum est „t. manlio coss̄." in M „manlio cons̄" omisso praenomine. — Duo verba *prouincia etruria*, quae librariorum culpa in Leid. I. in cod. Thuan. multisque aliis mscriptis praetermissa esse meliores codd. persuadent, I. Fr. Gronovius omitti posse

equites, ab rapido cursu circumagendo equo effusus extemplo prope expiravit: tertius ab eo casu dies finis vitae consuli fuit: quo velut omine belli accepto deos pro se commisisse bellum memorantes Etrusci sustulere animos. Romae cum desiderio viri tum incommoditate temporis tristis nuntius fuit, ut patres ab iubendo dictatore consulis subrogandi comitia ex sententia principum habita deterruerint: M. Valerium consulem omnes sententiae centuriaeque di-

censet, cum ad *sorte venit* facile suppleretur *bellum Etruscum:* verum id non modo Liviano scribendi generi adversatur sed etiam per se h. l. vix ferendum videtur. — PM al.: „qui *dum uix* ingressus". cf. T. Livi l. XXX. p. LXVII. VIII. — P: fin*is*. — P: „extemplo quo prope expirauit": ut dubium sit, utrum *quo* ex *equo* male repetitum sit an manu antiquiore scriptum fuerit *extemploque*. — *Circumagendo equo* coniungi non posse sed *equo* ad *effusus* pertinere neminem fugerit: „der Consul ward vom Pferde herabgeworfen, als er im stärksten Galopp plötzlich umlenkte".

2. *tertius ab eo casu dies finis uitae consuli fuit:* M m. 3. — M m. 1, P: die. — Pall. 1, 3. Voss. II. al.: „quo uelut omine bene accepto"; quod a librariis scriptum videtur ut sensus exprimeretur „nachdem sie sich dieses Unglück *zu ihren Gunsten* ausgelegt".

5. *cum desiderio uiri tum incommoditate temporis:* M m. 1. P Leid. I. Lov. 4. al. — M m. 4. al.: tum desiderio uiri tum cet. — P m. 1.: „consulis subrogandi commotia ex sententia principum ahabita". m. 2.: commitia. Vera huius loci interpretatio multos viros doctos praeterisse videtur, quamquam nihil maioris difficultatis in eo inest. vult enim L. dicere, cum tristis nuntius omnium animos Romae moveret, nihil aliud patres ab dictatore iubendo deterruisse quam quod comitiis consuli subrogando habitis eum ipsum virum populus consulem subrogaret, quem senatus dictatorem dici iussurus fuerat: „die Nachricht von dem Tode des Consuls machte in Rom einen solchen Eindruck, dass nur das die Väter von der Ernennung eines Dictators abhielt, dass in den zur Nachwahl eines Consuls veranstalteten Comitien der Mann gewählt ward, der ganz nach dem Wunsche der Ersten des Senates war".

8. *M. Valerium coš. omnes sententiae centuriaeque di-*

xere, quem senatus dictatorem dici iussurus fuerat: tum extemplo in Etruriam ad legiones proficisci iussit. adventus eius conpressit Etruscos adeo, ut nemo extra munimenta egredi auderet timorque ipsorum obsidioni similis esset: neque illos novus consul vastandis agris urendisque tectis, cum passim non villae solum sed frequentes quoque vici incendiis fumarent, elicere ad certamen potuit. Cum hoc segnius bellum opinione esset, alterius belli, quod multis in vicem cladibus haud inmerito terribile erat, fama Picentium novorum sociorum indicio exorta est: Samnites arma et rebellionem spectare seque ab iis sollicitatos esse. Picentibus gratiae actae et magna pars curae patribus ab Etruria in Samnites versa est. caritas etiam annonae sollicitam civitatem habuit, ventumque ad inopiae ultimum foret — ut scripsere quibus aedilem fuisse eo anno Fabium Maximum placet — ni eius viri cura, qualis in bellicis rebus multis tempestatibus fuerat, talis domi tum in annonae dispensa-

xere: PM. — Recc. quid. codd.: dici iussurus fuerit. — Paulo post P m. 1.: aduentus eius cumpraesit etruscos. m. 2.: compressit.

7. *elicere ad certamen potuit:* P m. 2. — P m. 1.: eligere. M m. 1.: fumarent di | cere ad certamen potuit. m. 4.: ducere. — Paulo ante P m. 1.: frequentes quoque uicii.

8. *alterius belli — fama Picentium nouorum sociorum* (M: sotiorum) *indicio exorta est:* PM: „die erste Kunde von dem Ausbruche des anderen Krieges kam den Römern durch die Mittheilung der Picenter, dass“ u. s. w. Klockius aliique *fama* omitti voluerunt.

17. *talis domi tum in annonae dispensatione praeparando ac conuehendo frumento fuisset:* PM. Loveliani quarti librarius „*tum* in annonae dispensatione *tum* in praeparando ac conuehendo frumento“ scripsit, quasi de duabus diversis rebus L. cogitasset annonaeque dispensatio esse posset nisi frumento praeparato. sed ille videtur non vidisse, verbis *annonae dispensatione* nihil aliud quam munus aedilicium ipsum significari: „wenn jener Mann jetzt in der Stadt nicht in dem Geschäfte der Verwaltung des Getreidewesens eine eben so grosse Aufmerksamkeit in der Fürsorge für die Herbeischaffung des Getreides bewiesen hätte“.

tione praeparando ac convehendo frumento fuisset. Eo anno — nec traditur causa — interregnum initum: interreges fuere Ap. Claudius dein P. Sulpicius: is comitia consularia habuit, creavit L. Cornelium Scipionem Cn. Fulvium consules. Principio huius anni oratores Lucanorum ad novos consules venerunt questum, quia condicionibus perlicere se nequiverint ad societatem armorum, Samnites infesto exercitu ingressos fines suos vastare belloque ad bellum cogere: Lucano populo satis superque erratum quondam, nunc ita obstinatos animos esse ut omnia ferre ac pati tolerabilius ducant quam ut umquam post ea nomen Romanum violent: orare patres ut et Lucanos in fidem accipiant et vim atque iniuriam ab se Samnitium arceant: se, quamquam bello cum Samnitibus suscepto necessaria iam facta adversus Romanos fides sit, tamen obsides dare paratos esse.

XII. Brevis consultatio senatus fuit: ad unum omnes iungendum foedus cum Lucanis resque repetendas ab Samnitibus censent. benigne responsum Lucanis ictumque foedus: fetiales missi qui Samnitem decedere agro sociorum ac deducere exercitum finibus Lucanis iuberent. quibus ob-

2. *interreges fuere Ap. Claudius dein P. Sulpicius:* PM: nisi quod in M „sulpitius“ scriptum est. — Voss. II. al.: deinde. — Cicero in Brut. 14, 55. non Sulpicium sed Appium Claudium comitia habuisse scripsit: de quo loco H. Meyerus et quos laudavit conff. — P: is commitia consularia habuit. — PM: l. cornelium scipionem cn. fuluium coss.

5. *ad nouos coss.* (M: cons.) *uenerunt*: PM. — Lov. 4.: *uenere:* quamquam librarius illius cod. *erunt* ex *ere* facere solet. ab eo enim hoc uno cap. *dixerunt scripserunt* natum est. — M: conditionib. — PM: perlicere se nequiuerint. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. omnesque prope Drakenb. codd.: nequiuerunt. Cf. 3, 2.: dederit. — Paulo post cod. Klock.: orare patres *et* lucanos in fidem accipiant et cet. omisso *ut*: 10, 15. — P: quamquam bello samnitibus suscepto.

16. *ad unum omnes iungendum foedus cum Lucanis resque petendas ab Samnitibus censent:* PM rell. — P: feciales missi. — M m. 1.: qui samtem decedere agro sociorum. m. 2.: samnitem.

viam missi ab Samnitibus qui denuntiarent, si quod adissent in Samnio concilium, haud inviolatos abituros. haec postquam audita sunt Romae, bellum Samnitibus et patres censuerunt et populus iussit. consules inter se provincias partiti sunt: Scipioni Etruria Fulvio Samnites obvenerunt, diversique ad suum quisque bellum proficiscuntur. Scipioni segne bellum et simile prioris anni militiae expectanti hostes ad Volaterras instructo agmine occurrerunt: pugnatum maiore parte diei magna utrimque caede: nox incertis qua data victoria esset intervenit: lux insequens victorem victumque ostendit, nam Etrusci silentio noctis castra reliquerunt. Romanus egressus in aciem ubi professione hostium concessam victoriam videt, progressus ad castra vacuis cum plurima praeda — nam et stativa et trepide deserta fuerant — potitur. inde in Faliscum agrum copiis reductis cum inpe-

1. *si quod adissent in Samnio concilium haud inuiolatos abituros:* PM. — Leid. I. Voss. II. al.: si quod audissént — habituros.

4. *conss. inter se prouincias partiti sunt:* PM. — M: diuersiq.| bellum proficiscuntur.

9. *nox incertis qua data uictoria esset interuenit:* PM: „ohne dass man wusste auf welche Seite sich der Sieg geneigt hätte". Cf. 4, 37. 10, 5.: *qua* — equi permitti possent. — PM: „nam etrusci silentio noctis castra *reliquerunt*": simili ratione haud raro apud Livium perfectum pro plusquamperfecto scriptum videmus.

12. *ubi professione hostium concessam uictoriam uidet:* PM Leid. I. multique al.] ubi profectione hostium cet. — Fuga hostes profitebantur se acie victos esse. — P m. 2. M: progressus ad castra uacuis cum plurima praeda — potitur. P m. 1.: praedam. — M: „nam et statiua et trepidæ deserta fuerant". Alterum *et* deesse non posse iam Conr. Heusingerus recte vidit: „denn es war ihr Standlager und noch dazu in flüchtiger Eile verlassen worden". his enim verbis L. ostendere vult, quare Romani tam magna praeda potiri potuerint: nec de binis hostium castris cogitari potest. — P: „nam et statiua trepide deserta fuerant". Melius Leid. I. Voss. II. al.: nam et statiua et trepida deserta cet. — P: relinquisset. — M Harl. rec.: ad populandos hostium fines incedit.

dimenta Faleriis cum modico praesidio reliquisset, expedito agmine ad depopulandos hostium fines incedit. omnia ferro ignique vastantur, praedae undique actae: nec solum modo vastum hosti relictum sed castellis etiam vicisque inlatus ignis: urbibus oppugnandis temperatum, in quas timor Etruscos conpulerat. — Cn. Fulvii consulis clara pugna in Samnio ad Bovianum haudquaquam ambiguae victoriae fuit: Bovianum inde adgressus nec ita multo post Aufidenam vi cepit.

XIII. Eodem anno Carseolos colonia in agrum Aequiculorum deducta. Fulvius consul de Samnitibus triumphavit. cum comitia consularia instarent, fama exorta Etruscos Samnitesque ingentes conscribere exercitus: palam omnibus conciliis vexari principes Etruscorum, quod non Gallos quacumque condicione traxerint ad bellum: increpare magistra-

3. *nec solum modo uastum hosti relictum:* PM al.: „und nicht bloss die Felder wurden verwüstet dem Feinde zurückgelassen". Voss. II. Lov. 4. al.: uastatum. — M: sede castellis | etiam uicisque inlatus ignis. — Lov. 4.: urbibus oppugnandis temperatur.

8. *Bouianum inde adgressus:* M. — P m. 1.: agressum. m. 2.: agressus. — Paulo ante P: cn. fuluii conss. clara pugna in samnio bouianum haudquamquam cet. m. 2.: haudquaquam. M: haudquamquam.

10. *eodem anno Carseolos colonia in agrum Aequicolorum deducta:* P. — M: in agrum aequiculorum dedicta. Cf. 1, 32.: ab antiqua gente Aequiculis. Cod. Sig. al.: in agro aequicolarum. Cf. Virg. Aen. 7, 746.: „Horrida — gens adsuetaque multo Venatu nemorum, duris Aequicula glebis". — M: fuluius *cos. eos* de samnitibus triumphauit. P: fuluius cons eos de samn. cet. cf. 2, 7.: fieri.

13. *palam omnibus conciliis uexari principes Etruscorum:* M. In P excidit *palam.* — P m. 2.: quacūque condicione. m. 1.: quecūque. M: quacumque conditione.

15. *increpare magistratus Samnitium:* PM Leid. I. omnesque prope Drak. codd.} increpari cet. (ed. Frob. 1531:). *Magistratus* aut subiecti accusativus est supplendumque *duces*, aut obiecti supplendumque *multitudinem:* (cf. ex. gr. 3, 2.: „ferox multitudo increpare duces, quod in aciem — commissa res sit":). sic enim varianda constructione Livium orationem ornare solere permultis locis

tus Samnitium, quod exercitum adversus Lucanum hostem conparatum obiecerint Romanis: itaque suis sociorumque viribus consurgere hostes ad bellum et haudquaquam pari defungendum esse certamine. hic terror, cum inlustres viri consulatum peterent, omnes in Q. Fabium Maximum primo non petentem deinde ut inclinata studia vidit etiam recusantem convertit: quid se iam senem ac perfunctum laboribus

videmus. — M: quod exercitum aduersus lucanum hostem conparatum obiecerint romanis: „dass sie ein so unbedeutendes nur zum Kriege gegen die Lucaner bestimmtes Heer den Römern entgegengestellt hätten". Nec in P nec in rell. aut Gronovianis aut Drakenb. codd. repertum est *aduersus*, quare I. Fr. Gron. *in lucanum hostem* scribendum coniecit. — PM: „itaque suis sociorumque (M: sotiorumq.) uiribus consurgere hostes ad bellum et haudquaquam pari defungendum (P: defugendum) esse certamine": i. e. itaque, cum Etrusci Samnitesque et suis ipsorum et sociorum viribus ad bellum consurgerent, fieri non posse ut pari certamine Romani defungerentur: „deshalb erhöben sich zu diesem Kriege die Feinde mit ihrer eigenen und der ihrer Bundesgenossen Macht, so dass sie (die Römer) auf einen Kampf zu rechnen hätten, dem sie keinesweges gewachsen sein würden".

5. *in Q. Fabium Maximum primo non petentem*: P. — M: in q. fabium maxi*mo* | pri*mum* non petentem. m. 2.: maximū. — P m. 1.: recusantem.

7. *quid se iam senem ac perfunctum laboribus laborumque praemiis sollicitarent*: PM. Multos librarios praeteriit vis vocis *labores* bis positae: nam in Pall. 1. 3. Voss. II. al. scriptum est: „quid se iam senem perfunctum laboribus bellorum praemiis sollicitarent". in Lov. 4.: perfunctum honoribus. — Paulo post repperimus et in PM: „et fortunam ipsam uereri ne cui deorum nimia iam in se et constantior quam uelint humanae res uideantur": ubi *uideantur* eodem mendo pro *uideatur* scriptum est quo 10, 2. *audissent* pro *audisset* al. nisi forte librarius quidam *videantur* scripsit ut verba „*quam velint humanae res videantur*" coniungerentur, „als sie (die Götter) wollen dass die Verhältnisse des Lebens erscheinen". sed illum fugerit Livium connecti voluisse *quam velint humanae res* „als es die Verhältnisse des Lebens er-

laborumque praemiis sollicitarent? nec corporis nec animi vigorem remanere eundem, et fortunam ipsam vereri, ne cui deorum nimia iam in se et constantior quam velint humanae res, videatur: et se gloriae seniorum subcrevisse et ad suam gloriam consurgentes alios laetum aspicere: nec honores magnos fortissimis viris Romae nec honoribus deesse fortes viros. acuebat hac moderatione tam iusta studia, quae verecundia legum restinguenda ratus legem recitari iussit qua intra decem annos eundem consulem refici non liceret. vix prae strepitu audita lex est, tribunique plebis nihil id inpedimenti futurum aiebant, se ad populum laturos uti legibus solveretur. et ille quidem in recusando perstabat,

lauben". haec etiam causa est quod Livius non scripsit „*quam velint humanas res*".

4. *et se gloriae seniorum subcreuisse et ad suam gloriam consurgentes alios laetum aspicere:* P m. 2. M. — P m. 1.: subcreuisse | ad suam. — M m. 1.: nec horib. deesse fortes uiros. M m. 3. P: nec honorib.

7. *acuebat hac moderatione tam iusta studia:* M. — P m. 1.: acubuebat ac moderatione. m. 2.: acuebat. — PM: quae uerecundia legum restinguenda ratus. Pall. 1. 3. Voss. II. Lov. 4. al.: quae reuerentia legum restringenda ratus. — M: qua intra decem annos eundem cons̄. refici non licer&. P: quia intra decem annos eundem coš. refici non licere. Cf. de hac lege 7, 42. Drakenborchius h. l. docuit, cum Dukerus ab tertio Q. Fabii consulatu ad quartum decem iustos annos peractos fuisse scripsisset, non ex Liviana annorum ratione iustum decem annorum numerum absolutum fuisse sed ex Capit. fast., qui inter M. Livium M. Aemilium et Q. Apuleium M. Valerium coss. integrum annum interponerent: cf. Liv. 10, 3.

10. *uix prae strepitu audita lex est tr. q. pl. nihil id inpedimenti futurum aiebant:* M. — P: „tr. q. pl. nihil id impedimento futurum agebant" (dies werde keineswegs zum Hindernisse dienen): sed eadem manus antiqua restituit *impedimenti* „dies werde kein Hinderniss werden". — Leid. I. al.: audita est lex. — In Leid. I. Voss. II. multisque aliis codd. scriptum est „se*d* ad populum laturos": cf. 6, 42. M: se id — libenter acturos. P: se*d* id. 2, 60. P: ea omnis militi data est. M: ea*d*omnis. al.

quid ergo attineret leges ferri rogitans, quibus per eosdem qui tulissent fraus fieret, iam regi leges non regere. populos nihilo minus suffragia inibat, et ut quaeque intro vocata erat centuria, consulem haud dubie Fabium dicebat. tum demum consensu civitatis victus „dei adprobent“ inquit „quod agitis acturique estis Quirites: ceterum quoniam in me quod vos vultis facturi estis, in collega sit meae apud vos gratiae locus: P. Decium, expertum mihi concordi collegio virum, dignum vobis dignum parente suo, quaeso mecum consulem faciatis“. iusta suffragatio visa: omnes quae supererant centuriae Q. Fabium P. Decium consules dixere. Eo anno plerisque dies dicta ab aedilibus, quia plus quam

1. *quid ergo attineret leges ferri rogitans:* PM cod. Gel. rell. Cf. ex. gr. quod paulo ante scriptum est „quid se sollicitarent“ (non „sollicitari“:). I. Fr. Gron. *quid ergo attinere*, quod multis aliis locis legeretur, et hoc loco scribi voluit: verum Livius non *nihil attinere* his verbis exprimi voluit sed maiorem vim interrogationis in *quid attineret* poni: „indem er fragte, was es nutzen könne dass Gesetze gegeben würden, wenn“. cf. 6, 23.: ecquid attinere. — P: „rogitans p eosdem qui tulissent“ (scil. tribuni pl.).

2. *populos nihilo minus suffragia inibat:* PM Leid. I. al.] populus cet. — Voss. II. al.: inibant. cf. 1, 41. — M: consulem haud dubiae fabium dicebat: (cf. 10, 12.: trepide). P cod. Klock.: „cos̄. haud dubia fabium dicebat“. Utrumque et *dubie* et *dubia* ferri potest, sed Livius *haud dubie* ita scribere solet.

5. *dei adprobent inquit:* P m. 2. M Leid. I. al.] dii approbent inquit. — Cod. Klock.: adprobent inquit dii. — M m. 1.: quid agitis. M m. 3. P: quod. — P: ceterum qm̄ in me cet.

9. *dignum uobis dignum parente suo:* M. In P scriptum est metathesi vocum: expertum mihi concordi collegio *uobis dignū uirū* dignum parente suo. — PM: quaeso mecum cos̄. faciatis.

12. *quam quod lege finitum erat:* M. In P excidit *quam.* — P m. 2. M: nec quisquam ferme. P m. 1.: nequisquam cet. — PM rell.: uinculumque ingens inmodicae cupiditatis iniectum est. Cod. Portug.: inmodicae cupiditati. Cf. 3, 2.: miles — in castra reducitur, longam venire noctem ratus quae moram *certaminis* faceret.

quod lege finitum erat agri possiderent: nec quisquam ferme est purgatus vinculumque ingens inmodicae cupiditatis iniectum est.

XIV. Consules novi Q. Fabius Maximus quartum et P. Decius Mus tertium cum inter se agitarent, uti alter Samnites hostes alter Etruscos diligerent quantaeque in hanc aut in illam provinciam copiae satis et uter ad utrum bellum dux idoneus magis esset, ab Sutrio et Nepete et Faleriis legati, auctores concilia Etruriae populorum de petenda pace haberi, totam belli molem in Samnium averterunt. profecti consules, quo expeditiores commeatus essent et incertior hostis qua venturum bellum foret, Fabius per Soranum Decius per Sidicinum agrum in Samnium legiones ducunt. ubi in hostium fines ventum est, uterque populabundus effuso agmine incedit. explorant tamen latius quam populantur: igitur non fefellere ad Tifernum hostes in oc-

4. *coss.* (M: conss.) *noui Q. Fabius Maximus.* IIII. *et P. Decius Mus.* III.: PM.

5. *uti alter Samnites hostes alter Etruscos diligerent:* M] uti alter — deligeret (P m. 2.). — P m. 1.: diligeret quamtaeque in hanc cet. — M: quantę quae in hac (m. 2.: hanc). — PM: „ab sutrio et nepete et faleriis": nisi quod in P „ab utrio" scriptum est. Cod. Sig.: Nepet. cf. 6, 9. — P Leid. I. al.: auctores concilii etruriae populorum cet. M: auctores aconcilii cet. Videtur primum ab librario quodam *e* pro *ae* scriptum esse, cum in antiquiore libro esset „conciliaetruriae": deinde *concilii* pro *concili.* — Leid. 1.: de pace petenda.

11. *profecti coss.* (P: cos.) *quo expeditiores commeatus essent et incertior hostis qua uenturum bellum foret* („wo der Feind in das Land fallen werde"): PM rell. — P: fabius persona*rum*. m. 2.: per soranum.

14. *uterque populabundus effuso agmine incedit:* P. — M: utque populabundus cet. Lov. 4.: depopulabundus. cf. 10, 12.: ad depopulandos fines.

16. *igitur non fefellere ad Tifernum hostes in occulta ualle instructi:* P m. 1. M al. Cf. 8, 20.: ne alio itinere hostis *falleret* ad urbem *incedens.* — P m. 2.: ad tifernum. — M: quam ingressos romanos superiore ex loco adoriri parabant. P: „quam ingressos romanos superiore

culta valle instructi, quam ingressos Romanos superiore ex loco adoriri parabant. Fabius inpedimentis in locum tutum remotis praesidioque modico inposito praemonitis militibus adesse certamen quadrato agmine ad praedictas hostium latebras succedit. Samnites desperato inproviso tumultu, quando in apertum semel discrimen evasura esset res, et ipsi acie iusta maluerunt concurrere: itaque in aequum descendunt ac fortunae se maiore animo quam spe committunt: ceterum sive quia ex omnium Samnitium populis quodcumque roboris fuerat contraxerant, seu quia discrimen summae re-

ex loco *uidit maximum filium et m̄. ualerium tr̄. mil*": undecim versibus neglegenter praetermissis.

5. *desperato inprouiso umultu:* M cod. Gel.: „da sie ihren Anschlag den Feind durch einen plötzlichen Überfall zu schrecken vereitelt sahen". Cf. 42, 25.: cum desperato iam conloquio profecti essent. Leid. I. cod. Klock. Voss. II. Lov. 4. al.: desperatos. Alii recc. codd.: desperantes. — M al.: *quando in apertum semel* discrimen euasura esset res: „da es nun doch einmal zur offenen Entscheidung kommen sollte". Cf. 2, 45.: abdenda cupiditas erat ut adversando — incitato semel militi adderent impetum.

7. *itaque in aequum descendunt:* codd. Drak. Cf. 7, 29.: descendunt inde — in planitiem quae cet. 23, 29.: omnibus copiis in campum descensum est. 5, 38.: facilem in aequo campi — victoriam fore. — M: itaque in aequm discendunt.

8. *ceterum siue quia ex omnium Samnitium populis — contraxerant seu:* M. In cod. Sig. et in aliis recc. codd. scriptum est „ceterum *seu* quia", in fragm. Haverc. „ceterum *siue* quia — *siue* quia": sed *siue seu* aut *seu siue* non modo apud Livium (cf. 7, 18. 9, 26.) sed etiam apud alios bonos scriptores legi iam Dukerus et Drakenb. docuerunt. Dein scriptum est in uno cod. Oxoniensi *ex omnibus samnitium populis,* nec id improbandum esset nisi alterum reliquorum mscriptorum auctoritas tueretur. *omnium Samnitium* non modo scriptum est ea ratione qua et aliis locis Livium usum esse videmus (2, 51.: „post acceptam proximam pugnae cladem"), sed etiam altero fortius est, cum idem fere significet quod *ex omnis Samnii populis.* — M m. 1.: seu iaq discrimem summae rerum. m. 3.: seu qa discrimem. Cf. T. Livi l. XXX. p. LXVII. VIII. — Cf.

rum angebat animos, aliquantum quoque aperta pugna praebuerunt terroris. Fabius ubi nulla ex parte hostem loco moveri vidit, Maximum filium et M. Valerium tribunos militum, cum quibus ad primam aciem procurrerat, ire ad equites iubet et adhortari ut, si quando umquam equestri ope adiutam rem publicam meminerint, illo die adnitantur ut ordinis eius gloriam invictam praestent: peditum certamine inmobilem hostem restare, omnem reliquam spem in impetu esse equitum. et ipsos nominatim iuvenes pari comitate utrumque nunc laudibus nunc promissis onerat. cete-

30, 3.: omnibus — Africae cura erat, seu quia ibi *summam rerum* bellique verti cernebant seu ut cet.

1\. *angebat:* M] augebat. Multo fortius esse *angere* quam *augere* neminem fugerit: „es ängstigte sie die Sorge, wie es mit ihrer Freiheit, mit ihrem Vaterlande werden würde, und feuerte sie deshalb um so mehr an". Cf. 21, 1. 27, 47. al. In omnibus vero et Pall. et Drak. codd. scriptum est *agebat animos*, quam diversitatem scripturae in simili loco etiam in Put. 29, 1. repperimus, ubi primo scriptum erat „neque ipsos modo sed parentis cognatosque eorum ea cura *agebat*", quamquam eadem manus antiqua *angebat* restituit. — M: ani*mus*. Cf. 10, 15.: extractus.

— *aliquantum quoque aperta pugna praebuerunt terroris:* M rell.] aliquantum aperta quoque pugna cet. (ed. Frob. 1535.).

3\. *Maximum filium et M. Valerium tr. mil.:* PM cod. Klock.] M. Fulvium et M. Valerium cet. — Integrum nomen illius tribuni, qui a. u. c. 462. consul creatus est (Liv. 10, 47.), legitur in fragm. fast. triumph.: „Q. Fabius Q. f. M. n. Maximus Gurges". — Drakenb. codd.: maximum fuluium et m. ualerium. — P: ad primam aciam. — P: et adortari. — Paulo post M m. 2. P: omnem reliquam spem in impetu ēē equitum. M m. 1.: „spem in impetu spēē equitum": ut dubium sit an manus antiquior *superesse* scribi voluerit. 10, 16.

9\. *pari comitate utrumque:* PM. — Cod. Sig. al.: utcumque. Cf. 30, 5.: *singulos* deinde *separatim* Laelium ac Masinissam deductos obtestatur ut cet. — P m. 1.: promisis.

10\. *ceterum quando ne ea quoque temptata* (P: tēpta) *uis proficeret:* PM. Quid *quando* h. l. significet, quae sequuntur *si nihil vires iuva-*

rum quando ne ea quoque temptata vis proficeret, consilio grassandum si nihil vires iuvarent ratus Scipionem legatum hastatos primae legionis subtrahere ex acie et ad montis proximos quam posset occultissime circumducere iubet, inde ascensu abdito a conspectu erigere in montes agmen aversoque hosti ab tergo repente se ostendere. equites ducibus tribunis haud multo plus hostibus quam suis ex inproviso ante signa evecti praebuerunt tumultus: adversus incitatas turmas stetit inmota Samnitium acies nec parte ulla pelli aut perrumpi potuit: et postquam inritum inceptum erat, recepti post signa proelio excesserunt. crevit ex eo hostium animus, nec sustinere frons prima tam longum cer-

rent docent: „*wenn* auch dieser Versuch die Sache nicht fördern sollte“: sic etiam apud nos *wenn* et *wann* confundi solent. Deinde minus forte dictum est *ne ea quoque* „auch dies nicht“ quam *ne ea quidem* „selbst dies nicht einmal“, quod significaret, nihil dubitasse Fabium de prospero equestris pugnae eventu. illo altero sensu non numquam *nec* apud Livium scriptum videmus (cf. 5, 33.: „nec eum incorruptum“): idque h. etiam l. codicum Leid. I. et Harl. rec. librarii scribi voluerunt „nec ea quoque“, quod propter *quoque* probandum non est. Cf. quoque 9, 6.: sed ne ut oculos quidem attollerent. — P m. 1.: primae legion*es*. m. 2.: legionis. M: ex aciae. — P m. 1.: et ad motis. m. 2.: montis. M: montes. — PM: quam posset occultissime. Voss. II. al.: quaque posset occultissime. — M: circumduducere iubet. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: ducere iubet. — PM: inde ascensu abdito a conspectu erigere in montes agmen: „dann auf einer vom Feinde abgewandten Seite die Truppen auf die Höhen hinaufzuführen und sich plötzlich demselben im Rücken zu zeigen“.

7. *haud multo plus hostibus quam suis ex inprouiso ante signa euecti praebuerunt tumultus:* P m. 2. M: „den Ihren fast eben so unerwartet wie den Feinden“. — P m. 1.: ante signa praebuerunt.

12. *nec sustinere frons prima tam longum certamen increscentemque fidutia sui uim potuisset:* M. — P: increscentem quia fiducia sui uim. — PM: ni secunda acies iussu coš. in primum successisset. Cod. Sig. aliique recc.: in primam. Cf. 2, 20.: pro-

tamen increscentemque fiducia sui vim potuisset, ni secun[da] acies iussu consulis in primum successisset: ibi integrae vires sistunt invehentem se iam Samnitem, et tempore inprovisa ex montibus signa clamorque sublatus non vero tantum metu terruere Samnitium animos: nam et Fabius Decium collegam adpropinquare exclamavit, et pro se quisque miles adesse alterum consulem adesse legiones gaudio alacres fremunt: errorque utilis Romanis oblatus fugae formidinisque Samnites inplevit maximeque territos ne ab altero exercitu integro intactoque fessi opprimerentur. et quia pas-

volant in primum et pro antesignanis parmas obiciunt.

3. *et tempore inprouisa ex montibus signa clamorque sublatus non uero tantum metu terruere* cet.: M: „hier bringen die frischen Kräfte den schon eindringenden Samniter zum Stehen; und als jetzt im entscheidenden Augenblicke (saepius „*in* tempore": 8, 7. 30, 35.) wider Erwarten von den Bergen her sich feindliche Feldzeichen sehen lassen und das Feldgeschrei erhoben ward, da erfüllte dies Alles nicht bloss mit wahrem Schrecken die Samniter". In P scriptum est „et tempore *in se* uisa ex montibus signa". Ad *non vero tantum metu* supplendum esse *sed etiam vano* verba sequentia ostendunt. cf. 7, 40.: non solum plebi.

8. *errorque utilis Romanis:* P. — In M scriptum est „gaudio alacres tremun*t* terrorque utilis romanis": idemque *terror* in omnibus prope Drak. codd. inest. — M m. 3.: fuge formidinisque samnites inpleuit. M m. 1.: fuce. P: pucae formidinisque.

9. *maximeque territos:* PM rell.] maxime territos (ed. Frob. 1531.). Hac particula *que* Livius ea quae minus aperte scripta viderentur, diligentius exprimere et explicare solebat: „dieser den Römern heilbringende Wahn erfüllte die Samniten mit Flucht und Bestürzung, *und zwar* darum weil sie sahen dass sie die Ermüdeten es unmöglich mit einem frischen noch nicht im Kampfe gewesenen Heere würden aufnehmen können". Cf. 4,56.: eorum legatos utriusque gentis populos circumisse castigantesque ignaviam quod — passi essent. 2, 13.: sic deditam inviolatamque ad suos remissurum al.

10. *et quia passim in fugam dissipati sunt:* M. — P: et q passim cet. cf. 10, 10.: non tam quia. — M; tria milia & cccc | caesi capti *a*ccc

sim in fugam dissipati sunt, minor caedes quam pro tanta victoria fuit: tria milia et quadringenti caesi, capti octingenti ferme et triginta, signa militaria capta tria et viginti.

XV. Samnitibus Apuli se ante proelium coniunxissent ni P. Decius consul iis ad Maleventum castra obiecisset, extractus deinde ad certamen fudisset. ibi quoque plus fugae

ferme et xxx signa cet. P: „tria milia et cccc caesi. capta $\overset{d}{a}$,ccc fermes & xxx". m. 2.: *ferme*. dubium tamen est an librarius antiquior *ferme* $\bar{s}$ i. e. „ferme sunt" scribi voluerit. quod antecedit aut *ad ccc* significat aut *dccc*. Cf. 3, 62.: sexcenti fere.

5. *extractus deinde ad certamen fudisset:* Leid. I. Lov. 4. al.] extractos deinde ad certamen fudisset. — P: extract*us* deinde ad certamen *fuisset*. M: „extractus deinde ad certamen fu*id*isset" (i. e. vel *fuisset* vel *fudisset*; cf. 4, 60.: iuvaret:). Recc. quidam codd.: et extractos cet. — Facere non potui quin h. l. bonorum omnium codicum auctoritatem sequerer. nam quod pronominis cuiusdam accusativus desideratur, mirum esse non potest, cum simile dicendi genus saepissime reperiatur (cf. 3, 3.: funestam populationem fecit. 5, 4.: quod ad perseverandum stimulet. al.). nec tam eius accusativi causa *extractos* scriptum videtur, quam quod romanum ducem dedecere videretur magis extractum esse ad certamen quam extraxisse, et quod Apuli moenibus inclusi Maleventi fuisse viderentur. sed ferocissimos Apulorum fuisse animos cum aliis locis (ex. gr. 3, 2.) videmus, tum hoc loco quo Apulorum exercitus in Samnium profecturus fuisse dicatur nisi Decius eis castra *obiecisset*. nolebat autem Decius illico periculum summae rei facere, nisi antea quae suam rem adiuvarent praeparasset. ita cunctando Decium Apulorum animos auxisse, ut summo ardore Romanos ad proelium ineundum provocarent, non minus veri simile est quam quod in antiquis libris legitur, non Apulos sed Decium, utpote qui in castris munitissimis sederet, in certamen extractum processisse. proelio deinde inito — quae Apulorum et Romanorum virtus erat in iusta pugna facienda — Decius hostes fudit: tum demum, cum Apulorum vires expertus esset, spreto hoste consul in Samnium legiones duxit. — Paulo ante scriptum est in P Leid. I.: obiecissent. — PM: ni p. decius con$\bar{s}\bar{s}$.

6. *ibi quoque plus fugae fuit quam caedis:* M m. 3. P.

fuit quam caedis: duo milia Apulorum caesa: spretoque eo hoste Decius in Samnium legiones duxit.' ibi duo consulares exercitus diversis vagati partibus omnia spatio quinque mensum evastarunt: quadraginta et quinque loca in Samnio fuere in quibus Decii castra fuerunt, alterius consulis sex et octoginta: nec valli tantum ac fossarum vestigia relicta sed multo aliis insigniora monumenta vastitatis circa regionumque depopulatarum. Fabius etiam urbem Cimetram cepit: ibi capta armatorum duo milia nongenti, caesi pugnantes ferme nongenti triginta. Inde comitiorum causa Romam profectus maturavit eam rem agere. cum

— M m. 1.: caedi. — P m. 2. M: duo milia apulorum. P m. 1.: apolorum. — P m. 2. M: in samnium. P m. 1.: in samnitium: 10, 17.

3. *spatio quinque mensum:* PM] spatio quinque mensium. Cf. 10, 5. — M (P): xl. et v loca in samnio fuere in quibus decii castra fuerunt alterius coss. sex et lxxx. P: alterius cos. Leid. I. Lov. 4.: et xl et xv loca. Voss. II. al.: et quadraginta et quinque loca.

7. *multo aliis insigniora:* PM Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.] multo illis insigniora (recc. quidam codd.). — PM: monumenta (M: monimenta) uastitatis circa regionumque depopulatarum: „und nicht die Spuren der Lager bloss blieben zurück, sondern — was weit mehr in die Augen fällt als anderes — das Bild der Vernichtung ringsumher und der Verwüstung der Gegenden".

9. *ibi capta armatorum duo mil acccc. caesi pugnantes ferme acccc xxx.:* M] ibi capta armatorum duo millia quadringenti, caesi ferme pugnantes nongenti triginta. — P: fabius etiam urbem gimetram cepit. ibi captā armatorum duo miliacccc. caesi ferme pugnantes accccxxx. Leid. I. Lov. 4. al.: caesi pugnantes ferme cet. — Optimum videbatur in re dubia librum Mediceum sequi; cuius scriptura h. l. etiam codice P integrior esset. et cum in altero numero vix dubium esse possit, quin *a* pro *d* in utroque libro scriptum sit (cf. 3, 62.: sexcenti fere), veri simile videtur, etiam priorem numerum eodem mendo corruptum ibique scribendum esse *duo milia nongenti*, quamvis non minus verum haberi possit „duo milia *ac* trecenti" (cf. 3, 3. 5. al.), quod in Leid. I. scriptum est. Cf. 10, 14. 19.

primo vocatae Q. Fabium consulem dicerent omnes centuriae, Ap. Claudius consularis candidatus — vir acer et ambitiosus — non sui magis honoris causa quam ut patricii recuperarent duo consularia loca, cum suis tum totius nobilitatis viribus incubuit, se cum Q. Fabio consulem dicerent. Fabius primo de se eadem fere quae priore anno dicendo abnuere: circumstare sellam omnis nobilitas, orare ut ex caeno plebeio consulatum extraheret maiestatemque pristinam cum honori tum patriciis gentibus redderet. Fabius silentio facto media oratione studia hominum sedavit: facturum enim se fuisse dixit ut duorum patriciorum nomina reciperet, si alium quam se consulem fieri videret, nunc se suam rationem comitiis, cum contra leges futurum sit, pessimo exemplo non habiturum. ita L. Volumnius de plebe

1. *primo uocatae:* Voss. I. — PM: „cum primo uocatum q. fabium coš. dicerent omnes centuriae": idemque *uocatum* in rell. mscriptis repertum est. Cf. 10, 22.: et praerogativa et primo vocatae omnes centuriae consulem — dicebant. — M: uir acer et ambiciosus.

4. *cum suis tum totius nobilitatis uiribus incubuit se cum Q. Fabio consulem dicerent:* PM] — ut se cum Q. Fabio consulem dicerent. — *Ut* in Drak. quoque codd. omissum est. cf. ex. gr. 30, 43.: quibus conventis cum rursus peterent, sibi quos vellent ex iis redimendi potestas fieret, iussi nomina edere. 1, 51. al. — Voss. II. omnesque prope recc. codd.: tum suis tum.

6. *Fabius primo de se eadem fere quae priore anno dicendo abnuere:* M. In P adscriptum est margini m. 1. verbum *dicendo*, quod in integra oratione praetermissum erat. — P m. 2. M: ex caeno plebeio. P m. 1.: plebei. — M m. 1. P Leid. I. Lov. 4. al.: cum honori tum patriciis gentibus. M m. 3. al.: tum honori tum.

13. *suam rationem:* PM rell.] sui rationem. Cf. Cic. de off. 1, 39. 139.: ut in ceteris habenda ratio non sua solum sed etiam aliorum. Eiusd. Epist. lib. XVI. 12, 3.: neque se iam velle absente se rationem haberi suam. Verr. 1, 48. 126.: debere eum aiebat suam quoque rationem ducere. al. cf. Zumpt lat. Gramm. §. 424. — P: si alium quam se conšš. fieri uideret. M: cošš.

14. *ita L. Volumnius de plebe cum Ap. Claudio conš.* (M:

cum Ap. Claudio consul est factus, priore item consu[latu] inter se conparati. nobilitas obiectare Fabio, fugisse eum Ap. Claudium collegam eloquentia civilibusque artibus haud dubie praestantem.

XVI. Comitiis perfectis veteres consules iussi bellum in Samnio gerere prorogato in sex menses imperio. itaque insequenti quoque anno L. Volumnio Ap. Claudio consulibus P. Decius, qui consul in Samnio relictus a collega fuerat, proconsul idem populari non destitit agros, donec Samnitium exercitum nusquam se proelio committentem postremo expulit finibus. Etruriam pulsi petierunt et, quod legationibus nequiquam saepe *temptaverant, id se tanto agmine armatorum mixtis terrore precibus acturos efficacius rati postulaverunt principum Etruriae concilium. quo coacto per quot annos pro libertate dimicent cum Roma-

cos.) *est factus priore item consulatu inter se conparanti:* P m. 2. M. — P m. 1.: conss. est factus priore ita consulatu cet. — Cod. Klock.: inde l. uolumnius. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. multique recc. codd.: priore ei consulatu inter se conparanti. — *Conparati* aeque h. l. se recte habet atque *capiuntur* 21, 60.: ipse dux cum aliquot principibus capiuntur. — PM: nobilitas obiectare fabio fuisse eum ap. claudium collegam cet. Cf. 10, 15.: fudisset. — M: haud dubiae.

5. *ueteres coss.* (P m. 1.: conss. m. 2.: cons.) *iussi bellum in Samnio gerere:* PM. — Leid. I.: in samniti gerere. Voss. II. al.: in samnites gerere.

6. *itaque insequenti quoque anno L. Volumnio Ap. Claudio coss.:* PM: nisi quod P „conss." — In Leid. I. al. excidit *quoque.* — M m. 3.: p. decius qui cos. in samnio relictus a collega fuerat procos. idem cet. m. 1.: relictus collega. P: qui. p. decius qui cos. in samnio relictus a collega fuerat procos. idem cet. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: p. decius consul in samnio relictus cet.

11. *quod legationibus nequiquam saepe temptauerant:* PM. — PM: „acturos efficatius rati". Multi recc. codd.: acturos rati efficacius.

14. *quo coacto:* M. — P Leid. I.: quod coacto. — P: p qd annos. m. 2.: p quot annos. — M m. 1.: omnia experto esse siuismet ipsorum uiribus tolerare cet. m. 2.: si („ob") suismetipsorum uiribus. m. 3.: expertos.

nis exponunt: omnia expertos esse, si suismet ipsorum viribus tolerare tantam molem belli possent, temptasse etiam haud magni momenti finitimarum gentium auxilia: petisse pacem a populo Romano, cum bellum tolerare non possent: rebellasse, quod pax servientibus gravior quam liberis bellum esset. unam sibi spem reliquam in Etruscis restare: scire gentem Italiae opulentissimam armis viris pecunia esse, habere accolas Gallos inter ferrum et arma natos, feroces cum suopte ingenio tum adversus Romanum populum, quem captum a se auroque redemptum haud vana iactantes memorent: nihil abesse, si sit animos Etruscis qui Porsinnae quondam maioribusque eorum fuerit, quin Romanos omni agro cis Tiberim pulsos dimicare pro salute sua non de intolerando Italiae regno cogant: Samnitem illis ex-

3. *petisse pacem a p. r. cum bellum tolerare non possent* cet.: M. — P: „petisse pacem a p. r. quod bellum et unam sibi spem" cet. M. 2. inductum est *quod* marginique adscripta quae media in integra oratione praetermissa erant. antiquior igitur librarius non *cum bellum* sed *quod bellum tolerare non possent* scribi videtur voluisse.

6. *unam sibi spem reliquam in Etruscis restare:* P m. 2. M. — P m. 1.: „unam sibi e spem": i. e. vel *sibi* vel *sibe*. cf. Quintil. 1, 7. 24. — PM: „scire gentem italiae opulentissimam armis uiris pecunia esse": i. e. *se scire*. cf. 30, 7.: scire incendio non proelio cladem acceptam. 8, 25.: arma virosque ad bellum pollicentes. — M m. 1. P: cum suopte ingenio tum. M m. 4.: tum suopte. — M m. 2. P: tum aduersus romanum populum. Cod. Haverc.: „tum aduersus populum romanum": sed cf. 8, 23.: aegre pati civitatem Samnitium, quod Fregellas — restituerit romanus populus. al. — In M primo scriptum erat „tum aduersus romanos populum quem captum a se" cet. quare I. Fr. Gron. dubitavit an m. 1. scriptum fuerit „aduersus romanos, quem populum captum a se". — Leid. I.: quem a se captum. — P: haud uana iactantes memorant.

11. *si sit animos Etruscis qui Porsinnae quondam:* P] si sit animus (P m. 2. M) Etr. qui Porsennae quondam. — M: qui psinnae quondam. Cf. 6, 40. 9, 11. — P: fuerint.

14. *Samnitem illis exercitum paratum instructum armis stipendio uenisse confestim*

ercitum paratum instructum armis stipendio venisse, con-stim secuturos vel si ad ipsam Romanam urbem oppug-dam ducant.

XVII. Haec eos in Etruria iactantes molientesque b-lum domi Romanum urebat. nam P. Decius, ubi comp per exploratores profectum Samnitium exercitum, advoca consilio „quid per agros“ inquit „vagamur vicatim circu ferentes bellum? quin urbes et moenia adgredimur? null iam exercitus Samnio praesidet: cessere finibus ac sibim ipsi exilium conscivere“. adprobantibus cunctis ad Murga-tiam validam urbem oppugnandam ducit, tantusque ardo militum fuit et caritate ducis et spe maioris quam ex agre-stibus populationibus praedae, ut uno die vi atque armi urbem caperent: ibi duo milia Samnitium et centum pu-gnantes circumventi captique, et alia praeda ingens capta est: quae ne inpedimentis gravibus agmen oneraret, convo-cari milites Decius iubet: „hacine“ inquit „victoria sola

secuturos cet.: M. — Voss. II. al.: et samnitem illis exercitum paratum instructumque armis cet. — P m. 1.: uenisse confestim. m. 2.: „uenisse & confestim secuturos“: omisso *et* orationem fortiorem fieri nemo non videt. Cod. Gärtn.: ut confestim.

6. *aduocato consilio* („Kriegsrath“): P m. 1. M Leid. I. Voss. II. al. — P m. 2. al.: concilio. — P m. 1.: imquid. M: inquid. P m. 2.: inquit.

9. *cessere finibus ac sibimet ipsi exilium consciuere:* PM. — Lov. 4.: cesserunt finibus ac sibimet ipsis exilium consciuerunt. Cf. 10, 11.: venerunt.

10. *adprobantibus cunctis ad Murgantiam ualidam urbem oppugnandam ducit:* P. — M: ad murgantiam ualidam ducit tantusq. ardor cet. — P m. 1.: tantusque ordor. — M m. 1.: praede | & uno die. m. 2.: ut uno die.

14. *ibi duo mil Samnitium et centum pugnantes circumuenti captique:* PM. — Pall. 1. 3. Voss. II.: circumuecti. — I. Fr. Gron. *capta est* inducta voluit. cf. 9, 44.: capta. 6, 1.: urbem.

16. *quae ne impedimentis grauibus agmen oneraret:* P. — M m. 1.: quae inpedmentis grauibus. m. 3.: inpedimentis.

17. *hacine inquit uictoria:* PM] haccine cet. Cf. 6, 17.: hocine patiendum fuisse. — M m. 1.: uictoria solam aut hac | prae-

aut hac praeda contenti estis futuri? vultis vos pro virtute spes gerere: omnes Samnitium urbes fortunaeque in urbibus relictae vestrae sunt, quando legiones eorum tot proeliis fusas postremo finibus expulistis: vendite ista et inlicite lucro mercatorem ut sequatur agmen: ego subinde suggeram quae vendatis: ad Romuleam urbem hinc eamus, ubi vos labor haud maior praeda maior manet". divendita praeda ultro adhortantes imperatorem ad Romuleam pergunt: ibi quoque sine opere sine tormentis, simul admota sunt signa, nulla vi deterriti a muris qua cuique proximum fuit scalis raptim admotis in moenia evasere: captum oppidum ac direptum est: ad duo milia et trecenti occisi et sex milia hominum capta: et miles ingenti praeda potitus, quam vendere sic ut priorem coactus Ferentinum inde, quamquam nihil quietis dabatur, tamen summa alacritate ductus. ceterum ibi plus laboris ac periculi fuit: et defensa summa

dam contenti estis futuri. m. 2.: sola — praeda. — P: hac praeda con|tiestis futuri. — *Vultis*: „*wenn* ihr wollt".

3. *quando legiones eorum tot proeliis fusas postremo finibus expulistis:* M. — P: qnd legiones cet. — P: uendite ista et inlicite lucro mercatorem ut sequatur agmen. M m. 1.: et inlicitae lucro mercatore cet. m. 4.: mercatorē. Recc. duo codd.: et inlicite lucro mercatores ut sequantur agmen. — Paulo post M: „ubi uos labor haud maior praeda ultro adhor|tantes imperatorem" cet. quae exciderant margini m. 2. ita adscripta sunt: „maior manet. duiēdita p̄da".

7. *diuendita praeda:* P m. 2. — P m. 1.: diuedita. Cf. 1, 53. — Paulo post P m. 2. M: nulla ui deterriti a muris. P m. 1. mures. — P m. 2. M m. 3.: in moenia euasere. P m. 1.: euassere. M m. 1.: „in moenie|uasere": e=ae. Leid. I. Voss. II.: in moenia uasere. — M: captum oppidum addireptum ē.

12. *ad duo mil̄ & CCC occisi et VI mil̄ hominum capta:* M m. 2. P. — M m. 1.: et VII mil̄ hominum. — In Leid. I. Voss. II. Lov. 4. multisque aliis codd. excidit *et* ante *trecenti*. cf. ex. gr. 3, 5.: „duo milia *et* quadringentos caesos". de particula *ad* 3, 15.: ad duo milia hominum et quingenti. — Paulo post P m. 1.: coactos. — M: quamquam nihil quietis dabant^{2}. m. 2.: dabat^{2}.

16. *et defensa summa ui moenia sunt et* cet.: PM. — Cod.

vi moenia sunt et locus erat munimento naturaque tutus: sed evicit omnia adsuetus praedae miles: ad tria milia hostium circa muros caesa, praeda militis fuit. huius oppugnatarum urbium decoris pars maior in quibusdam annalibus ad Maximum trahitur: Murgantiam ab Decio, a Fabio Ferentinum Romuleamque oppugnatas tradunt: sunt qui novorum consulum hanc gloriam faciant, quidam non amborum sed alterius — L. Volumnii, ei Samnium provinciam evenisse.

XVIII. Dum ea in Samnio — cuiuscumque ductu auspicioque — gererentur, Romanis in Etruria interim bellum ingens multis ex gentibus concitur, cuius auctor Gellius Egnatius ex Samnitibus erat: Tusci fere omnes conscive-

Sig. al.: nam et defensa. — P m. 1.: 'sed euit omnia. P m. 2.: sed euicit omnia adsuetus praedae mili | tes. M: adsuetus praedae miles. Cf. 5, 48.: quorum intolerantissima gens humorique ac frigori adsueta cet. 38, 17.: Romanis Gallici tumultus adsuetis. 24, 5.: iam inde a puero in omnia familiaria iura adsuetum (Put.). 21, 33.: peruersis rupibus iuxta invia ac devia adsueti decurrunt. al.

2. *ad III mil hostium circa muros caesa praeda militis fuit:* PM. — Drak. codd.: praeda militum fuit. Cf. paulo ante „mercatorem". — Deinde M: murcantiam. — Leid. I.: oppugnandas tradunt. — PM rell.: sed alterius *P.* Volumnii. Cf. 10, 16. — P m. 1.: p̄. uolūnii. ei samnitium prouinciam euenisse. m. 2.: samnium. Cf. 10, 15.: in Samnium. — M: prouintiam. Lov. 4.: ei prouinciam samnitium euenisse.

10. *dum ea in Samnio cuiuscumque ductu auspicioque gererentur:* PM rell.] cum ea cet. (I. Fr. Gron.). Cf. 1, 40. 2, 47. 21, 43. 23, 10. 29, 23. al. quibus locis omnibus *dum* („während") cum coniunct. imperfecti in optimis quibusque codd. coniunctum legitur. — Dein restituimus *interim bellum ingens multis ex gentibus concitur* ex PM Leid. I. Lov. 4. *Iterum*, quod in Pall. Voss. al. reperitur, ab I. Fr. Gronovio scriptum h. l. erat. *interim* respondet particulae *dum:* „*während* jenes in Samnium geschah, *da* bricht in Etrurien ein furchtbarer Krieg aus". — P Leid. I.: romanis in etruriā. M m. 1.: concit. m. 2.: concit^{2}. — P m. 1.: consciuerat. P m. 2. M: consciuerant.

rant bellum, traxerat contagio proximos Umbriae populos, et Gallica auxilia mercede sollicitabantur: omnis ea multitudo ad castra Samnitium conveniebat. qui tumultus repens postquam est Romam perlatus, cum iam L. Volumnius consul cum legione secunda ac tertia sociorumque milibus quindecim profectus in Samnium esset, Ap. Claudium primo quoque tempore in Etruriam ire placuit: duae Romanae legiones secutae prima et quarta et sociorum duodecim milia: castra haud procul ab hoste posita. ceterum eo magis profectum est quod mature ventum erat, ut quosdam spectantes iam arma Etruriae populos metus Romani nominis conprimeret, quam quod ductu consulis quicquam ibi satis scite aut fortunate gestum sit: multa proelia locis et temporibus iniquis commissa spesque in dies graviorem hostem faciebat, et iam prope erat ut nec duci milites nec militibus dux satis fideret. litteras ad collegam accersendum ex Sa-

3. *qui tumultus repens postquam est Romam perlatus:* M m. 2.] qui tumultus repens postquam Romam est perlatus. — P Leid. I. al.: qui tumultus repens postquam romam perlatus. P m. 2.: „platus ē“: i. e. perlatus est. — M m. 1.: „ad castra samnitium conueniebat ad castra qui tumultus repens postquam est formā ꝑlatus cum iam l. uolumnius coš“. Altero loco *ad castra* m. 4. inductum est.

5. *cum legione II ac III sociorumque milibus XV:* PM (Leid. I. Voss. II. rell.)] cum legionibus secunda ac tertia cet. (ed. Frob. 1535.). — P: in etruria ire placuit. — P: duae romanae legiones secutę. I et. IIII. et sociorū XII mił. M (Leid. I. Lov. 4.): secutae. *l.* et IIII & sotiorum XII mił.

9. *ceterum eo magis profectum est:* M al.] ceterum magis eo profectum est. „Übrigens wurde dadurch mehr gewonnen, dass man von Rom aus nicht gesäumt hatte“ u. s. w. — P: ceterum magis eo profectus est quod maturaeuentū erat. M: quod maturiaeuentū erat. — M: etruriae populos metus | romani conprimeret quam quod ductu coš. quicquam ibi satis site aut cet. P: quam quod dictu coš. quicquam cet. — M m. 1.: ne militibus dux. m. 3.: nec militibus.

16. *ad collegam accersendum:* PM Leid. I. Lov. 4. al.] ad collegam arcessendum. Cf. 7, 32.: ad accersenda adversus

mnio missas in trinis annalibus invenio: piget tamen incertum ponere, cum ea ipsa inter consules populi Romani iam iterum eodem honore fungentis discrepatio fuerit — Appio abnuenti missas, Volumnio adfirmante Appi se litteris accitum. Iam Volumnius in Samnio tria castella ceperat, in quibus ad tria milia hostium caesa erant, dimidium fere eius captum, et Lucanorum seditiones a plebeis et egentibus du-

se auxilia. 9, 9. al. — Voss. 1. al.: accersiendum. cf. 3, 45.: arcessiri. — P m. 1.: missam. m. 2.: missas.

1. *piget tamen incertum ponere:* PM rell.] piget tamen ut certum ponere. — Trinis annalibus ait Livius Volumnium litteris collegae accersitum esse tradi, sed se rem incertam pro certa ponere nolle, cum consules ipsi de hac re inter se discrepuerint. *pro certo* igitur h. l. a scriptore omissum est ut quod facillime suppleretur, quem ad modum 26, 49. etiam brevius ab eodem scriptum est „quantus numerus fuerit *piget scribere*". sed cum 23, 6. „ponere pro certo", 27, 1. „pro certo adfirmare" legeretur, etiam supra „*ut certum ponere*" scribi L. Walchius voluit: quod quamquam per se loci rationi non adversatur, tamen *incertum* fortius exprimit, utrum sua sponte Volumnius venerit an collegae litteris accersitus, evinci non posse. Sed iam Crevierus „piget tamen *certum* ponere" scribendum coniecerat. — PM: „cum ea ipsa inter coss̄. pir̄. (P: conss̄. pr.) iam iterum eodem honore fungentis discrepatio fuerit. M m. 1.: discepatio". Media verba *iam iterum e. h. fungentis* scripta sunt, quo difficilius eius rei iudicium videretur. cum consules illi tanta dignitate visi essent ut eis etiam iterum resp. administranda permitteretur.

3. *Appio abnuenti:* M] Appio abnuente. Cf. 6, 14.: differentique et — dicenti. al. — PM: uolumnio adfirmante *appi* se litteris accitum.

6. *ad tria mil̄ hostium caesa erant dimidium fere eius* („davon") *captum:* PM.

7. *et Lucanorum seditiones a plebeis et egentibus ducibus ortas summa optumatium uoluntate per Q. Fabium pcoꝰ. missum eo cum uetere exercitu conpresserat:* M] et Lucanorum seditiones a plebeiis et egentibus ducibus ortas summa optimatium voluntate per Q. Fabium proconsulem missum eo cum vetere exercitu compresserat. — P: a plebei sed egentibus ducibus ortas summa optumatium (cf. 10, 7.

cibus ortas summa optumatium voluntate per Q. Fabium pro consule missum eo cum vetere exercitu conpresserat: Decio populandos hostium agros relinquit, ipse cum suis copiis in Etruriam ad collegam pergit: quem advenientem laeti omnes accepere: Appium ex conscientia sua credo animum habuisse haud inmerito iratum si nihil scripserat, inliberali et ingrato animo si eguerat ope dissimulantem: vix enim salute mutua reddita cum obviam egressus esset, „satin' salve" inquit „L. Volumni? ut sese in Samnio res habent? quae te causa ut provincia tua excederes induxit?" Volumnius in Samnio res prosperas esse ait, litteris eius acci-

4, 9.) uolentate per q. fabium pcos. amissum locū uetere exercitu conpeserat. — *Pro consule* cum Voss. II. scripsimus, quod loci ratione postulari videbatur. cf. 9, 42.: Q. Fabius pro consule — confligit.

3. *Decio populandos hostium agros relinquit:* PM] Decio depopulandos cet. (et Pall. et Drak. codd. sed in Voss. II. excidit *Decio:*). Cf. 10, 14. 20. — M: quem aduenientem leti oms acceperent. Lov. 4.: acceperunt (cf. 10, 11.: venerunt:). Eodem mendo scriptum erat 9, 14. in M „accìperent se" pro „accipere se".

6. *inliberali et ingrato animo si eguerat ope dissimulantem:* PM. „Was aber den Appius betrifft, so kann ich es nicht für Unrecht halten dass er sich für beleidigt hielt, wenn er sich bewusst war nicht geschrieben zu haben: während es eine unedle und undankbare Gesinnung verriethe, wenn er um Beistand gebeten und es nachher geläugnet hätte". *Dissimulantem* non ad *animum* sed ad *Appium* referendum esse neminem fugerit: verum cum Livius non ita scriberet ut expectandum erat „inliberalem et ingratum, si eguerat ope et id dissimulare volebat", videtur exprimere voluisse, haud multum abesse quin Appium dissimulasse putaret.

8. *satin' salue:* PM] satin salvae. Cf. 6, 34. — Litteris *mni* deceptus librarius codicis M scripsit: „inquit. l. uolu*mniores* habent | quaete causa ut prouintia tua excederes induxit. uolumnius in samniores *habent* | *quae te causa* prosperas esse ait": verba „habent | quae te causa" inducta sunt altero loco. — Pall. 1. 3. al.: ut prouinciam tuam excederes (2, 37. 23, 1. al.).

tum venisse: quae si falsae fuerint nec usus sui sit in Etruriam, extemplo conversis signis abiturum. „tu vero abeas" inquit „neque te quisquam moratur: et enim minime consentaneum est, cum bello tuo forsitan vix sufficias, hic te ad opem ferendam aliis gloriari venisse". bene Hercules verteret, dicere Volumnius: malle frustra operam insumptam, quam quicquam incidisse cur non satis esset Etruriae unus consularis exercitus.

XIX. Digredientes iam consules legati tribunique ex Appiano exercitu circumsistunt: pars imperatorem suum orare ne collegae auxilium, quod acciendum ultro fuerit,

1. *nec usus sui sit in Etruriam:* PM Leid. 1. multique alii codd.] nec usus sui sit in Etruria. — „Und er für Etrurien nicht zu brauchen sei". — M m. 1.: *h*abiturum.

2. *tu uero abeas:* PM. — Leid. 1, Lov. 4. al.: tum uero abeas. Cf. 2, 12.: tu verò abi, inquit cet. — P: forsitam. PM: „hic te ad opem ferendam aliis gloriari uenisse": i. e. hic te gloriari te venisse huc ad opem aliis ferendam.

5. *bene hercules uerteret:* PM: „so sei es denn, in Gottes Namen!" videtur ex eo quod Volumnius paulo ante dixerat supplendum esse „*se vero abiturum*, idque dei bene verterent". haec enim interpretatio verior videtur esse Hensingeriana („das wolle Gott verhüthen"!) qua illa verba eis quae ab Appio modo dicta erant respondeant. Cf. 3, 62.: „postquam ingenti alacritate clamor est sublatus, *quod bene vertat* gesturum se illis morem posteroque die in aciem deducturum adfirmat". 1, 28.: „quod bene vertat": eodemque loco simili dicto „quod bonum faustum felixque sit populo R." 7, 39.: „quod bene verteret, acciri (virum) iusserunt". Caes. bell. civ. 3, 73.: „quod si esset factum detrimentum, in bonum verteret" (scil. virtus militum).

9. *digredientes iam cos.:* M m. 1. P. — M m. 3.: „digredientē iam cos." inde factum est ut in Voss. II. Lov. 4. al. scriberetur „digredientem iam consulem".

11. *ne collegae auxilium quod acciendum ultro fuerit sua sponte oblatum sperneretur:* M al.] ne — sperneret. — *Sperneretur* („man möchte doch nicht zurückweisen") scriptum in P quoque est: *sperneret* propter *collegae* scribendum videbatur. — P

sua sponte oblatum sperneretur: plures abeunti Volumnio obsistere, obtestari ne pravo cum collega certamine rem publicam prodat: si qua clades incidisset, desertori magis quam deserto noxiae fore: eo rem adductam ut omni rei bene aut secus gestae in Etruria decus dedecusque ad L. Volumnium sit delegatum: neminem quaesiturum quae verba Appi sed quae fortuna exercitus fuerit: dimitti ab Appio eum sed a re publica et ab exercitu retineri: experiretur modo voluntatem militum. haec monendo obtestandoque prope restitantes consules in contionem pertraxerunt. ibi orationes lon-

Leid. 1. omnesque prope Drak. codd.: quod accipiendum ultro fuerit.

2. *obsistere obtestari:* M] obsistere atque obtestari (P). — Medicei cod. scripturam altera multo fortiorem esse nemo non videt. — PM: remp̄. prodat. — M: „si qua clades incidisset desertum | magis quam deserto noxe fore eo † adductam“ cet. Post *eo* una littera fuerat. M m. 3. P: eo rē adductam. — Cf. 8, 18.: haud futurum *noxiae* indictum.

4. *omni rei bene aut secus gestae in Etruria decus* cet.: PM rell.] omne rei bene aut secus gestae in Etruria decus cet. (Duo recc. codd. probb. M. A. Mureto I. Fr. Gron.). „So stehe die Sache, dass für jedes den Römern in Etrurien begegnende Glück oder Unglück der Ruhm oder die Schande dem L. Volumnius werde zu Theil werden“. — Cf. 23, 35.: itaque legatis tribunisque praeceperat, ne qua *exprobratio cuiquam* veteris fortunae discordiam inter ordines sereret. 2, 65.: sic prope oneratum est sinistrum *Romanis* cornum. 10, 8.: principes nobilitati vestrae. — M m. 1.: decus dedecusq. l. uolumniū sit delegatum. m. 2.: ad l. uolumniū.

6. *quae uerba Appi* (M) *sed quae fortuna exercitus fuerit:* P. — M: fuerat. Cf. 3, 2.: dederit. — P m. 1.: dimitti appio. P m. 2. M: dimitti ab appio eum sed a rep̄ et ab exercitu retineri.

9. *haec monendo obtestandoque:* M. — P: obstestandoque. — P cod. Gel.: prope restitantes conss̄. in contionem pertraxerunt. M: prope resistantes conss̄. cet. Recc. quidam codd.: prope resistentes consules. Cf. 30, 31.: cum prope manu consertum restitantem ac tergiversantem in Africam adtraxerim, nulla sum tibi verecundia obstrictus. 7, 39. 6, 7.

giores habitae in eandem ferme sententiam in quam inter paucos certatum verbis fuerat. et cum Volumnius causa superior ne infacundus quidem adversus eximiam eloquentiam collegae visus esset, cavillansque Appius sibi acceptum referre diceret debere, quod ex muto atque elingui facundum etiam consulem haberent, priore consulatu primis utique mensibus hiscere eum nequisse, nunc iam popularis orationes serere: „quam mallem“ inquit Volumnius „tu a me strenue facere quam ego abs te scite loqui didicissem“. postremo condicionem ferre quae decretura sit, non orator

1. *in quam inter paucos certatum uerbis fuerat:* PM Leid. 1. cod. Klock. al. Antea legati tribunique altercantes inter se consules audiverant, non militum turba: iam eo ventum erat ut in contione ipsa longiores haberentur orationes militum corona utriusque exercitus circumstante. Quae huius loci interpretatio cum librarios quosdam prorsus fugeret, non in Sig. codice modo sed etiam in Voss. 1. al. scriptum est: „in quam paucis ante certatum uerbis fuerat“.

4. *cauillansque Appius sibi acceptum referre diceret debere quod ex muto atque elingui facundum etiam coš.* (M: cošš.) *haberent:* PM al.: „und Appius sich spöttisch äusserte, sie müssten es ihm Dank wissen, dass sie statt eines stummen jetzt sogar einen beredten Consul hätten“. Non *referri* sed *referre* scriptum est, ut ex *haberent* suppleretur *milites*. Cf. 5, 22.: et quod rettulere secum praedae nec duci — nec senatui sed Licinia familiae — acceptum referebant: „für die ihnen gelassene Beute dankten sie weder dem Feldherrn noch dem Senate“. — P: priorem consulatu. — PM: nunc iam popular*is* orationes serere.

8. *quam mallem inquit Volumnius tu a me strenue facere quam ego abs te scite loqui didicissem:* PM: nisi quod in P m. 1. „didicessem“ scriptum erat, et in M m. 1. „scit eloqui“. M m. 3.: scite eloqui.

10. *postremo conditionem ferre:* M. — P: protremo conditione fere. m. 2.: condicione. „Zuletzt machte er ihm einen Vorschlag, der entscheiden sollte, wer von ihnen beiden nicht der bessere Redner sondern der bessere Feldherr wäre“. — PM: neque enim id desiderare remp. — M: prouintias esse. — P m. 1.: suo exercitu uel in etruria cet. m. 2.: se uel.

— neque enim id desiderare rem publicam — sed imperator uter sit melior: Etruriam et Samnium provincias esse, utram mallet eligeret: suo exercitu se vel in Etruria vel in Samnio rem gesturum. tum militum clamor ortus ut simul ambo bellum Etruscum susciperent. quo animadverso consensu Volumnius „quoniam in collegae voluntate interpretanda“ inquit „erravi, non committam ut quid vos velitis obscurum sit: manere an abire me velitis, clamore significate“. tum vero tantus est clamor exortus ut hostes e castris exciret: armis arreptis in aciem descendunt. et Volumnius signa canere ac vexilla efferri castris iussit. Appium addubitasse ferunt cernentem seu pugnante seu quieto se fore collegae victoriam: deinde veritum, ne suae quoque legiones Volumnium sequerentur, et ipsum flagitantibus suis signum dedisse. ab neutra parte satis commode instructi fuerunt: nam et Samnitium dux Gellius Egnatius pabulatum cum cohortibus paucis ierat suoque impetu magis milites quam cuiusquam ductu aut imperio pugnam capessebant, et Romani exercitus nec pariter ambo ducti nec satis temporis ad instruendum fuit: prius concurrit Volumnius quam Appius ad hostem perveniret: itaque fronte inaequali concursum est, et velut forte quadam mutante adsuetos in-

6. *qm̃ in collegae uoluntate interpretanda inquit erraui:* P m. 2. M. — P m. 1.: interpraetanda inquid. — Paulo post PM Leid. I.: armis arreptis in acie descendunt.

10. *et Volumnius signa canere ac uexilla efferri castris iussit:* M] et Volumnius — efferri e castris iussit (P). — *E* videtur ab eis adscriptum esse, quibus non *efferri* sed *efferre* propter *canere* placebat: (sic 10, 16. P: sib*i e:*). cf. 27, 2.: „nec detractavit Hannibal, ut signa *portis* efferri vidit“ (Put.). — Paulo post P: seu pugnan*tem* seu quieto se fore collegae uictoriam deinde ue*li*tum ne cet.

22. *et uelut forte quadam mutante adsuetos inter se hostes:* M: „gleich als ob der Zufall es so wollte“. — P: et ut forte quadam cet. Dukerus „et velut *sorte* quadam mutante“ scribi maluit ut 6, 21., quod parum recte *velut* cum *forte* coniungeretur: sed iam Drakenb. similem locum 5, 13. „veluti forte

ter se hostes Etrusci Volumnio, Samnites — — parumper cu- ctati quia dux aberat — Appio occurrere. dicitur Appius medio pugnae discrimine ita ut inter prima signa manibus ad caelum sublatis conspiceretur, ita precatus esse „Bel- lona, si hodie nobis victoriam duis, ast ego tibi templum voveo". haec precatus velut instigante dea et ipse collegae et exercitus virtutem aequavit ducis: imperatoria opera ex-

oblati" laudavit. — P m. 1.: samnites cunctanti. m. 2.: samnites parumper cunctati. — P: occurrere. Lov. 4.: occurrerunt. cf. 9, 11.: venerunt.

4. *bellona si hodie nobis uictoriam duis ast ego tibi templum uoueo :* P] Bellona — ast ego templum tibi voveo (cod. Gel.). — M: bellona si hodie nobis uictoriam duis ast ego templum uoueo. haec praecatus cet. — Leid. I. Voss. II. al.: uictoriam des. Lov. 4.: das. Cod. Klock. omnesque prope recc. codd. Drak.: dederis. Cf. Cic. or. Catil. 1, 9. 22.: utinam tibi istam mentem di inmortales duint. — Quem ad modum h. l. *ast*, sic saepe *at* cum pronominibus in apodosi eius orationis condicionalis ad vim sententiarum augendam apud Livium posita videmus. cf. 9, 1.: „quod si nihil — iuris humani relinquitur inopi, *at ego* ad deos confugiam" „nun so werde ich meine Zuflucht zu den Göttern nehmen". 1, 41.: si tua re subita consilia torpent, *at tu* mea consilia sequere. al. — Cod. Klock. Voss. II. Lov. 1 multique alii codd.: „ego tibi templum uoueo". cf. 1, 12.: hic *ego tibi* templum Statori Iovi — voveo.

6. *et ipse collegae et exercitus uirtutem aequauit ducis imperatoria opera exsecuntur* cet.: PM (Leid. I. cod. Thuan. Pall. 1. 3. al.)] et ipse collegae et exercitus virtutem aequavit. duces imperatoria opera exsequuntur cet. — Priore loco *ducis* deesse non potest: altero tamen loco *duces* vel *ipsi* facillime suppletur, utpote quod id quod priore loco dictum erat, diligentius explicetur: „nachdem er so gebetet, da ging er selbst — als ob die Göttin sie begeistre — so muthig ans Werk, dass er seinem Amtsgenossen keineswegs nachstand, und das Heer zeigte sich seines Führers würdig: wo die Aufmerksamkeit und Thätigkeit des Feldherrn in Anspruch genommen wird, da sind sie an ihrer Stelle, und die Soldaten ringen darnach, dass nicht dem andern Heere der Sieg früher zu Theil werde".

secuntur, et milites, ne ab altera parte prius victoria incipiat, adnituntur: ergo fundunt fugantque hostes maiorem molem haud facile sustinentes quam cum qua manus conserere adsueti fuerant. urgendo cedentes insequendoque effusos conpulere ad castra: ibi interventu Gellii cohortiumque Sabellarum paulisper recruduit pugna: is quoque mox fusis iam a victoribus castra oppugnabantur, et cum Volumnius ipse portae signa inferret, Appius Bellonam victricem identidem celebrans accenderet militum animos, per vallum per fossas inruperunt. castra capta direptaque, praeda ingens parta et militi concessa est: septem milia ac trecenti hostium occisi, duo milia et centum viginti capti.

2. *ergo fundunt fugantque hostes:* M m. 4. P. — M m. 1.: fundunt fugāque. — P m. 1.: „maiorem molem aut facile sustinentes": dein *haut.* — P m. 1.: arg*u*endo cedentes. — P m. 2. M: ibi interuentu gellii cohortiumque sabellarum paulisper recruduit pugna. Leid. I. Voss. II. Lov. 4.: cohortumque. P m. 1.: saballarum. Cf. 8, 1.

6. *is quoque mox fusis iam a uictoribus castra obpugnabantur:* P m. 1.] iis quoque cet. (P m. 2.). — M m. 1.: his quoque mox fusis iam ausiatorib. iam pugnatorib. castra oppugnabantur. m. 3. *s* in *ausiatorib.* inducto *li* suprascriptum est. Cf. 2, 7.: fieri. Leid. I.: iam ausiatoribus. Pall. 1. 3. Voss. II. Lov. 4. al.: iam auxiliatoribus. Alii recc. codd.: iam ab auxiliatoribus. — Paulo post scriptum est m. 1. in PM et in Leid. I. al. „*accenderant*", m. 2. in PM et in Voss. II. Lov. 4. al. „accender*at*" (10, 25.). sed quamquam „Appius Bellonam victricem identidem celebrans accenderat militum animos", parenthesi quadam reliquae orationi interposita videri possunt, tamen mihi quidem et elegantiora et concinniora videntur omnia, si una et continua serie excipiantur. — P m. 1.: per fo*s*as inruperunt.

11. *VII* acccc. *hostiū occisi duo mil et centum uiginti capti:* M. — P Leid. I.: VII acce hostium occisi duo milia et centum uiginti capti. Cod. Klock. al.: septem milia ac cc hostium occisi. Voss. II.: VII milia cccc hostium occisi. Lov. 4.: septem milia & ccc hostium occisi. — Quamquam videri potest aeque hoc loco ac 10, 15. scribendum esse secundum Medic. „septem milia *nongenti* hostium occisi", tamen in recepta scriptura nihil mu-

XX. Dum ambo consules omnisque Romana vis in Etruscum bellum magis inclinat, in Samnio novi exercitus exorti ad populandos imperii Romani fines per Vescinos in Campaniam Falernumque agrum transcendunt ingentesque praedas faciunt. Volumnium magnis itineribus in Samnium redeuntem — iam enim Fabio Decioque prorogati imperii finis aderat — fama de Samnitium exercitu populationibusque Campani agri ad tuendos socios convertit. ut in Calenum agrum venit, et ipse cernit recentia cladis vestigia et Caleni narrant tantum iam praedae hostis trahere ut vix explicare agmen possint, itaque iam propalam duces loqui extemplo eundum in Samnium esse ut relicta ibi praeda in expeditionem redeant nec tam oneratum agmen dimicationi committant. ea quamquam similia veris erant, certius tamen exploranda ratus dimittit equites qui vagos praedatores in agris palantes excipiant: ex quibus inquirendo cognoscit ad Vulturnum flumen sedere hostem, inde tertia vigi-

tavimus, non modo quod multis similibus locis ita scriptum legitur, sed etiam quod hoc altero loco postpositum verbum „occis*i*“ melius cum particula *ac* vel *et* coniungendum videbatur: 10, 14. 17.

3. *ad populandos imperii romani fines:* M] ad depopulandos cet. Eodem pravo emendandi studio, quo hoc loco in omnibus Drakenb. codd. *depopulandos*, paulo post in eisdem et in Pall. 1. 3. *depopulationibusque* scriptum est. cf. 10, 18. — P: ad populandos imperii fines. — Paulo ante scriptum est in PM „*ambo cons̄.*“, et in P m. 2. M „in samnio noui exercitus“, cum manum 1. in P *noui* fugisset.

3. *per Vescinos:* ex coni. Sig. — Codd.: per uestinos. Cf. 10, 21. 8, 29. — P: p̱ uestinos in campania falernumque agrum cet. — M m. 1.: praeda faciunt. m. 4.: praedas.

8. *ut in Calenum agrum uenit:* M. — P: ut in calenum uenit. — Paulo post PM: hos*tis* trahere. — Pall. al.: ut uix explicari agmen possit. — M: „nec tam oneratum agmen dimicationib. cōmittant“ i. e. dimicationibus. cf. Cic. or. pro Arch. 6, 14.

15. *dimittit equites qui uagos praedatores in agris palantes excipiant;* P cod. Sig. — M: qui uagos praedatores in agros palantes incipi|ant. Codd. Drakenb.: in agros.

17. *inde tertia uigilia motu-*

ria moturum, iter in Samnium esse. his satis exploratis profectus tanto intervallo ab hostibus consedit, ut nec adventus suus propinquitate nimia nosci posset et egredientem e castris hostem opprimeret. aliquanto ante lucem ad castra accessit gnarosque Oscae linguae exploratum quid agatur mittit. intermixti hostibus — quod facile erat in nocturna trepidatione — cognoscunt infrequentia armatis signa egressa, praedam praedaeque custodes exire, inmobile agmen et sua quemque molientem nullo inter alios consensu nec satis certo imperio. tempus adgrediendi aptissimum visum est, et iam lux adpetebat: itaque signa canere iussit agmenque hostium adgreditur. Samnites praeda inpediti, infrequentes armati, pars addere gradum ac prae se agere praedam, pars stare incerti utrum progredi an regredi in castra tutius foret, inter cunctationem opprimuntur. et Romani iam transcenderant vallum caedesque ac tumultus erat in castris. Samnitium agmen praeterquam hostili tumultu

rum: P. — M: maturum. Cf. ex. gr. 27, 2.: nocte insequenti Hannibal silentio movit castra.

5. *gnarosque oscae linguae exploratum quid agatur mittit:* P. — M: gnarosque hoscae linguae cet. Voss. II. al.: gnarosque hosce linguae cet.

7. *cognoscunt:* M. — P: cognoscant infrequentia armatis signa egressa: „bringen in Erfahrung dass die Fahnen nur von wenigen Bewaffneten begleitet ausgerückt seien". — M: infrequentia armatis signae gressae. m. 2.: gressa.

8. *inmobile agmen:* PM codd. Klock Sig. al.] ignobile agmen (Pall. 1. 3. Leid. I. al.). „Ein schwerfälliger Haufe, wo jeder nur das Seine fortzuschaffen suche, ohne dass sich der Eine um den Anderen bekümmere noch der sicheren Leitung eines Anführers folge". Cf. 10, 25. — M: et sua quēquē molientē nollo inter alios consensu. m. 2.: nullo.

11. *et iam lux adpetebat:* P m. 2. M. — P m. 1.: et iam lux adpatebat. Lov. 4. al.: et iam lux apparebat. Cf. 8, 38.: nox iam adpetebat. al.

13. *infrequentes armati* („wenige bewaffnet"): PM. — Verba „ac prae se agere praedam" bis scripta sunt in M, alteroque loco inducta. — P: progredi an regendi in castra. — Paulo post M m. 1.: transcenderat. m. 3.: transcenderāt.

captivorum etiam repentina defectione turbatum erat, qui partim ipsi soluti vinctos solvebant, partim arma in sarcinis deligata rapiebant tumultumque proelio ipso terribiliorem intermixti agmini praebebant: memorandum deinde edidere facinus, nam Staium Minacium ducem adeuntem ordines hortantemque invadunt, dissipatis inde equitibus qui cum eo aderant ipsum circumsistunt insidentemque equo captum ad consulem Romanum rapiunt: revocata eo tumultu prima signa Samnitium proeliumque iam profligatum integratum est, nec diutius sustineri potuit: caesa ad sex milia hominum, duo milia et quingenti capti, in eis tribuni militum quattuor, signa militaria triginta, et, quod laetissimum victoribus fuit, captivorum recepta septem milia et quadringenti, praeda ingens sociorum: accitique edicto domini ad res suas noscendas recipiendasque: praestituta die quarum rerum non extitit dominus militi concessae, coactique vendere praedam ne alibi quam in armis animum haberent.

XXI. Magnum ea populatio Campani agri tumultum Romae praebuerat: et per eos forte dies ex Etruria adla-

1. *captiuorum etiam repentina defectione:* PM: „auch noch dadurch dass sich die Gefangenen plötzlich frei zu machen wussten". Leid. I. Voss. II. Lov. 4.: refectione. — M m. 2. P: tumultumque proelio ipso terribiliorem intermixti agmini praebebant. — M m. 1.: agmine. — P cod. Klock. Pall. al.: nam Staium Minatium. M: nam sta | iam mi- t natium. m. 4.: nam sta|iam. Dukerus Tac. Ann. 4, 27. „Staius tribunus" laudavit, alii alia. — Leid. I. Lov. 4. cod. Sig. al.: statium minatium. Cf. 9, 44.: et imperator Samnitium Statius Gellius. — M m. 1.: equitibus qui cum eo aderat. m. 2.: aderāt. — P: insidientēq. equo captum ad consš. rapiunt. M: ad coss̄.

9. *proeliumque iam profligatum integratum est:* M. — P: proeliumque integratum est. — PM: nec diutius sustineri potuit („ohne dass").

10. *caesa ad VI mil. hominum duo mil et quingenti capti in eis tr. mil IIII.:* PM. Cf. 8, 8. — P: captiuorum recepta septem mil & cccc. M: captiuorum recepta VII mil & cccc preda ingens sotiorum. — Paulo post M: concaesse. — PM: coacti*que:* („aber": 6, 4.). Voss. II. al.: coacti.

tum erat, post deductum inde Volumnianum exercitum Etruriam concitam in arma et Gellium Egnatium Samnitium du-

1. *post deductum inde Volumnianum exercitum Etruriam concitam in arma et Gellium Egnatium Samnitium ducem et Umbros ad defectionem uocari et Gallos pretio* (M: praetio) *ingenti sollicitari:* PM al.] — vocare et — sollicitare (I. Fr. Gron.). — Gronovius *vocare* et *sollicitare* scribi voluit, quod illi non tum demum ad defectionem et ad arma vocari potuissent, cum iam 10, 18. Egnatium Gellium inter Tuscos versari Umbrosque contagione Tusci belli ad arma vocatos et Gallos mercede sollicitatos fuisse legeremus. verum eodem loco legimus, cum Volumnius ex Samnio Appio Claudio auxilio venisset, ingenti proelio et Tuscos et Samnites fugatos esse cohortesque Samnitium victoribus Romanis cessisse, nec tamen ita subactos esse Etruscos ut pacem peterent. cum igitur novi belli in Samnio exorti nuntius in Etruriam allatus esset, Volumnianoque exercitu deducto Appius Claudius non magni momenti videretur, et omnem Etruriam summo bellandi ardore flagrare audimus Gelliumque Egnatium, qui ex fuga cum exercitus sui reliquiis reverterat, et Umbros, qui adverso proelio territi ad suos redierant, de integro ad defectionem vocari et Gallorum nova auxilia magno pretio acciri. Homines doctos igitur ut antiquam scripturam mutatam vellent, id permoverit, quod altero loco particip. *concitam* altero infinitivos *vocari sollicitari* viderent, quo scribendi genere simplicitatem orationis tolli oporteret, praesertim cum eadem res etiam Palatinorum 1. 3. Voss. II. al. librariis persuaserit ut non *concitam* sed *concitari* scriberent. verum Livium non modo persaepe ita orationem variare videmus, sed idem etiam *concitam* longe alio spectare voluit quam quo *concitari*. non enim ut 10, 18. Etruscos ab Gellio aut ab alio quoquam ab bellum vocatos esse dicere vult, sed sua sponte arma cepisse, quod ignominiam dedecusque priore bello acceptum aequo animo ferre non potuissent. denique cum Umbri ad societatem belli vocabantur Gallorumque auxilia acciebantur, Tuscorum exercitus Samnitiumque ad bellandum iam instructus paratusque stetit. „Erhoben habe sich von neuem zum Kriege nach dem Abzuge des Volumn. Heeres Etrurien und der Samniten Feldherr Gellius Egnatius, und aufgerufen zum Abfalle würden die

cem, et Umbros ad defectionem vocari et Gallos pretio ingenti sollicitari. his nuntiis senatus conterritus iustitium indici, dilectum omnis generis hominum haberi iussit: nec ingenui modo aut iuniores sacramento adacti sed seniorum etiam cohortes factae libertinique centuriati: et defendendae urbis consilia agitabantur summaeque rerum praetor P. Sempronius praeerat. ceterum parte curae exonerarunt senatum L. Volumnii consulis litterae, quibus caesos fusosque populatores Campaniae cognitum est: itaque et supplicationes ob rem bene gestam consulis nomine decernunt: iustitium remittitur quod fuerat dies decem octo, supplicatioque perlaeta fuit. tum de praesidio regionis depopulatae ab Samnitibus agitari coeptum: itaque placuit ut duae coloniae circa Vescinum et Falernum agrum deducerentur, una ad ostium Liris fluvii quae Menturnae appellata, altera in saltu Vescino Falernum contingente agrum, ubi Sinope dicitur Graeca

Umbrer und die Gallier durch ungeheure Versprechungen herangezogen".

3. *dilectum omnis generis hominum haberi:* PM Leid. I. cod. Klock.] delectum cet. — PM: adacti. Leid. I.: adactis. Voss. II. Lov. 4.: adacti sunt. — P m. 1.: libertini centuriati. P m. 2. M: libertinique.

5. *et defendendae urbis consilia agitabantur:* M m. 3. — M m. 1.: et defende urbis. — P: ad defendendae urbis. Cf. 10, 17.: P „captum oppidum *ac* direptum est": M „captum oppidum ad direptum est". — M: exhonerarunt. — PM: l. uolumnii conš. (P: cošš.) litterae. — Paulo post PM: conš. nomine: „zur Ehre des Consuls".

11. *quod fuerat dies XVIII.:* PM Leid. I. Pall. 1. 3. al. — Cod. Sig. al.: per dies decem et octo. Cf. T. Livi l. XXX. p. LXXV. Sed cf. 10, 18.: *quindecim — duodecim:* al.

13. *ut duae coloniae circa Vescinum et Falernum agrum deducerentur:* ex emend. C. Sigonii. — PM rell.: „*uestinum*", pauloque post „*in saltu uestino*". *Vestinos* non in Campania sed ad superum mare inter Marrucinos et Praetutios sedes habuisse notum est. cf. 10, 20. — M: unā ad hostium liris fluuii. — PM: *Menturnae* (non *Minturnae*). cf. 8, 10. 11. al. — M: alterā in saltu uestino falernum contingentem agrum cet. P: contingentē. — P: sinuesa.

urbs fuisse, Sinuessa deinde ab colonis Romanis appellata: tribunis plebis negotium datum est ut plebei scito iuberetur P. Sempronius praetor triumviros in ea loca colonis deducendis creare: nec qui nomina darent facile inveniebantur, quia in stationem se prope perpetuam infestae regionis non in agros mitti rebantur. Avertit ab eis curis senatum Etruriae ingravescens bellum et crebrae litterae Appii monentis ne regionis eius motum neglegerent: quattuor gentes conferre arma Etruscos Samnites Umbros Gallos: iam castra bifariam facta esse, quia unus locus capere tantam multitudinem non possit. ob haec et — iam adpetebat tempus —

2. *tr: pl. negotium datum est ut plebei scito iuberetur P. Sempronius pt.:* M] tribunis plebis negotium datum est ut plebiscito cet. — P: „tr. pl. negotium datum est ut plebei stito iuberetur p sempronius pr." Multi recc. codd.: plebi scito. Cf. 7, 42.: aliis plebiscitis cautum. 27,6. al. — PM: creare. Leid. I. Lov. 4.: crearet. Voss. II. al.: ut P. Sempronius — crearet. Cf. T. Livi l. xxx. p. CII. 4.

4. *nec* („aber.") *qui nomina darent facile inueniebantur:* PM. — P: in statione se prope perpetuam. — M: non in agros mitte | rebantur, m. 2.: mitte | bantur.

6. *auertit ab eis curis senatum:* PM. — Multi recc. codd.: auertit ab eis senatum curis. — M m. 4. P Leid. I.: ne regionis eius motum neglegerent. M m. 1.: neclegerent. — PM: IIII gentes conferre arma. — P: umbros callos. — PM: bifariam. Voss. II. al.: bifaria. Cf. 3, 63.: „gemina victoria duobus bifariam proeliis parta". 41, 19. tamen in cod. Laurish. non *bifariam* scriptum est sed „bifarias diuidunt copias". 25, 32.: optimum igitur rati diuisis bifariam copiis totius simul hispaniae amplecti bellum (Pat.). al. — PM: „quia unus locus capere tantam multitudinem non possit". Voss. I. et multi recc. codd.: „non posset". Eadem ratione scriptum paulo post est in Voss. II. Lov. 4. al.: „qui haud dubie tum primus omnium ductor *haberetur*" pro *habeatur.*

11. *ob haec et iam appetebat tempus comitiorum causa L. Volumnius cos. Romam reuocatus:* PM cod. Gel. al. — Pall. 1. 3. al.: ob haec, etiam apparebat tempus comitiorum, et L. Volumnius cet. (cf. 10, 20.: et iam lux adpetebat:). sed in Leid. I. cod. Klock. Lov. 4. *causa* omissum non est.

comitiorum causa L. Volumnius consul Romam revocatus qui priusquam ad suffragium centurias vocaret, in contionem advocato populo multa de magnitudine belli Etrusci disseruit: iam tum cum ipse ibi cum collega rem pariter gesserit, fuisse tantum bellum ut nec duce uno nec exercitu geri potuerit, accessisse post ea dici Umbros et ingentem exercitum Gallorum: adversus quattuor populos duces consules illo die deligi meminissent: se, nisi confideret eum consensu populi Romani consulem declaratum iri qui haud dubie tum primus omnium ductor habeatur, dictatorem fuisse extemplo dicturum.

XXII. Nemini dubium erat quin Fabius quintum omnium

4. *iam tum cum ipse ibi cum collega rem pariter gesserit:* P m. 2. M. — P m. 1.: iam tum cum ipse ibi collega rem cet. — PM: „nec duce uno nec exercitu“: i. e. nec uno duce nec exercitu uno. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: accessisseque postea. Leid. I.: accessisset.

7. *aduersus quattuor populos duces consules* (P: coš.) *illo die deligi meminissent:* PM Leid. I. cod. Klock. Voss. II. al. „Sie sollten nicht vergessen dass man Consuln zu wählen haben die vier Völkern als Feldherren gegenüber stehen würden“. Cod. Sig.: aduersus *quattuor* populos *duos* consules illo die deligi cet. — P: nisi confideret eum consensu p̄r̄. consulem declaratum iri. M: eum consensu p̄r̄. consulem declaratum firi qui haud dubiae tum primus omnium ductor habeatur. m. 3.: fieri. — P: „qui haud dubie tum primus omnium ductor habeatur conse- su uersa postremo“ cet. quinque versibus praetermissis.

12. *nemini dubium erat quin Fabius quintum omnium consensu destinaretur:* cod. Thuan. Leid. I.] nemini dubium erat quin Q. Fabius omnium consensu destinaretur. — M: quin fabius quintū omniū consensu distinaretur. Lov. 4. al.: „quin Fabius Quintus“: ut 3, 1.: hic erat Fabius Quintus qui unus — superfuerat. — „Keinem war es zweifelhaft dass Fabius einstimmig zum fünften Mal zu dieser Würde gewünscht werde“. Livius non *crearetur* scripsit sed *destinaretur animis*, quod timendum videbatur ut Fabius senex quintum consul creari vellet. Cf. 9, 16.: quin eum parem destinant animis magno Alexandro ducem, si arma — in Europam vertisset. 29, 20.: qui

consensu destinaretur, eumque et praerogativa et primo vocatae omnes centuriae consulem cum L. Volumnio dicebant. Fabii oratio fuit qualis biennio ante, deinde ut vincebatur consensu, versa postremo ad collegam P. Decium poscendum: id senectuti suae adminiculum fore: censura duobusque consulatibus simul gestis expertum se nihil concordi collegio firmius ad rem publicam tuendam esse: novo

enim convenire, quem modo civitas iuvenem admodum recuperandae Hispaniae delegarit ducem, quem recepta ab hostibus Hispania ad inponendum Punico finem creaverit consulem, spe destinaverit Africam subacturum, Hannibalem ex Italia detracturum, repente — ex provincia revocari cet.

1. *eumque et praerogatiua et primo uocatae omnes centuriae consulem cum L. Volumnio dicebant:* „und sowohl die vorvotirende wie auch alle zuerst gerufenen Centurien ernannten ihn mit dem L. Volumnius zum Consul". — M: cumq. et p̄rogatiuae et primo uocatae omnes centuriae consulem cet. Voss. II.: cumque et praerogatiuae eum et primo uocatae cet. Leid. I. al.: cumque praerogatiuae cet. — Quamquam et in M et in rell. codd. *praerogatiuae* scriptum est, tamen ultimam eius vocis litteram ex sequente voce *et* ut sexcentis aliis locis male adiectam emendateque scriptum esse *praerogatiua* arbitror. nam etsi centuria quaeque et iuniorum et seniorum erat (1, 43.), tamen iuniores non una cum senioribus suffragium tulisse aperte dictum 26, 22. est: nec ferri posse *praerogativae* videtur, nisi *praerogativas centurias* idem dicere Livium voluisse putamus quod *primo uocatas*, id quod cum particulis *et et* uteretur vix probari possit. *praerogativa* igitur h. l. scriptum est ut 5, 18.: *praerogativa creant.* cf. 27, 6.: Galeria iuniorum, quae sorte praerogativa erat, Q. Fulvium et Q. Fabium cons. dixerat, eodemque *iure vocatae* inclinassent nisi tribuni pl. — interposuissent. 24, 7. 9.

5. *id senectuti suae adminiculum fore:* PM. — Lov. 4. aliique recc. codd.: senectutis suae. Cf. 6, 1.: ceterum primo quo adminiculo erecta erat, eodem innixa M. Furio principe stetit.

6. *nihil concordi collegio firmius* (P: firmus) *ad remp. tuendam esse:* PM al.] nil concordi collegio cet. — M: nouo imperii sotio. — Leid. I.: tuendam esset.

imperii socio vix iam adsuescere senilem animum posse, cum moribus notis facilius se communicaturum consilia. subscripsit orationi eius consul cum meritis P. Decii laudibus tum quae ex concordia consulum bona quaeque ex discordia mala in administratione rerum militarium evenirent memorando, quam prope ultimum discrimen suis et collegae certaminibus nuper ventum foret, et monendo Decium Fabiumque ut uno animo una mente viverent: esse praeter ea viros natos militiae, factis magnos ad verborum linguaeque certamina rudes, ea ingenia consularia esse: callidos sollertesque iuris atque eloquentiae consultos, qualis App. Claudius esset, urbi ac fori praesides habendos praetoresque ad

2. *subscripsit orationi eius coš. cum meritis P. Decii laudibus tum quae* cet.: P cod. Gel.: „seine Rede unterstützte der Consul theils durch das wohlverdiente Lob, das er dem P. Decius ertheilte, theils dadurch besonders dass er erwähnte, welche Vortheile im Kriege aus der Eintracht der Consuln und welche Nachtheile aus der Zwietracht derselben hervorgingen, wie erst kürzlich noch durch die Feindseligkeiten zwischen ihm und seinem Collegen fast Alles auf dem Spiele gestanden: theils dadurch dass er den Decius und Fabius ermahnte, dass sie eines Herzens und eines Geistes bleiben möchten". — M: cum meritis p̄. decii laudibus cum quae ex concordia consulum cet. Voss. II. omnesque ferme recc. codd.: tum meritis p̄. decii laudibus tum cet. — Recc. quidam codd.: quam prope *ad* ultimum discrimen.

7. *et monendo*: M] admonendo (P rell.). Cf. 10, 21.: litterae Appii monentis ne regionis eius motum neglegerent. 10, 19.: haec monendo obtestandoque. 2, 10. 21, 10. al. — Paulo post cod. Sig. al.: uiros gnaros militiae.

12. *urbi ac fori praesides habendos:* PM Leid. I. al.] urbi ac foro praesides cet. — Non ausim invitis antiquis libris aut *urbi ac foro* aut *urbis ac fori* scribere, cum permulti loci doceant nullum scriptorem magis solitum esse orationem varianda atque mutanda constructione ornare quam Livium. nam per se utrumque recte habet, et *urbi praeses* aeque ac *praefectus urbi* scribi potuit, praesertim cum verbum *praesidere* dativus sequatur. cf. 10, 8.: principem nobilitati vestrae. 1, 34.: bell*o* dom*i*que. 9, 26.

reddenda iura creandos esse. his agendis dies est consumptus: postridie ad praescriptum consulis et consularia et praetoria comitia habita: consules creati Q. Fabius et P. Decius, Ap. Claudius praetor, omnes absentes: et L. Volumnio ex senatus consulto et scito plebis prorogatum in annum imperium est.

XXIII. Eo anno prodigia multa fuerunt, quorum averruncandorum causa supplicationes in biduum senatus decrevit: publice vinum ac tus praebitum: supplicatum iere frequentes viri feminaeque. insignem supplicationem fecit certamen in sacello Pudicitiae patriciae, quae in foro bovario est ad aedem rotundam Herculis, inter matronas ortum: Verginiam Auli filiam patriciam plebeio nuptam L. Volumnio consuli matronae, quod e patribus enupsisset, sacris arcuerant: brevis altercatio inde ex iracundia muliebri in

— PM: callidos sollertesque. — M: qualis ap. p̄. claudius ēē. — M: praetores quā ad reddenda iura. Pall. 1. 3.: praetores ad reddenda iura.

1. *his agendis dies est consumptus:* PM. Interpellata enim fuerant comitia et Q. Fabii oratione et L. Volumnii. — M: post tridie. Cf. 6, 1. — PM: „coss. creati q. fabius et p. decius ap. claudius p̄r. omnes absentes": i. e. non petentes. — PM: et l. uolumnio ex s. c. et scito plebis prorogatum in annum imperium est.

7. *quorum auerruncandorum causa:* M. Cf. 8, 6. — P: quorū aerruncandorum causa. Voss. II. omnesque recc. codd.: quorum auertendorum causa. Cf. 3, 5.: his avertendis terroribus in triduum feriae indictae, per quas omnia delubra — inplebantur. — M: publice uinum ac tū sprebituū. P: publice uinum ac tus prebituū. m. 2.: tus p biduū. Leid. I. Voss. II.: uinum ac tus plebituum. Pall. 1. 3. al.: uinum ac tus plebi datum praebiturum. — Leid. I. al.: supplicatum ire frequentes.

11. *in foro bouario* (22, 57.): PM al.] in foro boario. — M m. 2. P: ad aedem rutundam. M m. 1.: rotundam. — Paulo ante M: pudicitiae patritiae.

13. *Verginiam:* PM Leid. I. al.] Virginiam. Cf. 3, 44. — M: auli. f. patriciam. — PM cod. Gel. al.: quod e patribus enupsisset. Cf. 4, 4. — M: sacris arcuerat. m. 3.: arcuerāt. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: sacris arguerant.

contentionem animorum exarsit, cum se Verginia et patriciam et pudicam in patriciae Pudicitiae templum ingressam ut uni nuptam ad quem virgo deducta sit, nec se viri honorumve eius ac rerum gestarum paenitere, vero gloriaretur. facto deinde egregio magnifica verba adauxit: in vico Longo, ubi habitabat, ex parte aedium quod satis esset loci modico sacello exclusit aramque ibi posuit, et convocatis plebeis matrimoniis conquesta iniuriam patriciarum „hanc ego aram“ inquit „Pudicitiae plebeiae dedico, vosque hor-

3. *ut uni nuptam ad quem uirgo deducta sit:* P] et unī nuptam cet. (M). „Sie sei als geborne Patricierin und als züchtiges Weib in den Tempel der adlichen Keuschheit getreten und zwar als Gattin des Einen zu dem sie als Jungfrau geführt worden“. Illis enim verbis diligentius exprimitur, cur se Verginia pudicam habere posset. cf. Fest.: Pudicitiae signum. — M: penitere.

6. *ex parte aedium quod satis esset loci modico sacello exclusit:* P: „in der Langen Strasse, wo sie wohnte, theilte sie von ihrem Hause so viel Raum ab als zu einer mässigen Kapelle hinlänglich schien“. — M m. 1.: quos satis esset loci. m. 2.: quo satis cet.

8. *plebeis matrimoniis:* M m. 1. P m. 2.] plebeiis matronis. — Leid. I. cod. Klock. multique alii codd. Drakenb.: „matrimoniis“. Simili modo apud Tacitum hoc nomen abstractum pro concreto scriptum legimus: Ann. 2, 13.: sumpturum militem Germanorum agros, tracturum coniuges, accipere omen et matrimonia ac pecunias hostium praedae destinare. 12, 65.: coniugium principis. al. cf. Nic. Bachius ad Tac. Ann. 13, 14. Suet. Caes. 51.: ne provincialibus quidem matrimoniis abstinuisse. Liv. 41, 21.: *servitia* maxime moriebantur. 2, 10. al. — P m. 1.: matrimonius. — M m. 2.: matrimonuis. — Leid. I. al.: conquesta iniuria. Pall. 1. 3. Lov. 4.: conquesta de iniuria. — M: patritiarum.

8. *hanc ego aram inquit pudicitiae plebeiae dedico:* PM. — Leid. I.: hanc aram ego inquit. Voss. II. al.: pudicitiae dedico plebeiae. — Paulo post M: ut haec ara quam illa si quid potest („wenn es worin möglich wäre“) sanctius et a castioribus coli dicatur. P m. 1.: si quid potest *a* sanctius et castioribus cet. dein m. 2. *is* scriptum est supra *sa*.

tor ut, quod certamen virtutis viros in hac civitate tenet, hoc pudicitiae inter matronas sit detisque operam ut haec ara quam illa — si quid potest — sanctius et a castioribus coli dicatur". eodem ferme ritu et haec ara quo illa antiquior culta est, ut nulla nisi spectatae pudicitiae matrona et quae uni viro nupta fuisset ius sacrificandi haberet. vulgata dein religio a pollutis nec matronis solum sed omnis ordinis feminis postremo in oblivionem venit. — Eodem anno Cn. et Q. Ogulni aediles curules aliquot feneratoribus diem dixerunt, quorum bonis multatis ex eo quod in publicum redactum est, aenea in Capitolio limina et trium mensarum argentea vasa in cella Iovis Iovemque in culmine cum quadrigis et ad ficum Ruminalem simulacra infantium conditorum urbis sub uberibus lupae posuerunt, semitamque saxo quadrato a Capena porta ad Martis straverunt. et ab aedilibus plebeis L. Aelio Paeto et C. Fulvio

4. *eodem ferme ritu et haec ara quo illa antiquior culta est:* M m. 1. — M m. 2.:
ā
quo illa antiquior. P Leid. I. al.: quo*d* illa antiquior. Cf. 10, 13.: se ad populum laturos. — PM: et quae uni uiro *nubta* fuisset. Cf. 1, 59.

7. *uulgata dein religia a pollutis:* P m. 2. M al.: „als späterhin die Heiligkeit des Gegenstandes durch Entweihte heruntergebracht worden, und zwar nicht bloss durch Frauen von Stande sondern Weiber aus allen Klassen" u. s. w. Cf. 1, 10.: ita deinde diis visum, nec inritam conditoris templi vocem esse —, nec multitudine conpotum eius doni *vulgari* laudem. — P m. 1.: deinle religio. Recc. codd.: deinde.

9. *Cn. et Q. Ogulni:* M] Cn. et Q. Ogulnii (P). — Leid. I. Voss. II. Pall. 1. 3. al.: ogulnii. Cf. 10, 6. — P m. 2. M: aliquot faeneratoribus. P m. 1.: aliquod.

14. *sub uberibus lupae:* P m. 2. — P m. 1. M: suberibus lupae. — In Leid. I. Voss. II. Lov. 4. *sub* excidit. — P: a capaena porta. — PM cod. Gel. al.: ad martis. Cf. 41, 28.: „supplicatio ad Cereris Liberi Liberaeque fuit". Contra 3, 55.

16. *et ab aedilibus plebeis L. Aelio Paeto et C. Fuluio Curuo:* P] et ab aedilibus plebeiis cet. — M: et ab aedilibus plebeis l. emilio peto et c̄. fuluio curtio ex multa c̄ itia item pecunia cet. — P m. 1.: ex multatitia. m. 2.: multaticia. — M m. 1. (P): ad cereris | posite. M m. 3.:

Curvo ex multaticia item pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis, ludi facti pateraeque aureae ad Cereris positae.

XXIV. Q. inde Fabius quintum et P. Decius quartum consulatum ineunt, tribus consulatibus censuraque collegae nec gloria magis rerum quae ingens erat quam concordia inter se clari. quae ne perpetua esset, ordinum magis quam ipsorum inter se certamen intervenisse reor, patriciis tendentibus ut Fabius in Etruriam extra ordinem provinciam haberet, plebeis auctoribus Decio ut ad sortem revocaret: fuit certe contentio in senatu, et postquam ibi Fabius plus poterat, revocata res ad populum est. in contione ut inter militares viros et factis potius quam dictis fretos pauca verba habita. Fabius, quam arborem conseruisset, sub ea legere alium fructum indignum esse dicere: se aperuisse Ciminiam silvam viamque per devios saltus Romano bello fecisse: quid se id aetatis sollicitassent, si alio

ad cereris edē | posite. Leid. I. Voss. II. Lov. 4.: „iam“ (pro *item*).

3. *Q. inde Fabius V et P. Decius quartum consulatum ineunt:* P. — M (Leid. I. Voss. II. Lov. 4.): q̄. inde fabius & p̄. decius quartum cet. — PM: tribus consulatibus censuraque collegae: „jetzt *zum dritten Mal* durch das Consulat vereint“.

9. *plebeis auctoribus Decio:* PM] plebeiis cet. „Die Plebeier den Decius aufforderten“. cf. 3, 41.: auctoribus qui aderant. — Paulo ante PM Leid. I.: ut fabius *in* etruriam extra ordinem prouinciam (M: prouintiā) haberet: „dass dem Fabius *der Krieg gegen Etrurien* ohne darum zu loosen übertragen werde“.

11. *in contione:* recc. codd. — M: in contionē ut inter militares uiros cet. P: in contentione. Leid. I. Lov. 4. al.: in contentionem.

13. *quam arborem conseruisset:* PM rell. — Cod. Sig.: seruisset. Glareanus malebat scribi *conseuisset*, neque quidquam facilius fieri potuit quam ut una littera *r* ab aliquo librario inconsulte interponeretur. — P m. 1.: conseruisset *et* sub ea legere alium fructum indignum esse dicere. M: diceret. — PM: se aperuisse ciminiam siluam. Cf. 9, 36.

16. *si alio duce gesturi bellum essent:* M m. 3. P Leid. I. Lov. 4. al.] si alio duce bellum gesturi essent. — M m. 1.: quid se id aetatis sollici-

duce gesturi bellum essent? nimirum adversarium se non socium imperi legisse sensim exprobrat, et invidisse Decium concordibus collegis tribus: postremo se tendere nihil ultra quam ut, si dignum provincia ducerent, in eam mitterent: in senatus arbitrio se fuisse et in potestate populi futurum. P. Decius senatus iniuriam querebatur: quoad potuerint, patres adnisos ne plebis aditus ad magnos honores esset: postquam ipsa virtus pervicerit ne in ullo genere hominum inhonorata esset, quaeri quem ad modum irrita sint non suffragia modo populi sed arbitria etiam fortunae et in paucorum potestatem vertantur: omnis ante se consules sor-

tassent alio duce cet. — Paulo post P m. 1.: non socium imperi. P m. 2. M: imperii. M: non sotium. — Leid. I. Lov. 4. al.: „concordibus collegis tribus". M: concordiū collegis tribus. Cf. 8, 1.: cum querimonis. „Bald ging er so weit dem Decius vorzuhalten, er habe sich an ihm nicht einen Freund und Genossen in der Regierung sondern einen Gegner gewählt, und dass ihm Decius den Ruhm beneidet habe, *auch zum dritten* Mal im Consulate mit ihm einträchtig verbunden gewesen zu sein".

4. *si dignum prouincia ducerent:* PM rell.] si se dignum provincia ducerent. Cf. 3, 3.: funestam populationem fecit. — M: in senatus arbitrio se fuisse et potes | tate populi futurum. Leid. I.: se futurum.

6. *P. Decius senatus iniuriā querebatur:* M m. 3. — M m. 1. P Leid. I. al.: iniuria. Pall. 1. 3. Voss. II. Lov. 4.: „de senatus iniuria". — M: quo at potuerint cet.

7. *patres adnisos ne plebis aditus ad magnos honores esset:* P m. 2. M Leid. I. al.] patres annisos ne plebeiis aditus cet. — P m. 1.: aditos. — Leid. II. al.: ne plebi aditus — esset. — Paulo post M: quem ad modum inrita sunt non suffragia modo populis sed arbitria etiam fortunae cet. „So lange es möglich gewesen, hätten die Väter dahin gearbeitet, dass das Volk keinen Zugang zu hohen Ämtern gewinne: nachdem die Tugend selbst es durchgesetzt, dass kein Stand von ihr ausgeschlossen bleibe, versuche man, wie sich nicht bloss die Bestimmungen des Volkes sondern sogar die Entscheidungen des Schicksals kraftlos machen und dem Einflusse einiger Wenigen zuwenden liessen".

11. *omnis ante se consš.* (M:

titos provincias esse, nunc extra sortem Fabio senatum provinciam dare, si honoris eius causa, ita eum de se deque re publica meritum esse ut faveat Q. Fabii gloriae, quae modo non sua contumelia splendeat: cui autem dubium esse, ubi unum bellum sit asperum ac difficile, cum id alteri extra sortem mandetur, quin alter consul pro supervacaneo atque inutili habeatur? gloriari Fabium rebus in Etruria gestis: velle et P. Decium gloriari, et forsitan, quem ille obrutum ignem reliquerit ita ut totiens novum ex inproviso incendium daret, eum se extincturum; postremo se colle-

coss.) *sortitos prouincias* (M: prouintias) *esse:* PM. — PM: „si honoris eius causa ita eum de se deque rep. meritum esse ut faueat q̄. fabii gloriae quae modo non sua contumelia splendeat": nisi quod in M alterum *de* praetermissum est „ita eum de se q̄. | rep. meritum esse". „Jetzt weise der Senat dem Fabius seine Stelle an ohne loosen zu lassen, wenn nur darum um den Fabius zu ehren, so gestehe er, dass die Verdienste desselben um ihn und den Staat so bedeutend wären, dass er gern zur Vergrösserung seines Ruhmes beitragen wolle, nur nicht dass ihm selbst eine Beschimpfung daraus hervorgehe".

4. *cui autem dubium esse, ubi unum bellum sit asperum ac difficile* cet.: PM. Deinde vero scriptum est in PM Leid. I. non *cum id* sed *cui id alteri extra sortem mandetur*, in P m. 1. etiam *altere*, in Voss. II. al. *ei id alteri* cet., quarum scripturarum prior facile ex *cū id* nasci potuit, altera docere videtur librarios non *cum* sed *si* ante oculos in antiquiore quodam libro habuisse. — P: quin alter coš. pro superuacaneo adq. (m. 2.: atq.) inutili habeatur. M: quin alter coš. pro supuaganeo adq. inutili habeatur. Recc. codd.: alter consulum.

7. *gloriari Fabium rebus in Etruria gestis:* PM. — Voss. II. al.: in etruriam. — PM: et forsitan quem ille obrutum ignem reliquerit ita ut totiens nouum ex inprouiso incendium daret eum se extincturum. Lov. 3.: quem obrutum ille ignem reliquerit.

10. *postremo se collegae honores praemiaque concessurum:* M. In P excidit *se.* — P omnesque et Pall. et Drak. codd.: „cum periculum dimicatio proposita sit": sed in M scriptum est „cum periculum tum dimicatio proposita sit", ut dubium esse

gae honores praemiaque concessurum verecundia aetatis eius maiestatisque —: cum periculum cum dimicatio proposita sit, neque cedere sua sponte neque cessurum et, si nihil aliud ex eo certamine tulerit, illud certe laturum ut — quod populi sit — populus iubeat potius quam patres gratificentur: Iovem optimum maximum deosque inmortales se precari ut ita sortem aequam sibi cum collega dent, si eandem virtutem felicitatemque in bello administrando daturi sint: certe et id natura aequum exemplo utile esse et ad famam populi Romani pertinere, eos consules esse quorum utrolibet duce bellum Etruscum geri recte possit. Fabius nihil aliud precatus populum Romanum quam ut prius quam intro vocarentur ad suffragium tribus, Ap. Claudii praetoris adlatas ex Etruria litteras audirent, comitia habuit, nec minore po-

non possit quin utroque loco a Livio *cum* positum fuerit. cf. 5, 35.: Clusini novo bello exterriti cum multitudinem cum formas hominum invisitatas cernerent, — legatos Romam qui auxilium ab senatu peterent misere.

3. *si nihil aliud ex eo certamine tulerit illut certe laturum:* M m. 1. — M m. 2.; illud. P: si nihil alium cet. — Paulo post M: deosque mortales.

8. *certe et id natura aequum exemplo utile esse et ad famam populi romani pertinere*] certe id et natura aequum et exemplo cet. — PM rell.: certe et id: „sicher wenigstens sei theils das". M: aequū exemplo utile esse et ad famam piř. pertinere eos coš. esse quorum utrolibet duce cet. P: aequum et exemplo utile esse et ad famam př. pertinere eos cošš. esse quorum utrolibet bellum etruscum cet.

11. *nihil aliud precatus pm̄ r̄. quam ut:* M] nihil aliud precatus populum quam ut cet. — P: „precatus p̄.r̄. quam ut". Nec in Drak. codd. vel *r.* vel *rom.* defuisse videtur. — *Tribus* excidit in Leid. 1. cf. 5, 52.: comitia *curiata*, quae rem militarem continent. — M: ap. claudii ptr. P: ap. claudii pr̄.

14. *comitia habuit:* PM rell.] comitio abit. — Non video cur Fabius consul comitia habere non potuerit. sed videtur homines doctos in scriptura huius loci constituenda et id duxisse quod 3, 35. de App. Claudio decemviro relatum legimus, quamquam in diversissima re nulla ex habendis comitiis invidia Fabio evenire potuit. nam quod in Leid. 1. scriptum esse dicitur

puli consensu quam senatus provincia Etruria extra sortem Fabio decreta est.

XXV. Concursus inde ad consulem factus omnium ferme iuniorum et pro se quisque nomina dabant, tanta cupido erat sub eo duce stipendia faciendi. qua circumfusus turba „quattuor milia“ inquit „peditum et sescentos equites dumtaxat scribere in animo est: hodierno et crastino die qui nomina dederitis mecum ducam: maiori mihi curae est ut omnes locupletes reducam quam ut multis rem geram militibus“. profectus apto exercitu et eo plus fiduciae ac spei gerente quod non desiderata multitudo erat, ad oppidum Aharnam, unde haud procul hostes erant, ad castra Appii praetoris pergit. paucis citra milibus lignatores ei cum praesidio occurrunt, qui ut lictores praegredi viderunt Fabiumque esse consulem accepere, laeti atque alacres diis populoque Romano grates agunt quod eum sibi imperatorem misissent: circumfusi deinde cum consulem salutarent, quaerit Fabius quo pergerent, respondentibusque lignatum

„comitio habuit“, id non magni momenti esse, permulta eiusdem generis menda librariorum persuadent. — P: cōmitia. — M: prouintia etruria extra sortem fabio decreata ē. m. 2.: decreta ē.

3. *concursus inde ad coss̄.* (M: conss̄.) *factus omnium ferme iuniorum:* PM. — M m. 1.: tanta cupudo erat. m. 2.: cupido.

5. *qua circumfusus turba IIII inquit peditum et sescentos equites dumtaxat scribere in animo est:* P m. 2. M. — P m. 1.: quam. Leid. I.: quā. Voss. II. al.: qui. — Cf. 8, 11.: mille et sescenti. — PM rell.: qui nomina dederitis. Cod. Sig.: dederint.

8. *maiori mihi curae est:* M. — P: maiori mihi cura ÷. Cod. Klock.: maior mihi cura est. — M: „quam ut multis *res* geram militibus“. P rell.: „*rem* geram“. Utramque scripturam pro vera haberi posse locisque similibus probari nemo non videt. Cf. 10, 30.: res gerit. 30, 2.: res R. gesta. — M: fidutiae ac spei. — PM: ad oppidum aharnam. Cod. Sig.: ad oppidum adharnaham. — P: unde haud procul hostis erant ad castra appii p̄r. pergit. M: appii ptr. pergit.

13. *paucis citra milibus* („einige tausend Schritte diesseits“): P. — M: paucis citra militib. lignatores cet. — M: leti atque alacres.

se ire, „ain' tandem" inquit „num castra vallata non habetis?" ad hoc cum succlamatum esset duplici quidem vallo et fossa, tamen in ingenti metu esse: „habetis igitur" inquit „adfatim lignorum, redite et vellite vallum". redeunt in castra terroremque ibi vellentes vallum et iis qui in castris remanserant militibus et ipsi Appio fecerunt: tum pro se quisque alii aliis dicere consulis se Q. Fabii facere iussu. postero inde die castra mota et Appius praetor Romam dimissus. inde nusquam stativa Romanis fuere: negabat utile esse uno loco sedere exercitum, itineribus ac mutatione locorum nobiliorem ac salubriorem esse. fiebant autem iti-

1. *ain' tandem inquit num castra uallata non* (m. 1.: abetis) *habetis:* M. Cf. 10, 18.: sat*in*' salve. — P: an in tandem inquit cet.

3. *tamen in ingenti metu esse*] et tamen in ingenti cet. — M: ad hoc cum succlamatum esset duplici quidem uallo et fossa tam enī ingenti | metum ēē. P: ad hoc cum subclamatum esset duplici quidem uallo fossa et tamen in ingenti metū esse. Cod. Klock. al.: ad haec cum. Pall. omnesque prope Drak. codd.: et tamen ingenti metu esse.

5. *ibi uellentes uallum:* P. — M: ibi bellentes uallum et ii qui. M m. 2. P: et iis qui in castris remanserant militibus. — P: coss̄. se q̄. fabii facere iussu. M m. 1.: coss̄. se q̄. fabii | facere iussu facere. posterà inde die. m. 2.: q̄. fabii | iussu facere. postero inde die. — M: et appius ptr. romam dimissus. P: et appius pr̄. romā dimisus. m. 2.: dimissus.

11. *nobiliorem ac salubriorem:* PM rell.] mobiliorem ac salubriorem (ex coni. Klockii, Clerici al.). „Er meinte es gereiche dem Heere zum Nachtheile an einer Stelle fest zu sitzen: durch Märsche und häufiges Wechseln des Standortes werde nicht nur für die Gesundheit der Truppen gesorgt sondern sie zwängen durch die dadurch hervortretende Unerschrockenheit dem Feinde auch Achtung ab". Contra ea scriptum 10, 20. est „ignobile agmen", quo loco non magis codicum mscriptorum auctoritas quam res ipsa „inmobile" desiderabat. — P: ac mutatione locorem. — M: quanta fieri sinebat hiēps cet. P: fiebant autem itinera quan fieri sinebat hiems. Cod. Klock.: quam fieri sinebat. — Verba „*fiebant autem — exacta*" exciderunt in Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.

nera quanta fieri sinebat hiems hauddum exacta. vere inde primo relicta secunda legione ad Clusium, quod Camars olim appellabant, praepositoque castris L. Scipione pro praetore, Romam ipse ad consultandum de bello rediit — sive ipse sponte sua, quia bellum ei maius in conspectu erat quam quantum esse famae crediderat, sive senatus consulto accitus, nam in utrumque auctores sunt. ab Ap. Claudio praetore retractum quidam videri volunt, cum in senatu et apud populum, id quod per litteras adsidue fecerat, terrorem belli Etrusci augeret: non suffecturum ducem unum nec exercitum unum adversus quattuor populos: periculum

1. *uere inde primo relicta secunda legione ad Clusium quod Camars* (P cod. Klock. al.: camaris) *olim appellabant:* PM. Cf. Polyb. 2, 19.: συμφρονήσαντες ἅμα Σαυνῖται καὶ Γαλάται παρετάξαντο Ῥωμαίοις ἐν τῇ Καμερτίων χώρα. — Drakenborchio res dubia videbatur, quod, cum secunda legio ad Clusium relicta diceretur, scriptum non esset quo loco reliquus exercitus castra habuisset. res ita se habet: legionem secundam, quam cum L. Volumnio in Samnio fuisse 10, 18. 27. legimus, ad Clusium iam hostibus opposuit Fabius, et quod illi legioni fidebat et quod eo Gallos proficisci fama acceperat. reliquum exercitum in Appianis castris ad oppidum Aharnam vel alio propinquo loco, dum ipse Roma revertisset, remanere voluit praeposito L. Scipione pro praetore, qui ante quam Appius Romam dimissus erat, legatus fuisse videtur (10, 21.). — P: l. scipione ppr̄, M: l. scipione propt̄r romam ipse ad consultandum bello rediit. M m. 3.: bello. — M m. 2. P: siue ipse sponte sua. M m. 1.: ipsæ. Lov. 4.: sua sponte. Cf. ex. gr. 27, 11, ubi in optimis libris *sponte sua* scriptum est. — Leid. I. Voss. II. al.: quia bellum *et* maius cet. — P: „siue s. c. accitus". In M litterarum metathesi scriptum est „siue soc̄. accītus" pro *sco.* Cf. 5, 46.

7. *ab Ap. Claudio ptr̄.* (P: pr̄.) *retractum quidam uideri uolunt:* PM. — P: in senatu*m*. Cf. 3, 10.: iactata per aliquot dies cum in senatu res tum apud populum est. 7, 11. al. — Paulo post PM: aduersus IIII. populos.

11. *periculum esse:* P m. 2. et duo recc. codd. — P m. 1. M m. 1.: „periculos ēē", quod pro *periculō* scriptum videtur. Deinde in M ultima

esse, sive iuncti unum premant sive diversi gerant bellum, ne ad omnia simul obire unus non possit: duas se ibi legiones Romanas reliquisse et minus quinque milia peditum equitumque cum Fabio venisse: sibi placere P. Decium consulem primo quoque tempore in Etruriam ad collegam proficisci, L. Volumnio Samnium provinciam dari: si consul malit in suam provinciam ire, Volumnium in Etruriam ad consulem cum exercitu iusto consulari proficisci. cum magnam partem moveret oratio praetoris, P. Decium censuisse ferunt ut omnia integra ac libera Q. Fabio servarentur, donec vel ipse, si per commodum rei publicae posset, Romam venisset vel aliquem ex legatis misisset, a quo disceret senatus quantum in Etruria belli esset quantisque administrandum copiis et quot per duces esset.

XXVI. Fabius ut Romam redit, et in senatu et productus ad populum mediam orationem habuit, ut nec au-

littera *s* inducta, et in P perantiqua manu *um* scriptum supra *os*. inde factum videtur, ut in Drakenb. codd. omnibus scriberetur *periculosum*. cf. ex. gr. 10, 7.: id esse periculum ne suas preces minus audirent dii. 31, 31.

1. *siue diuersi gerant bellum:* PM al.] sive id diversi cet. — PM cod. Gel.: ne ad omnia simul obire unus non (M: n̄) possit. Cod. Harl.: ne ad omnia simul adire et obire cet. Cf. 31, 21.: praetor secum duos legatos — habebat, cum quibus circumspicere et obire ad omnis hostium subitos conatus posset. — PM al.: „et minus. v. peditum equitumque cum fabio uenisse“: supra enim scriptum erat „quattuor milia peditum et sescentos equites scribere in animo est“. Cod. Sig. al.: equitumque mille cum fabio cet. Leid. I. Voss. II. al.: equitumque qui cum fabio. Recc. quidam codd.: et minus quinque millibus peditum cet. Cf. 24, 41.: plus mille hominum captum.

7. *Volumnium in Etruriam ad consulem cum exercitu iusto consulari proficisci:* PM rell. — Unus Harl. cod.: L. Volumnium cet. — Paulo post P m. 1.: cum magna in partem mouerat oratio p̄r̄. m. 2.: magnā partem. M: moueret oratio ptr. — PM: ut omnia integra ac libera q̄. fabio seruarentur. Leid. I. cod. Thuan. Pall. 1. 3. Voss. II. Lov. 4. al.: reseruarentur. — PM: si per commodum reiþ. posset.

15. *ut Romam redit:* M] ut Romam rediit (P). Cf. T. Livi

gere nec minuere videretur belli famam magisque in altero adsumendo duce aliorum indulgere timori quam suo aut rei publicae periculo consulere. ceterum si sibi adiutorem belli sociumque imperii darent, quonam modo se oblivisci P. Decii consulis per tot collegia experti posse? neminem omnium secum coniungi malle, et copiarum satis sibi cum P. Decio et numquam nimium hostium fore: sin collega quid aliud malit, at sibi L. Volumnium darent adiutorem. omnium re-

l. xxx. p. xc. — P m. 1. M: et in senatu et productus ad populum mediam orationem habuit. P m. 2.: et in senatu ē productus cet. Leid. I. Voss. II. Pall. 1. 3. al.: est productus. — M: in altero adsum̄ | do duce aliorum indulger imori. m. 3.: indulgere timori. — PM: „quam suo aut rei publicae (M: reip̄.) periculo consulere". In Voss. II. excidit *consulere.*

3. *ceterum si sibi adiutorem belli sotiumq. imperii darent:* M., — P: „sociumque imperii *daret*" (scil. senatus?). — M m. 3. P: quonam modo se obliuisci p̄. decii consulis per tot collegia experti posse. M m. 1.: per tot collegi exp̄ti. Leid. I. Lov. 4. al.: quoniam modo se obliuisci. Voss. I. al.: quonam modo obliuisci.

5. *neminem omnium secum coniungi malle:* P m. 2. M. — P m. 1.: „male". contra ea paulo post in PM et in Leid. I. scriptum est *mallit.* eandem formam etiam in Put. Colb. 22, 34. al. repperimus: „populum — daturum ei qui magis uere uincere quam diu imperare mallit". — P: et nūquā nimium hostiūm fore collega quid aliud cet. m. 2.: foresin collega cet. — P m. 2. M: at sibi l. uolumnium darent adiutorem. P m. 1.: „ad sibi" cet. Inde factum videtur ut, cum haud raro *ad* pro *ac* in antiquis libris scriptum legeretur, in Voss. I. multisque recc. mscriptis et h. l. scriberetur „ac sibi l. uolumnium darent". Cf. 10, 19.: si hodie nobis victoriam duis, ast ego tibi templum voveo.

8. *omnium rerum arbitrium:* P m. 2. M. — P m. 1.: omnium arbitrium. — PM: se in samnium uel in etruriam proficisci paratum esse. Lov. 4.: „uel in samnium uel in etruriam". Cf. 10, 19.: se vel in Etruria vel in Samnio rem gesturum. — PM: tanta laetitia (M: letitia) ac gratulatio fuit ut praeciperetur uictoria animis. Voss. II. multique recc. codd.: perciperetur. Cf. 7, 26.: duorum militum eventum — utraque acies animis praeceperat. — M: triumphusque non bellum de-

rum arbitrium et a populo et a senatu et ab ipso collega Fabio permissum est: et cum P. Decius se in Samnium vel in Etruriam proficisci paratum esse ostendisset, tanta laetitia ac gratulatio fuit ut praeciperetur victoria animis triumphusque non bellum decretum consulibus videretur. — Invenio apud quosdam extemplo consulatu inito profectos in Etruriam Fabium Deciumque sine ulla mentione sortis provinciarum certaminumque inter collegas quae exposui: sunt quibus ne haec quidem certamina exponere satis fuerit, adiecerint et Appii criminationes de Fabio absente ad populum et pertinaciam adversus praesentem consulem praetoris, contentionemque aliam inter collegas tendente Decio ut suae quisque provinciae sortem tueretur. constare res incipiat ex eo tempore quo profecti ambo consules ad bellum sunt. — Ceterum ante quam consules in Etruriam

cretum consulibus *uideretur.* P: „triumphusque non bellum decretum (m. 1.: decertum) consulibus *uidetur*" (ed. Bekk.). Simili mendo paulo post in P *satis fuit* scriptum est pro „satis fuerit". — Voss. u. Pall. 1. 3. al.: „triumphusque *quam* bellum decretum consulibus uideretur": quod I. Fr. Gron. pro „triumphus *potius* quam bellum" scriptum putavit.

6. *consulatu inito*: P m. 2. M. — P m. 1.: inuenio aput quosdam extemplo consulatu initio profectos. — M: prouintiarum. — P: „*sunt* quibus nec (m. 2.: ne) hec quidem exponere certamina satis *fuit*" (cod. Klock.). Cf. paulo post in P „sunt qui — tradunt". — PM Leid. 1. Lov. 4. al.: *adiecerint:* „sie möchten noch hinzugefügt sehen". Multi recc. codd.: adiecerunt. — P: 'et pertinaciam aduersus praesentem coss. pr. M: „et ptinatiam aduersus praesentem consulem ptr." Neminem fugerit non sine magna vi *praetoris* post *consulem* collocatum esse.

13. *constare res incipiat ex eo tempore quo profecti ambo coss. ad bellum sunt:* P] constare res incipit ex eo tempore quo profecti ambo coss. ad bellum sunt (M). — Respondet coniunctivus, qui in verbo *incipiat* inest, antecedenti verbo *adiecerint:* „erst von dem Punkte an, wo die beiden Consuln zum Kriege abgehen, zeigt sich *im Allgemeinen* wieder eine grössere Übereinstimmung unter den Geschichtschreibern".

15. *antequam coss. in Etruriam peruenirent:* PM. —

pervenirent, Senones Galli multitudine ingenti ad Clusium venerunt legionem Romanam castraque oppugnaturi. Scipio, qui castris praeerat, loco adiuvandam paucitatem suorum militum ratus in collem, qui inter urbem et castra erat, aciem erexit: sed ut in re subita parum explorato itinere ad iugum perrexit, quod hostes ceperant parte alia adgressi: ita caesa ab tergo legio atque in medio, cum hostis undique urgeret, circumventa. deletam quoque ibi legionem ita ut nuntius non superesset quidam auctores sunt, nec ante ad consules, qui iam haud procul a Clusio aberant, famam eius cladis perlatam quam in conspectu fuere Gallorum equites pectoribus equorum suspensa gestantes capita et lanceis infixa ovantesque moris sui carmine. sunt qui Umbros fuisse non Gallos tradant nec tantum cladis acceptum, et circum-

M m. 3. P: multitudine ingenti. M m. 1.: multitudine genti. — P m. 2. M: legionem romanam castraque oppugnaturi. P m. 1.: castramque. Leid. I. Pall. 1. 3. Lov. 4. al.: oppugnatum.

4. *in collem qui inter urbem et castra erat aciem erexit:* cod. Port. In PM et in rell. codd. scriptum est *in colle*, quo mendo nihil saepius in mscriptis invenitur. nam quod etiam in Put. 27, 2. legitur „ita tamen aciem instruxerunt ut Poenus dextrum cornu in colle*t*erigeret“, eademque manu antiqua *t* interpositum inductum est ut *in colle erigeret* fieret, id rectissime ibi se habet, cum Poenus illum collem, iam tenuisse dicatur. hoc altero tamen loco latinae linguae ratione accusativum postulari tot similes loci (2, 31. 3, 18. 7, 34. 9, 31. 21, 32. al.) docent ut res extra omnem dubitationem videatur esse. cf. 28, 15.: cunctantibus in aduersum collem erigere aciem Romanis (Put.). — P m. 1.: quod hostes ceperat parte alia adgressi. m. 2.: ceperant. M: coeperant. — Pall. 1. 3. Voss. II.: cum hostes undique uigerent. Tres recc. codd.: cum hostes undique urgerent.

10. *famā eius cladis perlatam:* M m. 3. — M m. 1. P: nec ante ad coss. qui iam haud procul a clusio aberat fama eius cladis perlatam. — Leid. I.: fuere in conspectu. — M m. 1.: ouantesque moris sui carminos. | q umbros cet. m. 3.: carminosunt | q umbros.

14. *et circumuentis pabulatoribus:* PM. — Pal. 3. Lov. 4.: populatoribus. — Alii igitur scriptores tradiderant, L. Manlium legatum, pabulatum cum

ventis pabulatoribus cum L. Manlio Torquato legato Scipionem propraetorem subsidium e castris tulisse victoresque Umbros redintegrato proelio victos esse captivosque eis ac praedam ademptam. similius vero est a Gallo hoste quam Umbro eam cladem acceptam, quod cum saepe alias tum eo anno Gallici tumultus praecipuus terror civitatem tenuit. itaque praeterquam quod ambo consules profecti ad bellum erant cum quattuor legionibus et magno equitatu Romano Campanisque mille equitibus delectis ad id bellum missis et sociorum nominisque Latini maiore exercitu quam Romani, alii duo exercitus haud procul urbe Etruriae oppositi, unus in Falisco alter in Vaticano agro: Cn. Fulvius et L. Postumius Megellus propraetores ambo stativa in eis locis habere iussi.

XXVII. Consules ad hostes transgresso Appennino in agrum Sentinatem pervenerunt: ibi quattuor milium ferme

egressus esset, ab hostibus prope circumventum esse. — PM: scipionem proptr. (P: ppr.) subsidium e castris tulisse. — Paulo ante scriptum est in P: „sunt qui umbros fuisse non gallos tradunt“: cf. supra „sunt quibus fuerit“.

5. *quod cum saepe alias tum eo anno gallici tumultus praecipuus terror ciuitatem tenuit:* M. In P excidit *terror.* — Leid. I.: similius uero est gallo hoste quam umbro eam cladem acceptam. 10, 30.

7. *itaque praeterquam quod ambo coss. profecti ad bellum erant cum IIII legionibus* cet.: PM. — Quae sequuntur „*et sociorum nominisque latini maiore exercitu quam romani*“ (PM rell.) rectissime se habent, cum ad *romani* supplendum esse *nominis* vix quemquam praeterire potuisse videatur. nihilo minus tamen *quam romani* I. Fr. Gronovius suspectum habuit, et vel Dukerus *quam romano* scribi maluit. vernacula autem lingua fortasse dicas: „und einem Heere von Bundesgenossen und Latinern, das noch stärker als das Römische war“. — Paulo post scriptum est et in PM: „cn. fuluius et l. postumius megillus ppr. ambo“. Sigonius verum nomen restituit, quod etiam in PM 10, 32. integrum legitur.

15. *consules ad hostes transgresso Appennino in agrum Sentinatem peruenerunt:* PM:

intervallo castra posita. inter hostes deinde consultationes habitae, atque ita convenit ne unis castris miscerentur omnes neve in aciem descenderent simul: Samnitibus Galli, Etruscis Umbri adiecti: dies indicta pugnae: Samniti Gallisque delegata pugna inter ipsum certamen Etrusci Umbrique iussi castra Romana oppugnare. haec consilia turbarunt transfugae Clusini tres clam nocte ad Fabium consulem transgressi, qui editis hostium consiliis dimissi cum donis ut subinde, ut quaeque res nova decreta esset, exploratam perferrent. consules Fulvio ut ex Falisco, Postumio ut ex Vaticano ex-

praeterquam quod in P „sentinantem" scriptum est. Polybius quoque 2, 19. scribit, paucis diebus post cladem ad Clusium acceptam Romanos omnibus copiis in Sentinate agro prospere pugnasse: καὶ συμβαλόντες πᾶσι τοῖς στρατοπέδοις ἐν τῇ τῶν Σεντινατῶν χώρᾳ πρὸς τοὺς προειρημένους τοὺς μὲν πλείστους ἀπέκτειναν τοὺς δὲ λοιποὺς ἠνάγκασαν προτροπάδην ἑκάστους εἰς τὴν οἰκείαν διαφυγεῖν. Plinius in Umbria Sentinates incoluisse 3, 14. 114. dicit. — I. Fr. Gronovius malebat scribi *transgressos Apenninum*, ne verbi deponentis participium perf. passivo sensu scriptum esset, et ut hostes, utpote qui victores ad Clusium fuissent, hunc alterum proelii locum delegisse viderentur. Cf. ex. gr. 27, 8.: classe — partita (Put.). 7, 38.: frustrare. 1, 16.: luxuriarent. 10, 28.: vociferare. al. — PM: ibi IIII mil ferme interuallo castra posita. Voss. II. multique recc. codd.: quatuor millia.

1. *inter hostes deinde consultationes habitae:* P. — M: consulationes. — PM: atque ita conuenit ne unis castris miscerentur omnes neue in aciem descenderent simul. Voss. I. al.: et ita conuenit. Harl. unus recentior: ut ne unis castris cet.

4. *Samniti Gallisque delegata pugna:* M (Leid. I.) Lov. 4. al. Cf. ex. gr. 2, 45.: Veiens hostis Etruscique eo magis praepropere agere. 30, 4.: apud Poenos Numidamque. — P m. 1.: samnitii gallisque. P m. 2. multique recc. codd.: samnitiis gallisque. Cod. Sig.: samnitibus gallisque.

10. *coss. Fuluio ut ex Falisco Postumio ut ex Vaticano exercitum ad Clusium admoueant summaque ui fines hostium depopulentur scribunt:* M m. 3. P m. 2.: nam m. 1. in P scriptum est „summaque *in* fines", in M „depulentur". — P: ex agros

ercitum ad Clusium admoveant summaque vi fines hostium depopulentur, scribunt: huius populationis fama Etruscos ex agro Sentinate ad suos finis tuendos movit. instare inde consules ut absentibus his pugnaretur: per biduum lacessiere proelio hostem: biduo nihil dignum dictu actum, pauci utrimque cecidere magisque inritati sunt ad iustum certamen animi quam ad discrimen summa rerum adducta: tertio die descensum in campum omnibus copiis est. cum instructae acies starent, cerva fugiens lupum e montibus exacta per campos inter duas acies decurrit, inde diversae ferae cerva ad Gallos lupos ad Romanos cursum deflexit: lupo data inter ordines via, cervam Galli confixere: tum ex antesignanis Romanus miles „illac fuga“ inquit „et caedes vertit, ubi sacram Dianae feram iacentem videtis: hinc victor Martius lupus integer et intactus gentis nos Martiae et conditoris nostri admonuit“. dextro cornu Galli, sinistro Samnites constiterunt: adversus Samnites Q. Fabius primam

sentinate. — PM: ad suos finis tuendos.

3. *instare inde coš. ut absentibus his pugnaretur:* PM] instare inde consules ut absentibus iis cet. — PM: per bidum lacessiere proelio hostem. P m. 2.: per biduū. Lov. 4.: lacessierunt. Leid. I. al.: lacessere. Voss. I. al.: lacescere. — Paulo post PM Leid. I.: magisque inritati sunt ad iustum certamen animi quam ad discrimen summa rerum add*i*cta. Lov. 4. al.: addita. Cod. Klock.: quam ad discrimen summae rerum adducti.

7. *tertio die descensum in campum omnibus copiis est:* PM al. — In Leid. I. Voss. II. Lov. 4. excidit *die*.

11. *lupos ad Romanos cursum deflexit:* M m. 1.] lupus cet. (M m. 2. P). — Paulo ante Leid. I. Lov. 4.: *dis*currit. — M: inde diuersae faere. — P m. 1. Voss. II. Lov. 4. al.: ceruam galli conflixere. P m. 2. M: confixere.

13. *illac fuga inquit et caedes uertit:* P m. 2. M. — P m. 1.: ille fuga cet. Voss. II.: illa. Cf. Plaut. Rud. 1, 3. 27.: Saltem aliquem velim qui mihi ex his locis Aut viam aut semitam monstret: ita nunc *Hac* an *illac* eam incerta consili („ob hier ob dorthin“). — Cf. 9, 38.: et cum anceps caedes fuisset, adversae tamen rei fama in Romanos *vertit*.

17. *primam ac* (M: hac) *tertiam legionem:* PM rell.]

ac tertiam legionem pro dextro cornu, adversus Gallos pro sinistro Decius quintam et sextam instruxit: secunda et quarta cum L. Volumnio proconsule in Samnio gerebat bellum. primo concursu adeo aequis viribus gesta res est ut, si adfuissent Etrusci et Umbri, aut in acie aut in castris quocumque se inclinassent accipienda clades fuerit.

primam ac tertiam legiones (ed. Frob. 1535.). Cf. 10, 18.: cum legione secunda ac tertia. — In P excidit praenomen Fabii: „aduersus samnites fabius primam ac tertiam legionem pro dextro cornu aduersos gallos cet. — M m. 1.: aduersus gallos pro sinistro decius quintā e ex | tam instruxit. m. 3.: quintā et sex | tam.

2. *secunda et quarta cum L. Volumnio proconsule in Samnio gerebat bellum:* PM rell.] — gerebant bellum (ed. Frob. 1535.). — Difficillimus locus ita videtur explicari posse. Cum Appius Claudius (10, 18.) primam et quartam legionem in Etruriam duxisset, eodemque ex Samnio L. Volumnius cum legione secunda et tertia venisset, quattuor legionibus, prima secunda tertia quarta, res in Etruria prospere gesta est (10, 19.). tum Volumnius (10, 20.) in Samnium revertitur secumque ducit primam et quartam legionem, qui Appianus exercitus fuerat. non enim suum exercitum Volumnium in Samnium reduxisse vel id docet, quod et quarta legio cum eo in Samnio fuisse supra dicatur: nec quattuor in Etruria legiones reliquisse potest, quod 10, 25. Appius a se ibi duas legiones relictas esse dicit. Cum novo deinde quinque fere milium exercitu scripto (10, 25.) Fabius in Etruriam profectus Claudium praetorem Romam dimittit, secundaque legione ad Clusium, si qui eo venirent hostes, opposita ipse ad maiorem scribendum exercitum Romam redit. tum vero clade ad Clusium accepta legio secunda in Samnium ad L. Volumnium redire iussa, primaque inde in Etruriam videtur accersita esse. in Samnio igitur iam erant legio secunda et quarta, prima et tertia in Etruria. quintam et sextam deinde legionem consules Fabius et Decius Roma in Etruriam ducunt, ut quattuor ibi legionibus res gereretur. non igitur Roma profecti cum quattuor legionibus (10, 26.) videntur consules, sed quattuor legionibus, prima tertia quinta sexta, in agro Sentinate rem gessisse.

4. *primo concursu adeo aequis uiribus gesta res est:* PM. — Leid. 1.: gesta est res. PM: fuerit. Cf. 10, 35.: foret.

XXVIII. Ceterum quamquam communis adhuc Mars belli erat nec tum discrimen fortuna fecerat qua datura vires esset, haudquaquam similis pugna in dextro laevoque cornu erat. Romani apud Fabium arcebant magis quam inferebant pugnam extrahebaturque in quam maxime serum diei certamen, quia ita persuasum erat duci, et Samnites et Gallos primo impetu feroces esse quos sustineri satis sit, longiore certamine sensim residere Samnitium animos, Gallorum quidem etiam corpora intolerantissima laboris atque aestus fluere primaque eorum proelia plus quam virorum, postrema minus quam feminarum esse: in id tempus igitur quo vinci solebat hostis, quam integerrumas vires militi servabat. ferocior Decius et aetate et vigore animi quantumcumque virium habuit certamine primo effudit: et quia lentior videbatur pedestris pugna, equitatum in pugnam con-

2. *nec tum discrimen fortuna fecerat qua datura uires esset:* P] necdum (M) discrimen cet. — *Tum* scripsimus, quod id verbum melius videbatur antecedenti voci *adhuc* respondere: „und bis auf diesen Augenblick hin sich das Schicksal noch nicht entschieden hatte". Cf. 3, 4.: nec tum matura re. 1, 27.: consilium erat, qua fortuna rem daret ea inclinare vires. 7, 33.: qua. — Leid. I. Lov. 4. al.: *et* haudquamquam. Voss. II. al.: et haudquaquam. — M: in dextro leuoq. cornu.

5. *extrahebaturque in quam maxime serum diei certamen:* P m. 2. M. — P m. 1.: extrahebatur in quā maxime serum cet. Pall. 1. al.: extrahebatur quoque in cet. — M: aput fabium. — Leid. I.: esse feroces.

10. *primaque eorum proelia plus quam uirorum postrema minus quam feminarum esse:* M: „im Beginn der Schlacht — gegen das Ende hin". — Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: „primaque esse eorum proelia plus quam uirorum" cet. Similem scripturam videtur codicis P librarius in antiquiore libro ante oculos habuisse, cum octo verbis praetermissis scriberet: „primaque eorum ēē in id tēpus igitur" cet. — Paulo ante P m. 1.: intollerantissima.

12. *quam integerrumas uires:* M m. 1. P] quam integerrimas vires (M m. 2.). — Pall. 1. 3. Lov. 4.: milites seruabant. — Paulo post M: nouum pugnae conteruit genus. Leid. I.: nouum pugnae *conferunt* genus.

citat, et ipse fortissimae iuvenum turmae inmixtus orat proceres iuventutis in hostem ut secum impetum faciant, duplicem illorum gloriam fore si ab laevo cornu et ab equite victoria incipiat. bis avertere Gallicum equitatum: iterum longius evectos et iam inter media equitum agmina proelium cientes novum pugnae conterruit genus: essedis carrisque superstans armatus hostis ingenti sonitu equorum rotarumque advenit et insolitos eius tumultus Romanorum conterruit equos: ita victorem equitatum velut lymphaticus pavor dissipat, sternit inde ruentes equos virosque inprovida fuga: turbata hinc etiam signa legionum multique impetu equorum ac vehiculorum raptorum per agmen obtriti antesignani: et insecuta, simul territos hostes vidit, Gallica acies

6. *essedis carrisque superstans armatus hostis:* P m. 2. M: „daherkam auf seinen Streit- und Lastwagen stehend der bewaffnete Feind unter gewaltigem Getöse der Pferde und Räder, und machte die solchen Getümmels ungewohnten Rosse der Römer scheu". P m. 1.: carnisque. Cf. Caes. b. gall. 1, 3. 26. — PM rell.: „et insolit*us* eius tumultus romanorum conterruit equos". Deleto pronomine *eius* „insolitus tumultus" pro vero haberi posset. — P m. 1.: lymphatic*os* pauor. M: lyphaticus pauor. Lov. 4.: lymphatus (7, 17.). „Lymphaticus pavor" is pavor est qui lymphaticos facit, ob hanc etiam causam *velut* adscribendum videbatur. — Pall. 1. 3. Voss. II.: sternit*que* inde ruentes cet. Cod. Klock.: uirosque interrita fuga turbatos. hinc etiam signa cet. Voss. II. al.: uirosque inprouida fuga turbatos. hinc etiam cet. „So sprengt die schon siegenden Ritter ein aller Besinnung beraubender Schrekken auseinander, wirft dann die in wilder Flucht daherstürzenden Rosse und Reuter zu Boden: auch die vorderen Reihen der Legionen werden hierdurch in Verwirrung gebracht, und viele derer, die in den ersten Gliedern standen, durch die in wilder Gewalt durch die Schaaren gejagten Rosse und Wagen niedergerissen".

13. *gallica acies nullum spatium respirandi recipiendique se dedit:* P m. 2. M. — P m. 1.: spatium respicarendi recipiendique. Cf. 2, 50.: mox ut respirandi superior locus spatium dedit recipiendique a pavore tanto animum, pepulere etiam subeuntes. 6, 24.: iam non reci-

nullum spatium respirandi recipiendique se dedit. vociferare Decius, quo fugerent quamve in fuga spem haberent, obsistere cedentibus ac revocare fusos: deinde ut nulla vi perculsos sustinere poterat, patrem P. Decium nomine compellans „quid ultra moror“ inquit „familiare fatum? datum hoc nostro generi est ut luendis periculis publicis piacula simus: iam ego mecum hostium legiones mactandas Telluri ac diis manibus dabo“. haec locutus M. Livium pontificem, quem descendens in aciem digredi vetuerat ab se, praeire iussit verba quibus se legionesque hostium pro exercitu populi Romani Quiritum devoveret. devotus inde eadem precatione eodemque habitu quo pater P. Decius ad Veserim bello Latino se iusserat devoveri, cum secundum sollemnes precationes adiecisset prae se agere sese formidinem ac fugam caedemque ac cruorem, caelestium infer-

piebat se romanus miles. — Recc. quidam codd.: simul ac territos hostes uidit. Cf. 6, 1.: simul primum magistratu abiit.

1. *uociferare:* PM rell.] vociferari. Cf. 7, 12. — Voss. II. Pal. 3. al.: quamue in fugam spem haberent. — Recc. quidam codd.: ac reuocare suos.

5. *quid ultra moror inquit familiare fatum:* PM. — Cod. Gärtn.: morer. — Lov. 4.: familiare factum. — Paulo post PM: iam ego mecum hostium legiones mactandas telluri ac diis manibus dabo. Pall. 1. 3.: legiones hostium metandas cet. Leid. I.: macandas. Cf. Tac. Ann. 2, 13.: perfidos et ruptores pacis ultioni et gloriae mactandos.

10. *quibus se legionesque hostium pro exercitu pr̄r.* (P: p̄r.) *Quiritum deuoueret:* P m. 2. M. — P m. 1.: se legiones hostium. — M: qritū. P m. 2.: quiritium.

11. *deuotus inde eadem precatione eodemque habitu quo pater P. Decius ad Veserim bello latino se iusserat deuoueri:* PM. Cf. 8, 9.: ipse incinctus cinctu Gabino armatus in equum insiliuit ac se in medios hostes inmisit. 8, 8.: pugnatum est haud procul radicibus Vesuvii montis qua via ad Veserim ferebat. — Voss. II.: ad uesenum. Cod. Gärtn.: ad ueseuum. — Voss. II. Lov. 4. al.: in bello latino. — PM: secundum sollemnes precationes. Cf. 8, 9. — P: formidinem ac fugam caedemque acruore caelestium cet.

15. *caelestium infernorum iras:* P al.] caelestium inferorum iras (M Leid. I. al.). Cf. 24, 38.: superi inferniquedi (Put.).

norum iras, contracturum funebribus diris signa tela arma hostium, locumque eundem suae pestis ac Gallorum ac Samnitium fore —, haec exsecratus in se hostesque qua confertissimam cernebat Gallorum aciem concitat equum inferensque se ipse infestis telis est interfectus.

XXIX. Vix humanae inde opis videri pugna potuit: Romani duce amisso, quae res terrori alias esse solet, sistere fugam ac novam de integro velle instaurare pugnam: Galli et maxime globus circumstans consulis corpus velut alienata mente vana in cassum iactare tela, torpere quidam et nec pugnae meminisse nec fugae, at ex parte altera pon-

...irg. Aen. 6, 106. — Cod, ...g. al.: infernorumque.

1. *contracturum funebribus diris signa tela arma hostium:* PM omnesque prope et Pall. et Drak. codd.] contacturum cet. — Multo fortius atque elegantius esse *contracturum* quam *contacturum* facile est intellectu, praesertim cum idem exprimatur pontificis Livii verbis „rapere ad se ac vocare Decium devotam secum aciem". „Vor sich her jage er in die feindlichen Reihen Furcht und Flucht und Mord und Blut, der Himmlischen und der Manen (8, 9.) Zorn, mit hinab ziehen werde er durch die grausen Verwünschungen die Fahnen und Waffen der Feinde, und wo er falle werde auch das Grab der Gallier und Samniter sein".

2. *suae pestis ac Gallorum ac Samnitium:* PM Leid. I. Voss. II. al.] suae pestis et Gallorum cet. — *Ac* referendum est h. l. ad *eundem*. — M: haec execratus. — P m. 1.: qua conuertissimā cernebat. m. 2.: confertissimam. — M: concitat eqū. — PM: inferensque se ipse. Voss. I. al.: se ipsum. — PM: est interfectus. Recc. codd.: interfectus est.

6. *uix humanae inde opis uideri pugna potuit:* PM: „kaum konnte der Kampf jetzt noch als ein Werk menschlicher Kraft erscheinen". — PM: quae res terrori alias („sonst") esse solet. Recc. codd.: aliis. — M: globus circumstans consulis corpus, P: cos̄. corpus.

11. *at ex parte altera:* P m. 2. — P m. 1.: ad ex parte cet. M m. 1.: nec fuga & ex parte altera. m. 4.: nec fugæ & ex cet. cf. 3, 11. 8, 38. — Cod. Haverc.: „iusseratque pro praetore esse". In PM duae scripturae coniunctae videntur (cf. 2, 7.: fieri). P: „iusseratq. ꝓpe ꝓpr̄. ēē": i. e.

tifex Livius, cui lictores Decius tradiderat iusseratque pro praetore esse, vociferari vicisse Romanos defunctos consulis fato, Gallos Samnitesque Telluris matris ac deorum manium esse, rapere ad se ac vocare Decium devotam secum aciem furiarumque ac formidinis plena omnia ad hostes esse. superveniunt deinde his restituentibus pugnam L. Cornelius Scipio et C. Marcius cum subsidiis ex novissima acie iussu Q. Fabi consulis ad praesidium collegae missi: ibi au-

prope propraetorem esse. M: „iusseratque prope p̄. tr̄. ēē": i. e. prope praetorem esse. Pall. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. multique alii codd.: iusseratque prope esse. Cod. Klock.: „iusseratque propt. pop. rom. esse": i. e. pro praetore populi romani esse: quae vera haberi posset scriptura, nisi multi loci eius mscripti docerent, nimis saepe librarium in paulo difficilioribus rebus ingenio suo indulsisse. sequenda igitur videbatur codicis Haverc. scriptura, qua Decius moriturus Livium pontificem iussisse dicitur suo loco praetoris vice fungi: vocem *praetoris* autem haud raro ea significatione apud Livium legi notum est. cf. 21, 3.: minime decet iuventutem nostram — adsuefacere libidini praetorum. 10, 25.: praepositoque castris L. Scipione pro praetore. — Voss. II.: consulis facto. PM rell.: uociferari (7, 12.) uicisse romanos defunctos consulis fato: „gesiegt hätten die Römer nachdem der Consul sich für sie geopfert: Gallier und Samniter wären jetzt der Mutter Erde und den unterirdischen Göttern verfallen, hin zu sich ziehe und rufe Decius das mit ihm dem Tode geweihte Heer, und überall wo der Feind wäre da umgäben ihn die Furien und die Schreckbilder der Furcht". — M: telluris matris ac dōrū | manniū ēē. — Voss. I. al.: rapere ad se, aduocare decium. — P m. 1.: ab hostes. m. 2.: ad hostes. Lov. 4.: apud hostes esse.

6. *his restituentibus pugnam:* M. Deinde scriptum est in M: „i. cornelius scipio et c. marcius": cuius *i* loco et in cod. Sig. et in Pall. Drakenb. libris recte scriptum est „L. Cornelius Scipio". — P: is (m. 2.: iis) restituentib. pugnam cornelius scipio et c. marcius. — In Leid. I. Lov. 4. al. excidit *C.* — PM: iussu. q̄. fabi cos. Voss. II. Lov. 4. al.: iussuque fabii consulis.

8. *ibi auditur P. Decii euentus ingens hortamen ad omnia pro rep̄.* (M: r̄p̄.) *audenda:* P m. 1. M: „dort hören sie, wie P. Decius Ende

ditur P. Decii eventus — ingens hortamen ad omnia pro re publica audenda: itaque cum Galli structis ante se scutis conferti starent nec facilis pede conlato videretur pugna, iussu legatorum conlecta humi pila quae strata inter duas acies iacebant, atque in testudinem hostium coniecta: quibus plerisque in scuta verrutisque in corpora ipsa fixis sternitur cuneus ita ut magna pars integris corporibus attoniti

genommen — ein mächtiger Antrieb Alles für den Staat zu wagen". Latinius non *ibi* sed *ubi* scribi voluit, ut *ingens hortamen* non appositio vocis *eventus* sed apodosis esset: „als sie vom Tode des Decius vernommen, da ergreift sie die hohe Mahnung Alles für den Staat zu wagen": idque *ubi* non modo in recentioribus quibusdam codd. scriptum est, sed etiam manu antiqua in P supra *ibi* adiectum. sed praeter antiquioris scripturae auctoritatem et structura totius loci et omissum verbum hanc alteram interpretationem minus videntur adiuvare.

4. *conlecta humi pila quae strata inter duas acies iacebant:* PM: nisi quod in M scriptum est „aciēs". „Da raffen sie die auf dem Boden zwischen beiden Schlachtlinien zerstreut liegenden Wurfpfeile auf und schleudern sie in die Schildwand der Feinde". Et pro liberiore Liviana coniungendorum verborum ratione *humi* facile ad *strata* referri potest, et similis locus Plin. 8, 42. 65. a Drakenborchio laudatus „iam tela humi collecta equiti porrigunt" vel *humi collecta* („die von der Erde aufgerafften Geschosse") iungi posse docet. — Paulo ante P: nec facilis pedes olato uideretur pugna.

5. *quibus plerisque in scuta uerrutisque in corpora ipsa fixis sternitur cuneus:* „während die meisten davon in die Schilde, die scharf zugespitzten Wurfpfeile aber in die Körper selbst drangen, da stürzt die keilförmige Masse zu Boden, so dass ein grosser Theil auch ohne verletzt zu sein durch den Sturz der Übrigen mit niedergerissen ward". — P: quibus plerisque in scuta uerrutis in corpora ipsa fixis. M: „quibus plerisq. in stuta ueraris | q. rutis in corpora ipsa fixis". Cum similis Mediceae scriptura in Leid. I. esset, Drakenb. scribendum censuit „rarisque verutis in corpora ipsa fixis": sed praeter *que* (cf. 6, 4.: laborque) nihil Parisini codicis scripturae deesse videbatur. *Verutisque* etiam in omnibus prope recc. mscriptis legitur.

conciderent: haec in sinistro cornu Romanorum fortuna variaverat. Fabius in dextro primo ut ante dictum est cunctando extraxerat diem, dein postquam nec clamor hostium nec impetus nec tela missa eandem vim habere visa, praefectis equitum iussis ad latus Samnitium circumducere alas ut signo dato in transversos quanto maximo possent impetu incurrerent, sensim suos signa inferre iussit et commovere hostem: postquam non resisti vidit et haud dubiam lassitudinem esse, tum conlectis omnibus subsidiis quae ad id tempus reservaverat, et legiones concitavit et signum ad invadendos hostes equitibus dedit. nec sustinuerunt Samnites impetum praeterque aciem ipsam Gallorum relictis in dimicatione sociis ad castra effuso cursu ferebantur: Galli testudine facta conferti stabant: tum Fabius audita morte collegae Campanorum alam — quingentos fere equites — excedere acie iubet et circumvectos ab tergo Gallicam invadere aciem, tertiae deinde legionis subsequi principes et, qua turbatum agmen hostium viderent impetu equitum, instare ac territos caedere: ipse aedem Iovi Victori spoliaque hostium cum vovisset, ad castra Samnitium perrexit, quo multitudo omnis consternata agebatur. sub ipso vallo, quia

3. *extraxerat diem:* PM. — Pal. 1.: exhauserat diem. — PM Leid. I. Voss. II. Lov. 4.: dein postquam. cf. 8, 2. 8. al. — Voss. II.: nec tela *e*missa: (28, 33. al.). — Voss. I. al.: quanto possent maximo impetu. Cf. ex. gr. 30, 25.: quanto maximo impetu poterant.

12. *praeterque aciē ipsam Gallorum:* P m. 2.: „sondern stürmten an den Galliern vorüber hin nach dem Lager". — P m. 1.: praeterque acie ipsam. M: p̄ter | q. etiam ipsam. — M: sotiis. — Voss. II. al.: cursu effuso feruntur.

16. *excedere acie iubet:* PM. — Leid. I. Voss. II. al.: excedere aciem *iu*bet. Cf. 10, 18.: ut provincia tua excederes. — Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: circumuectos a tergo. — Leid. I.: qua turbatum agmen hostium inpetu uiderent equitum. P m. 1.: in inpetu. — P: ipse eadem ioui uictori spoliaque hostium cet. Cod. Klock.: ipse interim aedem ioui tutori spoliaque cet. — Recc. duo codd.: consternata angebatur.

tantam multitudinem portae non recepere, temptata ab exclusis turba suorum pugna est: ibi Gellius Egnatius imperator Samnitium cecidit: conpulsi deinde intra vallum Samnites parvoque certamine capta castra et Galli ab tergo circumventi. caesa eo die hostium viginti quinque milia, octo capta. nec incruenta victoria fuit, nam ex P. Decii exercitu caesa septem milia, ex Fabi mille septingenti. Fabius dimissis ad quaerendum collegae corpus spolia hostium coniecta in acervum Iovi Victori cremavit: consulis corpus eo die, quia obrutum superstratis Gallorum cumulis erat, inveniri non potuit, postero die inventum relatumque est cum multis militum lacrumis: intermissa inde omnium aliarum rerum cura Fabius collegae funus omni honore laudibusque meritis celebrat.

XXX. Et in Etruria per eosdem dies ab Cn. Fulvio propraetore res ex sententia gesta, et praeter ingentem in-

1. *temptata ab exclusis turba suorum pugna est:* P. — M: temptatā. — M: ibi gellius egnatius imperator samnitium cecidit. P m. 1.: ubi gellius imperator cet. m. 2.: ibi. — Voss. II.: et galli a tergo circumuenti.

5. *caesa eo die hostium XXV mil. octo capta:* PM. — Quae sequuntur verba „nec incruenta uictoria fuit nam" exciderunt in Drakenb. codicibus. — PM: „nam ex p̄. decii exercitu caesa VII. ex fabi mille (M: mıl) acc." Drakenborchio auctore iam I. Bekkerus al. scripserunt *mille septingenti.* cf. 10, 14.: capti octingenti ferme et triginta. — Cod. Gärtn.: mille et ducenti. Voss. II.: mille ducenti.

7. *Fabius dimissis ad quaerendum collegae corpus:* P m. 2. M. — P m. 1.: at quaerendū. — Voss. II. al.: q. fabius. — Cod. Neapol. Latinii: collecta in aceruum. Voss. I. al.: connecta. — Leid. I.: concremauit. — PM: quia obrutum superstratis gallorum cumulis erat. Voss. I. al.: quo obrutum cet. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: tumulis. — PM: cum multis militum lacrumis.

15. *per eosdem dies:* PM rell.] per eos dies (cod. Harl. rec.). — P m. 2.: ab cn̄. fuluio p̄p̄r. res ex sententia gesta. m. 1.: ex sententiaq. („nach Wunsch"). Cf. 23, 11.: „si ita faxitis Romani, vestrae res meliores facilioresque erunt magisque ex sententia res pu-

latam populationibus agrorum hosti cladem pugnatum etiam egregie est Perusinorumque et Clusinorum caesa amplius milia tria et signa militaria ad viginti capta. Samnitium agmen cum per Pelignum agrum fugeret, circumventum a Pelignis est: ex milibus quinque ad mille caesi. — Magna

blica vestra vobis procedet victoriaque duelli pop. rom. erit". 10, 11.: comitia ex sententia principum habita. — M: „per eosdem dies cn̄. fuluio propr̄. res ex sententia gesta". Utraque scriptura vera esse potest. — Voss. II. Lov. 4. al.: pro consule populi romani. — Cod. Sig. al.: *nam* praeter ingentem cet. — M m. 1.: claudē. m. 2.: cladē. — P: purusinorumque et clusinorum. M: pusinorū | cesa amplius cet. Recc. codd.: perusinorum et clusinorum. — PM: caesa amplius milia III. et signa mil. ad uiginti capta. Pall. et Drak. codd.: signa militaria ad quindecim capta. Cod. Klock.: ad xx capta. — PM: ex milibus quinque ad mille caesi („gegen tausend").

5. *magna eius diei quo in Sentinati* (10, 27.) *agro bellatum fama est etiam uero stanti:* PM: („auch wenn man bei der Wahrheit stehen bleibt"). — PM: sed superiecere quidam augendo fidem: „einige dagegen haben aus Vergrösserungslust die Grenze des Wahrscheinlichen überschritten". Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: super-

iacere. — Deinde scriptum est in P „qui in hostium exercitu peditum XI CCCXXX equitum sex & XL. mil. mille carpentorum scripsere fuisse". in cod. Klock.: „peditum XICCCXXX equitum VI, & XL. mil' carpentorum". in M: „peditum X. CCCXXX. equitū | VI & XL mil. mille carpentorum scribsere fuisse". — Proxima vero videtur Klockiani cod. scriptura esse. nam quod in ea etiam *XI* pro *Xl* scriptum videmus, hoc eodem mendo factum videtur, quo tot locis *l i I* inter se permutata sunt. non enim X vel *XI* milium numerum prae ea quam illi concepisse dicantur magnitudine verum haberi posse, vel me indicente quemquam praeterierit. et quod in PM *mil mille* scriptum est, neglegentiae cuidam librariorum videri potest deberi, praesertim cum eadem haec 10, 29. „mille septingenti" in eisdem codd. confusa videamus. si quis vero ne hoc quidem loco optimorum mscriptorum auctoritatem neglegendam esse censet et scribendum „equitum sex et quadraginta milia", is non videtur reputasse, nihil prorsus

eius diei quo in Sentinati agro bellatum fama est etiam vero stanti: sed superiecere quidam augendo fidem, qui in hostium exercitu peditum quadraginta milia trecentos triginta, equitum sex milia et quadraginta, mille carpentorum scripsere fuisse, scilicet cum Umbris Tuscisque quos et ipsos pugnae adfuisse: et ut Romanorum quoque augerent copias, L. Volumnium pro consule ducem consulibus exercitumque eius legionibus consulum adiciunt. in pluribus annalibus duorum ea consulum propria victoria est, Volumnius in Samnio interim res gerit Samnitiumque exercitum in Tifernum montem conpulsum non deterritus iniquitate loci fun-

ab Livio ipso 10, 28. de simili hostium equitatus multitudine scriptum legi. An vero Glareanus recte viderit, qui „equitum sex milia et quadringentos" (cf. 1, 53.) scribi voluerit, dubito. sed cum in codd. mscriptis is numerus nusquam inveniatur, id potissimum virum doctum induxerit, ut coniectura illa uti vellet, quod eius generis summas tam exacto numero exquiri potuisse vix veri simile esset. nec tamen in eo est neglegendum, non de vero numero h. l. agi sed de scriptorum quorundam augendarum rerum studiis: cuius rei simile quid 3, 5. legimus, quo loco Antias Valerius subtiliter exsequendo numerum scripsisse traditur, praedatorum interfecta esse quattuor milia ducentos et triginta. si vero libere dicendum est quid senserim, metathesi illa qua saepissime in optimis libris erratum est, et hunc locum corruptum esse persuasum habeo, manuque antiqua scriptum fuisse „sex et XL mil. peditum X (vel „XI") CCC XXX equitum mille carpentorum" cet. hoc tamen, quamvis mihi vero simillimum videatur esse, pro certo affirmari non posse, facile concesserim.

6. *et ut Romanorum quoque augerent copias:* P m. 2. M: nam m. 1. in P *et ut* praeterierat. — PM Leid. 1. cod. Klock. al. „l. uolumnium pro consule ducem consulibus exercitumque eius legionibus consulum adiciunt". C. Sigonius *ducem* induci voluit.

8. *in pluribus annalibus duorum ea consulum propria uictoria est:* M. — P: duorum ea consulum proprie uictoria est uolumnius in samnio interim fescerit samnitiumque cet. Cf. 7, 9.: quaesita ea propria familiae laus. — PM: in tifernum montem. Cf. 9, 44. Sigonius „in Trifernum" scribi voluit.

dit fugatque. — Q. Fabius Deciano exercitu relicto in Etruriae praesidio suis legionibus deductis ad urbem de Gallis Etruscisque ac Samnitibus triumphavit: milites triumphantem secuti sunt: celebrata inconditis militaribus iocis non magis

1. *Deciano exercitu relicto in Etruriae praesidio:* PM Leid. I. cod. Klock. al.] Deciano exercitu relicto in Etruria. Cf. 9, 15.: Samnites qui Luceriae in praesidio erant. 29, 7.: L. Scipione fratre in praesidio ibi relicto. 40, 27.: duae cohortes et triarii duarum legionum in praesidio castrorum manere iussi. al. — In P excidit *Q.* ante *Fabius.*

4. *inconditis militaribus iocis:* cod. Portug. Oxon. B.] inconditis carminibus militaribus. — Cum nec *carminibus* nec *iocis* h. l. in antiquis libris legatur, similis tamen vox deesse vix possit, codicis Port. auctoritatem secuti sumus, et quod *iocis* post *ibus* a librariis facile praetermitti potuit, nec raro in illo quamvis recenti libro optimorum codicum scripturae servatae leguntur: quamquam *carminibus* non multo peius videtur, nisi quod omni scriptorum librorum auctoritate caret. Cf. tamen T. Livi l. XXX. p. LII. 2. Liv. 5, 49.: dictator — triumphans in urbem redit interque iocos militares, quos inconditos iaciunt, Romulos ac parens patriae conditorque alter urbis haud vanis laudibus appellabatur. 7, 38.: consules ambo de Samnitibus triumpharunt sequente Decio insigni cum laude donisque, cum incondito militari ioco haud minus tribuni celebre nomen quam consulum esset. 7, 10.: inter carminum prope modum incondita quaedam militariter ioculantes. 4, 20.: in eum milites carmina incondita aequantes cum Romulo canere. 39, 7. — P: „non magis q̃. fabii quam mors praeclara p̃. deci est:" sed iam antiqua manus adiecit *uictoria.* — M: ñ magis victoria q̃. fabii quam mors praeclara p̃. decii est. — PM: „excitataque memoria parentis aequata euentu publico priuatoque fili (M m. 2.: filii) laudibus". *Laudibus* non dativus sed ablativus est: non enim ad milites haec postrema verba referri possunt („dessen Verdienst sie dem des Sohnes gleich stellten"), sed a scriptore ita adiecta videntur ut doceret qui fieri potuisset ut milites Decii patris mentionem inferrent: „auch erneuerten sie das Andenken an den Vater, dem das Verdienst des Sohnes in seinen Folgen für den Staat wie für

victoria Q. Fabii quam mors praeclara P. Deci est, excitataque memoria parentis aequata eventu publico privatoque filii laudibus. data ex praeda militibus aeris octogeni bini sagaque et tunicae, praemia illa tempestate militiae haudquaquam spernenda.

XXXI. His itaque rebus gestis nec in Samnitibus adhuc nec in Etruria pax erat: nam et Perusinis auctoribus post deductum ab consule exercitum rebellatum fuerat, et Samnites praedatum in agrum Vescinum Formianumque et partem aliam in Aeserninum quaeque Vulturno adiacet flumini descendere. adversus eos Ap. Claudius praetor cum

ihn selbst so gleich kam". — Leid. I.: excitata memoria parentis.

4. *praemia illa tempestate militiae haudquaquam* (M: haudquāquā) *spernenda:* PM: „Belohnungen für den Krieger, die in jener Zeit keinesweges für unbedeutend galten". *Militiae* igitur non tam ad *tempestate* quam ad *praemia* pertinet, sed verba *illa tempestate* ita collocata sunt, quo maior vis in eis inesset. — Paulo ante scriptum est in PM „aeris octogenis bini", in P etiam m. 1.: octogenis binis agate & unicae: m. 2.: agaque & unicae.

6. *his itaq. rebus gestis* („ungeachtet dieser und zwar für die Römer so glücklichen Kämpfe"): P al.] his ita rebus gestis (M). — Voss. II. al.: post deductum a consule exercitum.

9. *et partem aliam* („und auf der anderen Seite"): PM Leid. I. cod. Klock. Pall. al.] et parte alia. — In his verbis Romanos accusativo pro ablativo usos esse vel *maximam partem* al. docent. — PM rell.: in agrum uestinum. Cf. 10, 20. — P: porminūque et partem aliā | in aeseruniū quaeq. cet. M: forminūq. et partē aliam in aeserniū queq. cet. Cf. 8, 14.: Formianis. 27, 10.: Beneventani et Aesernini (Put.). — „Quaeque Vulturno adiacent flumini" in cod. Klockiano scripta fuisse dicuntur: in PM et in rell. codd. scriptum est *adiacet*, ut vix dubium sit quin Liv. *pars* suppleri voluerit.

11. *aduersus eos Ap. Claudius ptr.* (P: p̄r.) *cum exercitu Deciano missus:* M m. 2. P. — M m. 1.: cum exercitu relicto in &ruriae deciano cet. — P: in etruria rebellantē deno (m. 2.: denuo). — PM: IIII & quingentos perusinorum occidit. — Paulo post P m. 1.: qui redemti. P m. 2. M: qui redempti singuli aeris trecentis decem.

exercitu Deciano missus: Fabius in Etruria rebellante denuo quattuor milia et quingentos Perusinorum occidit, cepit ad mille septingentos quadraginta, qui redempti singuli aeris trecentis decem: praeda alia omnis militibus concessa. Samnitium legiones, cum partem Ap. Claudius praetor partem L. Volumnius pro consule sequeretur, in agrum Stellatem convenerunt: ibi et Samnitium omnes considunt et Appius Volumniusque castra coniungunt: pugnatum infestissimis animis hinc ira stimulante adversus rebellantes totiens, illinc ab ultima iam dimicantibus spe: caesa ergo Samnitium sedecim milia trecenti, capta duo milia septingenti: ex Romano exercitu cecidere duo milia septingenti. Felix annus bellicis rebus, pestilentia gravis prodigiisque sollicitus: nam et terram multifariam pluvisse et in exercitu Ap.

5. *cum partem Ap. Claudius ptr.* (P: p̄r.) *partem L. Volumnius pro consule sequeretur:* PM] cum partim — partim cet. Cf. 5, 24.: ceterum partem plebi partem senatui destinabant habitandos Veios. — In Drakenb. quoque codd. *partem — partem* videtur scriptum fuisse, quamquam Drakenborchius *partim — partem* vidisse vult. — I. Fr. Gron. malebat *sequerentur* scribi. 10, 27.

7. *ibi et Samnitium omnes considunt:* M. 10, 14. — P: ibi ad samnitium omnes cet. — M: hinc ira stimulante aduersus rebellantes totiens illinc ab ultima iam dimicantibus spe. P: hinc irā stimulante aduersus rebellantes totiens illinc ab (m. 2.: ad) ultimam iam dimicantibus spem.

10. *caesa ergo Samnitium XVI trecenti:* PM. Non *sexdecim* sed *sedecim* aut *decem sex* in antiquioribus libris scriptum legi diximus ad T. Livi l. xxx. p. lxxv. — P: capta duo milia septingenti ex romano exercitu cecidere duo milia septingenti. M: capta duo mil | septingenti felix annus cet. Duo recc. codd.: capta duo millia & ducenta. Cf. 10, 15.

14. *nam et terram multifariam pluuisse:* PM rell. — PM: plerosque fulminibus ictos. Harl. rec.: fulmine. Cf. 22, 1. — *Plerosque* h. l. nihil aliud significare posse quam *multos permultos* neminem fugerit, videtur in hoc dicendi genere ellipsis quaedam inesse, quasi scriptor dicere voluerit: et prodigiis et pestilentia annum gravem fuisse

Claudii plerosque fulminibus ictos nuntiatum est, librique ob haec aditi. eo anno Q. Fabius Gurges consulis filius aliquot matronas ad populum stupri damnatas pecunia multavit, ex quo multaticio aere Veneris aedem quae prope circum est faciendam curavit. — Supersunt etiam nunc Samnitium bella, quae continua per quartum iam volumen annumque sextum et quadragesimum a M. Valerio A. Cornelio consulibus, qui primi Samnio arma intulerunt, agimus. et ne tot annorum clades utriusque gentis laboresque actos

multosque in exercitu Ap. Claudii mortuos esse, plerosque eorum etiam fulminibus ictos. Simili modo similes locos interpretari possumus, velut 10, 13. „eo anno plerisque dies dicta ab aedilibus“: cum multi essent eo anno qui plus quam quod lege finitum erat possiderent, plerisque eorum ab aedilibus diem dictam esse. — M: librique ob hec | adicic. P: aditi.

2. *eo anno Q. Fabius Gurges cons.* (P: coš.) *filius aliquot matronas ad populum stupri damnatas pecunia multauit:* P m. 2. M. Cf. 10, 14.: Maximum fil. — P m. 1.: aliquod matronas ad populum stupriis damnatas. Cf. 25, 2. ubi in Put. sic scriptum est: „aediles plebei aliquod matronas *aput* populum probri accusarunt“. 3, 10.: apud populum. — P: ex quo multaticio aere. M: ex quo multatio aere. m. 2.: multato. — Paulo post scriptum est in M „samnitū bella“. — M m. 2.: per quartum iam uolumen annumque sextum et quadragesimum. m. 1.: quadragensimum. P: quadragissimum. *Volumen* idem quod *librum* esse nemo non videt. — PM: „a m̄. ualerio ā. cornelio consule“. Leid. I.: „a m̄. ualerio consule“. sed iam in omnibus prope recc. codd. emendate ut videtur scriptum est *consulibus.* — PM rell: *agimus*: „die ich nun schon ununterbrochen vier Bücher hindurch verfolge“.

9. *et ne tot annorum clades utriusque gentis laboresque actos nunc referam* cet.: M: „und um nicht noch einmal alle die Verluste anzuführen, die in der Reihe so vieler Jahre beide Völker erlitten, ohne dass jene unbeugsamen Naturen gebändigt werden konnten, *so erwäge man nur dies*, wie die Samniter allein in dem letzten Jahre im Sentinatischen, Pelignischen, am Tifernus und im Stellatischen Gebiete, theils mit ihren Truppen allein kämpfend theils fremden Völkern zugesellt — ge-

nunc referam quibus nequiverint tamen dura illa pectora vinci, proximo anno Samnites in Sentinati agro Pelignis ad Tifernum Stellatibus campis, suis ipsi legionibus, mixti alienis, ab quattuor exercitibus quattuor ducibus Romanis caesi fuerant, imperatorem clarissimum gentis suae amiserant, socios belli Etruscos Umbros Gallos in eadem fortuna videbant qua ipsi erant, nec suis nec externis viribus iam stare poterant —: tamen bello non abstinebant: adeo ne infeliciter quidem defensae libertatis taedebat et vinci quam non temptare victoriam malebant. quinam sit ille quem pigeat

schlagen worden, ihren grössten Feldherrn verloren hatten, ihre Bundesgenossen denselben Schicksale wie sich selbst unterliegen sahen, und sich weder durch eigene noch fremde Kraft aufrecht erhalten konnten! Und aller dieser Verluste ungeachtet begannen sie doch den Krieg wieder von neuem!" u. s. w. Ellipsi eius generis, qua nihil magis orationis vim augere poterat, Livium persaepe usum esse videmus: ex. gr. in prooemio: „et si cui populo licere oportet consecrare origines suas et ad deos referre auctores, † ea belli gloria est populo romano ut" cet. „so bedenke man, dass der Kriegsruhm des röm. Volkes so gross ist dass". — P m. 1.: et ne tot annorum claude. m. 2.: clade. — Leid. 1. Lov. 4. al.: quibus nequiuerint tamen duriora pectora uinci. Cod. Klock. multique recc. codd.: nequiuerunt. — P: in sentinati agros. — P: stellantib; căpis. Cf. 9, 44. 22, 13. Put.: in campum stellatem descendit. — M: ab IIII exercitib. quattuor ducib. romanis caesi fuerant imperatorem clarisisimū m. 2.: clarissimū. — P: „caesi fuerant inperatores etruscos umbros" cet. mediis praetermissis. — P: in eadem fortuna uidebant quā ipsi erant. — Voss. II.: tamen non abstinebant bello. — P m. 1. M: et uinci quam non temptare uictoriam mallebant. P m. 2.: malebant. Cf. 10, 26.: sin collega quid aliud malit.

10. *quinam sit ille quem pigeat longinquitatis bellorum scribendo legendoque:* PM cod. Klock. (Leid. 1. Voss. II. Lov. 4.) al.: „Wie müsste der Geschichtschreiber oder Leser erscheinen, den eine Unlust anwandeln könnte über die lange Dauer dieser Kriege, deren die welche sie führten nicht müde werden konnten". Drakenb.:

longinquitatis bellorum scribendo legendoque, quae gerentes non fatigaverunt?

XXXII. Q. Fabium P. Decium L. Postumius Megellus et M. Atilius Regulus consules secuti sunt. Samnium ambobus decreta provincia est, quia tres scriptos hostium exercitus, uno Etruriam altero populationes Campaniae repeti, tertium tuendis parari finibus fama erat. Postumium valetudo adversa Romae tenuit, Atilius extemplo profectus ut in Samnio hostis — ita enim placuerat patribus — non-

quem *non* pigeat: „wer sollte da nicht die Lust verlieren —, während die welche die Kriege führten, derselben nicht müde werden konnten". Cf. 6, 12.: non dubito, praeter *satietatem* tot iam libris adsidua bella cum Vulscis gesta legentibus illud quoque succursurum cet. Facile sane fieri potuit, ut *non* adiiciendum videretur, cum non *fatigaverint* sed *fatigaverunt* scriptum esset. — Leid. I. al.: longinquitates. Voss. II.: scribendo legendoque ea quae. — Cf. 9, 17.: nihil minus quaesitum a principio huius operis videri potest, quam ut plus iusto ab rerum ordine declinarem varietatibusque distinguendo opere et legentibus velut deverticula amoena et requiem animo meo quaererem.

3. *Q. Fabium P. Decium L. Postumius Megellus et M. Atilius Regulus cos. secuti sunt:* PM. — Duo recc. codd.: Q. Fabium et P. Decium. — M: decreta prouintia est quia tres scribtos hostium exercitus. m. 2.: scriptos. Cf. 10, 23.: nupta. — Leid. I. Lov. 4.: populatione. Voss. II. al.: populationem. — P Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: repetit.

9. *ut in Samnio hostis ita enim placuerat patribus nondum regressos opprimeret:* M m. 1. P] ut in Samnio hostes (M m. 2.) — nondum egressos opprimeret. — Ad *regressos* supplendum esse *in Etruriam et in Campaniam* haud difficile est intellectu. *regressos* igitur, quod etiam in Leid. I. Lov. 4. multisque aliis codd. repertum est, rectissime se habet respondetque antecedenti verbo *repeti:* ut enim Samnites anno ante Campaniam populati erant, in Etruria cum Tuscis adversus Romanos pugnaverant, sic iam nuntiatum erat eos et in Etruriam et in Campaniam regressuros esse. quod in Pall. 1. 3. scriptum esse dicitur „ut dum egressos" persuadet in antiquiore libro scriptum fuisse *hautdum regressos.*

dum regressos opprimeret. velut ex conposito ibi obvium habuere hostem, ubi et intrare vastare ipsi Samnitium agrum prohiberentur, et regredi inde in pacata sociorumque populi Romani fines Samnitem prohiberent. cum castra castris conlata essent, quod vix Romanus totiens victor auderet, ausi

6. *uelut ex conposito ibi obuium habuere hostem ubi et intrare uastare ipsi Samnitium agrum prohiberentur et regredi inde in pacata sociorumque p̄r. fines Samnitem prohiberent:* M Leid. I.] velut ex composito ibi obvium habuere hostem, ubi et intrare nedum vastare ipsi Samnitium agrum prohiberentur, et egredi inde cet. — Idem quod in M repperimus quoque in P, nisi quod m. 1. „ubi et uastare ipsa samnitiū agrum", m. 2.: „ubi et uastare ipsi" scriptum erat. In cod. Sig. aliisque recc. libris non *habuere* (scil. Romani et Samnites) sed *habuit* inventum est, quasi hoc verbum ad unum Atilium referendum esset. Quod deinde sequitur, ad Samnites et ad Romanos ita pertinet ut, cum in Samnitis agri finibus congressi essent, alteri alteros prohibuisse dicantur, ne id quod voluerant perficere possent. Particulam *nedum* tamen induximus, et quod ea in nullo nec antiquo nec recenti codice scripto inventa videtur, et quod nullus scriptor magis quam Livius asyndetis verbis usus est. Postremo restituimus *regredi*, quod h. l. in omnibus codd. scriptum est, eisdem quibus paulo ante causis inducti. In Voss. II. Lov. 4. multisque aliis libris scriptum est „ubi et intrare uastare ibi samnitium agrum prohiberentur", in duobus recentissimis libris „ubi intrare et uast," „ubi intrare ac uastare". „Dort an der Grenze stiessen beide Theile, gleich als ob sie von ihrem Ausmarsche gegenseitig gewusst, aufeinander, um einer Seits den Römer zu verhindern das Samnitische Gebiet zu betreten und zu plündern, andrer Seits um den Samniter zu hindern, nach den bereits beruhigten Ländern (Etrurien) oder in das Gebiet der römischen Bundesgenossen (Campanien) zurückzukehren". Cf. 10, 36.: dominis — revocatis.

5. *quod uix romanus totiens uictor auderet:* PM. Haec verba ad ea quae sequuntur pertinere neminem praeterierit. — PM: „tantum desperatio ultima temeritatis facit": i. e. tantum temeritatis facit ultima desperatio. — Voss. I. multique alii codd.: et quamquam non uenit tam audax inceptum ad finem.

Samnites sunt — tantum desperatio ultima temeritatis facit — castra Romana oppugnare, et quamquam non venit ad finem tam audax inceptum, tamen haud omnino vanum fuit, nebula erat ad multum diei densa adeo ut lucis usum eriperet, non prospectu modo extra vallum adempto sed propinquo etiam congredientium inter se conspectu: hac velut latebra insidiarum freti Samnites vixdum satis certa luce et eam ipsam premente calligine ad stationem Romanam in porta segniter agentem vigilias perveniunt: improviso oppressis nec animi satis ad resistendum nec virium fuit: ab tergo castrorum decumana porta impetus factus, itaque captum quaestorium quaestorque ibi L. Opimius Pansa occisus: conclamatum inde ad arma.

XXXIII. Consul tumultu excitus cohortes duas sociorum Lucanam Suessanamque, quae proximae forte erant, tueri praetorium iubet, manipulos legionum principali via

4. *nebula erat ad multum diei densa adeo:* PM. Dein scriptum est in PM Leid. 1. *adepto* pro „adēpto". — Leid. 1. al.: ac uelut latebra insidiarum freti. — P: „et eam ipsa † premente calligine" una littera erasa. *Calligine* cum PM scripsimus, quod duplici *l* haec vox in antiquioribus codd. scripta legitur: ex. gr. 29, 27. in Put. Bamberg.

13. *conclamatum inde ad arma:* PM al. — Lov. 4.: deinde.

14. *coš. tumultu excitus:* P m. 2. M. — P m. 1.: coš. tumultus exercitus. — M: cohortes duas sotiorum lucanam suessenamq.

16. *manipulos legionum principali uia induci:* P al.] manipulos — inducit (M). Non ipsum consulem legiones in hostem induxisse, quod in tanto tumultu ne utile quidem fuisset, sed eum mediis in castris substitisse, sequentia docere videntur. cur vero Romani principali via inducti dicantur, cum directa via eos in portam decumanam perrexisse oporteret, expedire non possum, nisi *inducere* h. l. idem quod *instruere* significarit. Samnites portam decumanam aggressi quaestorium ceperant: quo tumultu excitus cōnsul lata via principali, quae a sinistra porta principali ad dextram portam (cf. 4, 19.) ducebat, manipulatim milites instruit, ut inde hostes adorirentur. poterat igitur consul legiones aut porta praetoria aut dextra sinistrave principali educere, ut

induci: vixdum satis aptatis armis in ordines eunt et clamore magis quam oculis hostem noscunt, nec quantus numerus sit aestimari potest: cedunt primo incerti fortunae suae et hostem introrsum in media castra accipiunt. inde cum consul vociferaretur expulsine extra vallum castra deinde sua oppugnaturi essent rogitans, clamore sublato co-

inde praeter castra ad portam decumanam pergerent hostesque a tergo aggrederentur. id tamen a Livio non traditur, sed, cum socii praetorium tueri iussi essent, Romani cessisse fortunae dicuntur Samnitesque in media castra accepti esse. non igitur in hostem induxisse consul legiones via principali videri potest, sed in via principali instruxisse, ut inde altera via, quae a praetorio ad portam decumanam ferebat, ad hanc ipsam decumanam portam ab hostibus captam pergerent hostesque ex castris pellerent, quod cum parum procederet, Samnites media in castra progressi castris ipsis potiti essent, nisi gravibus consulis verbis increpiti Romani resistere conati essent hostemque extra portam expulissent.

1. *uixdum satis aptatis armis in ordines eunt:* M: „ohne sich gehörig bewaffnet zu haben treten sie in Reihe und Glied, und erkennen den Feind mehr an seinem Geschrei als mit ihren Augen". — In P excidit *eunt*, scriptumque est paulo post „*ne* quantus numerus sit". De particulae *nec* („nicht einmal") vi cf. 7, 40.: „neque in hos meos et patriae meae milites mitior": et T. Livi l. xxx. p. xiii.

4. *inde cum consul uociferaretur expulsine extra uallum castra deinde sua oppugnaturi essent rogitans:* M: „als sich hier der Consul mit gewaltiger Stimme sie fragend vernehmen liess ob sie" u. s. w. *Rogitans*, quod in uno Lov. 4. omissum est, et Dukerus inductum voluit. — P: „inde cum cons̄. uiciferaretur expulsine extra uallum castra deinde sua oppugnaui essent rogitans": m. 2. in margine: „oppugnaturi".

6. *conixi primo resistunt:* PM] connisi cet. Cf. 9, 31.: conitenterentur. 5, 47. — Pal. 2.: primo resistere. Cf. 2, 65.: resistere primo obstinatis animis, deinde — audent ultro gradum inferre et clamore renovato commovent aciem. — PM: et inpulsos semel terrore eodem agunt quo coeperunt: „und als der Feind einmal erst wich, da drängen sie ihn mit derselben Furchtbarkeit mit der sie den letzten Angriff begonnen hatten zurück". Leid. 1. terrore eodem cogunt quo cet.

nixi primo resistunt, deinde inferunt pedem urgentque et inpulsos semel terrore eodem agunt quo coeperunt, expellunt extra portam vallumque. inde porgere ac persequi, quia turbida lux metum circa insidiarum faciebat, non ausi liberatis castris contenti receperunt se intra vallum trecentis ferme hostium occisis. Romanorum stationis primae vigiliumque et eorum qui circa quaestorium oppressi periere ad septingenti triginta. Animos inde Samnitibus non infelix audacia auxit, et non modo proferre inde castra Romanum sed ne pabulari quidem per agros suos patiebantur: retro in pacatum Soranum agrum pabulatores ibant. quarum rerum fama — tumultuosior etiam quam res erant — perlata Romam coegit L. Postumium consulem vixdum validum proficisci ex urbe; prius tamen quam exiret militibus

Cod. Portug. al.: quo coeperant. — „Quo ceperant"? nim. Samnites castra.

5. *liberatis castris contenti receperunt se intra uallum CCC ferme hostium occisis:* PM. — Cod. Klock.: liberatis castris continere se coeperunt intra uallum.

6. *uigiliumque:* P Voss. I. al. — M: stationis primae uiciumq. et eorum qui circa quaestorium oppressi. P: et eorum qui circa questorū oppressi. m. 2.: circa questorem.

7. *periere ad septingenti triginta*] periere ad septingentos triginta. — PM Leid. I.: periere ad accxxx. Voss. II. al.: periere ad cccxxx. Cf. 10, 29.: mille septingenti. 3, 62.: sexcenti fere. 3, 15.: *ad* duo milia hominum et *quingenti.*

9. *et non modo proferre inde castra Romanum sed ne pabulari quidem per agros suos paciebantur:* M. — In P, et in aliis codd. scriptum est *romanorum*, quae si vera scriptura est, non *proferre* sed *proferri* a Livio scriptum esse oportet: cf. 4, 2.: *ferri.* — M: audatia. P: patiebantur. — PM: „retro in pacatum soranum agrum pabulatores ibant" (scil. Romani). Recc. codd.: in pacatum agrum soranum.

12. *tumultuosior etiam quam res erant:* M. — P al.: quam res erat. — PM: l. postumium coš. — M: militibus edicto soram iussis conuenire. P al.: iussit. — P m. 1.: quam aedilis currulis ex multaticia pecunia faciendam curauerat dicauit. P m. 2. M: aedilis curulis. — M: ex multatia pecunia faciendam curauerat dedicauit.

edicto Soram iussis convenire ipse aedem Victoriae, quam aedilis curulis ex multaticia pecunia faciendam curaverat, dedicavit: ita ad exercitum profectus ab Sora in Samnium ad castra collegae perrexit. inde postquam Samnites diffisi duobus exercitibus resisti posse recesserunt, diversi consules ad vastandos agros urbesque oppugnandas discedunt.

XXXIV. Postumius Milioniam oppugnare adortus vi primo atque impetu dein, postquam ea parum procedebant, opere ac vineis demum iniunctis muro cepit: ibi capta iam urbe ab hora quarta usque ad octavam fere horam omnibus partibus urbis diu incerto eventu pugnatum est: postremo potitur oppido Romanus: Samnitium caesi tria milia ducenti, capti quattuor milia septingenti praeter praedam aliam. inde Feritrum ductae legiones, unde oppidani

3. *ita ad exercitum profectus ab Sora in Samnium ad castra collegae perrexit:* P. — M m. 1.: ita ad exercitum profectusorā in samniū cet. m. 3.: „profectu'sorā“: i. e. profectus soram. — Paulo post PM: diuersi („nach entgegengesetzten Seiten“) coss̄. (M: cons̄s̄.) ad uastandos agros (M m. 1.: acros) urbesque oppugnandas discedunt. Pall. Voss. II. multique alii codd.: diuisi consules — discedunt, Lov. 4. al.: descendunt.

7. *Postumius Milioniam oppugnare adortus ui primo atque impetu:* P. — M: milionam. Cod. Sig. Lov. 4. al.: miloniam. Cf. 10, 3. — M Leid. I. Voss. II. al.: adortus primo atque impetu. Lov. 4.: adortus primo inpetu. — PM: opere ac uineis demum iniunctis muro cepit. Lov. 4. al.: iunctis. Cf. 43, 19.: agger iniunctus muro est. 4, 9.

10. *ab hora IIII usq. ad VIII fere horam:* P m. 2. M. — P m. 1.: usque & VIII. — Cod. Sig.: ab hora quarta diei ad octauam cet. — Ant. Perizonius *horam* induci voluit: cf. 8, 38.: „ab hora diei tertia ad octavam“: sed cf. 6, 1.: urbem. — P m. 1.: deu incerto euentu pugnatum est. m. 2.: diu. — PM: samnitium caesi III cc. capti IIII acc. praeter praedam (M: p̄dā) aliam. Cod. Haverc.: caesi tria millia ac centum. Lov. 4.: quattuor millia et ducenti capti. Cod. Klock.: caesi tria millia ducenti capti quattuor millia ducenti. Cf. 10, 33.: septingenti triginta.

14. *inde Feritrum ducte legiones:* P Voss. II. al.] inde Ferentinum ductae legiones. —

cum omnibus rebus suis, quae ferri agique potuerunt, nocte per aversam portam silentio excesserunt. igitur simul advenit consul, primo ita conpositus instructusque moenibus successit tamquam idem quod ad Milioniam fuerat certaminis foret, deinde, ut silentium vastum in urbe nec arma nec viros in turribus ac muris vidit, avidum invadendi deserta moenia militem detinet, ne quam occultam in fraudem incautus rueret: duas turmas sociorum Latini nominis circumequitare moenia atque explorare omnia iubet. equites portam unam alteramque eadem regione in propinquo patentes conspiciunt itineribusque his vestigia nocturnae ho-

M (Leid. I.): inde fertrū ducte legiones. Lov. 4. multique recc. codd.: feretrum. — *Ferentinum* in nullo codice scriptum videtur. I. Fr. Gronovius *Treventinum* (vel potius „Treventum") scribendum coniecit. forsitan etiam *Tifernum* antiqua manu scriptum fuerit, illaque litterarum metathesi *feritrum* inde factum; videmus enim 10, 37. Postumium, exercitu a Milionia, quae Marsorum urbs (10, 3.) in Samnitium potestatem venisse videtur, traducto in Samnio versatum esse. sed in re dubia, quo maior coniecturis faciendis locus datus est, in una antiquissimorum librorum auctoritate videtur standum, praesertim cum et in aliis Italiae partibus et in Samnio tot oppida a Livio commemorata videamus, quorum nulla ab aliis scriptoribus mentio facta sit. — Leid. I. Voss. II. omnesque prope Drak. codd.: per aduersam portam.

9. *igitur simul aduenit coss̄.:* PM. — M: tamquam idem quod milionā fuerat | certaminis foret. Recc. codd.: miloniam. — M: ne quam occultam in fraudem incautus fieret. P: incautus rueret. — Deinde M: „duas turmas sotiorum" pauloque post „conspitiunt".

11. *itineribusque his:* PM] itineribusque iis. „Und auf den dorthin führenden Strassen". — Paulo ante scriptum est in M „eandē regionē", in P Voss. II. Lov. 4. al. „eandem regionem", quod propter „alter*am*" ab librariis parum diligentibus scriptum esse potest: verum cum tot loci antiquissimorum codd. persuadere videantur, multo saepius quam recentiores homines voluerint, accusativum pro ablativo ab antiquis positum esse, ne hanc quidem scriptu-

stium fugae: adequitant deinde sensim portis urbemque ex tuto rectis itineribus perviam conspiciunt et ad consulem referunt excessum urbe, solitudine haud dubia id perspicuum esse et recentibus vestigiis fugae ac strage rerum in trepidatione nocturna relictarum passim. his auditis consul ad eam partem urbis quam adierant equites circumducit agmen: constitutis haud procul porta signis quinque equites iubet intrare urbem et modicum spatium progressos tris manere eodem loco si tuta videantur, duos explorata ad se referre, qui ubi redierunt rettuleruntque eo se progressos

ram („nach derselben Richtung hin") improbare ausim,

2. *et ad consulem referunt*] ad consulem referunt. — *Et ad* scribendum videbatur, et quod in P m. 1, scriptum est „& coss. referunt", in M „& cons. referunt", in Leid. 1, Voss. 11. Lov. 4. al, „et consuli referunt", in cod. Thuan, al. „ad consulem referunt", in P m. 2. al. „ad coss. referunt", et quod *ad*, quam particulam in M saepe male praetermissam videmus, in his dicendi generibus vix deesse nec dativo permutari potest, et quod apud Livium nihil saepius legitur, quam ut trium orationis partium inter se coniungendarum in altera *que*, in tertia *et* posita sint, — P m. 2. M; excessum urbe solitudine haud dubia *id* perspicuum esse cet. P m. 1,: urbem. „Und berichten dem Consul, die Stadt sei von ihren Bewohnern verlassen: dies zeige sich" u. s. w. Gruterus *id* omisit nec improbante I. Fr. Gronovio. — P; et recentibus uestigiis fuge acastragererū in trepidatione cet. M: et recentibus uestigiis fugae ac stragae | retrū intrepidatiene cet. m. 2.: rerū. — *Relictarum passim* (non „passim rel.") scripsimus non modo ex PM sed etiam ex Drakenb. codicum auctoritate,

5. *his auditis coš. ad eam partem urbis quam adierant equites circumducit agmen constitutis haud procul porta signis:* PM omnesque antiquiores libri Drakenb.] his auditis consul ad eam partem urbis qua adierant equites circumducit agmen, constitutisque cet. — Lov. 4.: qua adierant. — P m. 1.: iubent. M: et modicum spacium. — Deinde scripsimus *tris* (pro „tres") ex PM. cf. ex. gr. 7, 40, — M: mannere eodem loco.

10. *qui ubi redierunt rettuleruntque:* M m. 2. — M m. 1.: qui ubi audierunt rett.

facto opus est: omnes adfirmant se quidem omnia facturo sed militum iacere animos, tota nocte inter vulnera et ge mitus morientium vigilatum esse: si ante lucem ad castr ventum foret, tantum pavoris fuisse ut relicturi signa fue rint: nunc pudore a fuga contineri, alioqui pro victis esse quae ubi consul accepit, sibimet ipsi circumeundos adlo quendosque milites ratus, ut ad quosque venerat cunctante arma capere, increpabat, quid cessarent tergiversarenturque hostem in castra venturum nisi illi extra castra exissent, e pro tentoriis suis pugnaturos si pro vallo nollent: armati ac dimicantibus dubiam victoriam esse, qui nudus atqu inermis hostem maneat ei aut mortem aut servitutem p

licturi fuerint si ventum foret".

5. *alioqui:* M m. 1. P Leid. I.] alioquin. — M m. 3.: alioquī (7, 19.) pro uictis esse. Cf. 8, 9. 30, 29. al. — P: alioqui ꝑ uicti ēē. — Leid. I.: „pudore *ac* fuga" = ab?

6. *quae ubi coss. accepit sibimet ipsi circumeundos adloquendosque milites ratus:* PM. — Cod. Gärtn.: circueundos. — P: nisi illi extra castra exissent. M: nisi illi extra castra existent. Pall. 1. 3. Voss. II. al.: ni illi. Cod. Sig.: nisi *ipsi*. Portug. al.: ni ipsi.

10. *armatis ac dimicantibus dubiam uictoriam esse:* PM melioresque et Pall. et Drak. codd. nisi quod in Pall. et Voss. II. excidit *ac*. „Wenn sie föchten, so sei es wenigstens zweifelhaft ob der Feind siegen werde (so bliebe wenigstens die Möglichkeit dass auch sie siegen könnten während der, welcher ohne d Waffen zu ergreifen den Fei erwarte, entweder Tod od Knechtschaft dulden müsse Non magis C. Sigonius I. Ge hardus verum huius loci se sum perspexerunt quam r centium codicum librarii, q scriberent „*haud* dubiam t ctoriam esse". Magis place posset quod paulo post Pall. 1. 3. scriptum est „n dus atque *iners*", ut inte prete I. Fr. Gronovio *nud* voci *armatis*, *iners* voci *d micantibus* responderet: s quamquam *inermis* idem fe quod *nudus* h. l. exprim tamen duobus similibus ve bis L. usus videtur, ut in quanta maxima vis poneı tur, summum periculum i minere eis qui non arm essent: non enim futurum armati hostibus impugnan bus resistere nollent.

tiendam. haec iniurganti increpantique respondebant confectos se pugna hesterna esse nec virium quicquam nec sanguinis superesse: maiorem multitudinem hostium apparere quam pridie fuerit. inter haec adpropinquabat agmen, et iam breviore intervallo certiora intuentes vallum secum portare Samnitem adfirmant nec dubium esse quin castra circumvallaturi sint. tunc enim vero consul indignum facinus esse vociferari, tantam contumeliam ignominiamque ab ignavissimo accipi hoste: „etiamne circumsedebimur“ inquit „in castris ut fame potius per ignominiam quam ferro, si necesse est, per virtutem moriamur?“ dii bene verterent facerentque quod se dignum quisque ducerent: consulem

1. *haec iniurganti increpantique:* P m. 1.] haec iurganti increpantique (P m. 2. M). Simili neglegentia haud raro iusta verba ab librariis corrupta esse, multi antiquiorum mscriptorum loci persuadent. cf. ex. gr. 1, 47.: cui *in*nupta diceretur. — P m. 1.: „confectos se pugnata hesterna esse“: se pugna *iā* hesterna esse? — P m. 1.: nec uirum quicquam. m. 2.: uirium. — M m. 1.: maiorem multitudinem hostium apparere quā pridierit | inter cet. m. 2. *fue* supra *die* scriptum est.

5. *et iam breuiore interuallo certiora intuentes:* M. — P: breuiorē. — P: ne dubium esse. — M: circumuallaturi.

7. *tunc enim uero consul indignum facinus esse uociferari:* PM. — Voss. II.: tunc uero (6, 14.): sed illud quanta maxima vi dictum est ut 2, 36. „tunc enim vero deorum ira admonuit“. — Lov. 4.: uociferare: 10, 28.

9. *etiamne circumsedebimur:* PM. — Voss. I. al.: circumsidebimur. — PM: si necesse est: „wenn es anders das Verhängniss so will“. — PM: *dii bene uerterent facerentque quod se dignum quisque ducerent.* Cf. 10, 18.: „bene Hercules verteret“. Dukerus et Drakenborchius *faverent* scribi voluerunt, quasi fieri posset, ut non *milites* sed *dii* pro subiecto eius verbi haberetur. Haud pauci vero loci docent, subiecta a Livio mutari solere, si vera locorum interpretatio neminem fugere posset. cf. 3, 38.: indignabantur. „Die Götter würden ihnen gnädig zur Seite stehen, und so sollten sie nur nicht hinter dem zurückbleiben, was ein jeder von sich selbst zu erwarten pflege“.

M. Atilium vel solum, si nemo alius sequatur, iturum adversus hostes casurumque inter signa Samnitium potius quam circumvallari castra Romana videat. dicta consulis legati tribunique et omnes turmae equitum et centuriones primorum ordinum adprobavere. tum pudore victus miles segniter e castris egreditur, longo agmine nec continenti maesti ac prope victi procedunt adversus hostem nec spe nec animo certiorem. itaque simul conspecta sunt Romana signa, extemplo a primo Samnitium agmine ad novissimum fremitus perfertur, exire — id quod timuerint — ad inpediendum iter Romanos, nullam inde ne fugae quidem patere viam,

5. *tum pudore victus miles segniter e castris egreditur:* PM] tum pudore victus miles segniter arma capit, segniter e castris egreditur. — Facere non possum quin uerba *segniter arma capit*, quamvis et in Pall. et in Drakenb. codd. h. l. inesse dicantur, ab eis librariis Livianae orationi interposita arbitrer, quibus res non satis explicata videbatur, quod milites iam castris egressi dicerentur, qui modo visi essent ne arma quidem capere velle. nec dubium fore crediderint illi, quin sua verba pro Livianis haberentur, et quod, cum maior orationis vis in *segniter* posita esset, propter eandem causam eadem vox etiam bis videri posset scripta esse, et quod facile ea quae inter haec duo *segniter* fuissent a librariis praetermitti potuisse haud pauci aeque corrupti antiquorum librorum loci persuaderent. nec tamen futurum fuisse ut milites *inermes* e castris egrederentur et res ipsa persuadet et verba *pudore victus miles* dicunt. cum igitur in his rebus diiudicandis antiquissimorum codicum consensus quam maximi momenti videri debeat, *segniter arma capit* (Leid. I.: cepit:) ex integra oratione eiecimus. Cf. 7, 24. 9, 5. Livi l. XXX. p. LII. 2. — PM: „procedunt aduersus hostem nec spe nec animo certiorem" (nisi quod in P scriptum est „animoq. certiorem"): „der sich weder an Hoffnung noch an Muth sicherer fühlte". Cod. Sig. al.: animo fortiorem. Pal. 2.: ferociorem. Voss. I. al.: certior*es*.

10. *exire id quod timuerint ad inpediendum iter Romanos:* PM: „herauszögen die Römer, wie sie gefürchtet, um ihnen den Weg abzuschneiden". Voss. II. Lov. 4. al.: timuerunt. — P: illo loco aut cedendum esse aut cet.

illo loco aut cadendum esse aut stratis hostibus per corpora eorum evadendum.

XXXVI. In medio sarcinas coniciunt, armati suis quisque ordinibus instruunt aciem. iam exiguum inter duas acies erat spatium et stabant expectantes dum ab hostibus prius impetus prius clamor inciperet: neutris animus est ad pugnandum, diversique integri atque intacti abissent ni cedenti instaturum alterum timuissent. sua sponte inter invitos tergiversantesque segnis pugna clamore incerto atque inpari coepit, nec vestigio quisquam movebatur: tum consul Romanus ut rem excitaret equitum paucas turmas extra ordinem inmisit, quorum cum plerique delapsi ex equis essent et alii turbati, et a Samnitium acie ad opprimendos eos qui ceciderant et ad suos tuendos ab Romanis procursum est: inde paulum inritata pugna est, sed aliquanto et inpigre ma-

3. *in medio:* PM rell.] in medium (Iac. Gron.). Cf. 10, 4.: „pecus *in conspectu* praesidii romani — propulsum“: multaque similia. — P: sarcinas coniciunt. M: sartinas conitiunt. — P m. 2. Voss. II. al.: armatis suis quisque ordinibus instruunt aciem. P m. 1.: hordinibus. — M: instrunt. m. 2.: instruunt.

5. *et stabant expectantes dum ab hostibus prius impetus prius clamor inciperet:* M. In P verba „prius impetu“ non suo loco leguntur sed paulo post inter *diuersiq.* et *integri.* 10, 39.: enim. Cf. T. Livi l. xxx' p. XLVII. v.

9. *segnis pugna clamore incerto atque inpari coepit:* P. — M: incertoq. inpari. — Recc. codd.: signis. — PM: tum coš. romanus. — P m. 1.: extra hordinem inmisit. — Recc. codd.: quorum plerique („sehr viele“: 10, 31.) cum ex equis delapsi essent. — PM Leid. I. Lov. 4. al.: et *a* samnitium acie.

15. *inde paulum inritata pugna est:* PM Leid. I. al.] inde paullulum irritata cet. Cf. 8, 39. — P: sed aliquanto et inpigre magis et plures procurrerant samnites et turbatus eques sua ipse subsidia territis equis proculcauit: „aber die Samniter hatten nicht nur mit weit lebhafterem Muthe sondern auch in weit grösserer Masse ihren Anlauf gemacht, während der römische Ritter, da die Pferde scheu geworden waren, seine eigenen Leute die zu seinem Beistande herankamen niederritt“. Cod. Sig. Pal. 2. al.:

gis et plures procurrerant Samnites, et turbatus eques sua ipse subsidia territis equis proculcavit: hinc fuga coepta totam avertit aciem Romanam iamque in terga fugientium Samnites pugnabant, cum consul equo praevectus ad portam castrorum ac statione equitum ibi opposita edictoque ut quicumque ad vallum tenderet, sive ille Romanus sive Samnis esset, pro hoste haberent, haec ipsa minitans obstitit profuse tendentibus suis in castra: „quo pergis“ inquit „miles? et hic arma et viros invenies nec vivo consule tuo nisi victor castra intrabis: proinde elige, cum cive an hoste pugnare malis“. haec dicente consule equites infestis cuspidibus circumfunduntur ac peditem in pugnam redire iubent. non virtus solum consulis sed fors etiam adiuvit, quod non

„procurrer*unt*“. M m. 2.: „procurre*bant*“ quattuor ultimis litteris erasis.

3. *iamque in terga fugientium Samnites pugnabant*: P. — M: iamq. inter fuga | fugientium samnites cet. m. 3.: inter fugā |. — PM: cum coš. equo praeuectus. Leid. I. al.: prouectus. — Pall. 1. 3. Voss. II. al.: quicumque ad uallum pergeret. — P: „pro hoste haberent“ (scil. equites). M: pro hoste haberet. Recc. codd.: haberetur. — Voss. II. Lov. 4. al.: haec ipse minitans.

10. *proinde elige cum ciue an hoste pugnare malis*: M m. 2. P. — M m. 1.: proinde elige cumq. an hoste cet. (*que* = ciue:). Cod. Portug.: cum ciue an cum hoste pugnare malis. — PM: haec dicente coš. — P: equites infestis cuspidibus circumfunduntur. M: „equites dicente *cus*pidib. circūfunduntur“: sed litterae *cus* m. 4. scriptae sunt.

13. *non uirtus solum consulis sed fors etiam adiuuit* (scil. rem romanam): M Voss. II. Lov. 4. al.] non virtus solum consulem sed fors etiam adiuuit. — P: „non uirtus solum coš. sed“ cet. — Priores interpretes vocem *uirtus* ad equites quorum modo mentio facta esset relatam voluerunt, neque aliud quidquam quam quod 34, 37. etiam h. l. dici „fortis fortuna adiuvari“. sed verior videtur Medicei librarii interpretatio esse, qua res romana et a consule, cuius unius virtute fracti non pediditum solum sed etiam equitum animi erecti erant, et a fortuna adiuta dicatur. — P m. 1.: quod non | stiterunt samnites. P m. 2. M: institerunt. — M: spaciumq. circumagendi signa. — Ex tri-

institerunt Samnites spatiumque circumagendi signa vertendique aciem ab castris in hostem fuit. tum alii alios hortari ut repeterent pugnam, centurionesque ab signiferis rapta signa inferre et ostendere suis paucos et ordinibus inconpositis effuse venire hostes. inter haec consul manus ad caelum attollens voce clara ita ut exaudiretur templum Iovi Statori vovet, si constitisset a fuga Romana acies redintegratoque proelio cecidisset vicissetque legiones Samnitium. omnes undique adnisi ad restituendam pugnam, duces milites peditum equitumque vis: numen etiam deorum respexisse nomen Romanum visum, adeo facile inclinata res repulsique e castris hostes, mox etiam redacti ad eum locum in quo commissa pugna erat: ibi obiacente sarcinarum cu-

bus recc. codd. scripsimus *ab castris* pro *a castris* (P m. 2. M), quod in P m. 1. *ad castris* invenimus, quo mendo in antiquis libris nihil frequentius est: 3, 15.

3. *centurionesq. ab signiferis rapta signa inferre:* P multique recc. codd.] centuriones ab signiferis rapta (M) cet. — Haud raro ab librariis vel meliorum codicum hanc particulam *que* male praetermissam esse antiquiores inscripti docent: quare in ea restituenda cum codicis M tum P auctoritatem omnibus eis locis secuti sumus, quibus ea coniunctio et ratione locorum ipsa desiderabatur nec sequentes litterae eius fingendae ansam dedisse videbantur: velut 10, 35. „nec spe nec animo": ubi „animo*q*." in P ex sequentibus litteris *ce* ortum videri posset. — PM: et ostendere suis paucos et ordinibus inconpositis effuse („in ungeordneten Haufen und ohne unter sich zusammenzuhalten") uenire hostes.

5. *inter haec cons.* (P: cos.) *manus ad caelum attollens:* PM. — Leid. 1. Lov. 4.: tollens. — P m. 1.: templum iouis statori uocet. m. 2.: ioui. M m. 1.: templum ioui statori uoui | si constitisset cet. M m. 4. Lov. 4.: nouit. — Voss. II. al.: redintegratoque proelio cecidissent uicissentque legiones samnitium.

9. *duces milites peditum equitumque uis:* PM. — Voss. II. al.: peditum equitum uis. — Lov. 4.: adeo facile inclinata res repulsusque a castris hostis mox etiam redactus ad eum locum cet. — P m. 1.: in quo cō | missa pugna erat. m. 2.: cō | missa: „von wo der Kampf begonnen hatte".

13. *ibi obiacente sarcinarum*

mulo, quas coniecerant in medium, haesere inpediti, deinde ne diriperentur res orbem armatorum sarcinis circumdant. tum vero eos a fronte urgere pedites, ab tergo circumvecti equites: ita in medio caesi captique: captivorum numerus fuit septem milium octingentorum qui omnes nudi sub iugum missi, caesos rettulere ad quattuor milia octingentos. ne Romanis quidem laeta victoria fuit: recensente consule biduo acceptam cladem amissorum militum numerus relatus septem milium octingentorum. — Dum haec in Apulia

cumulo quas coniecerant in medium haesere inpediti: PM. — Leid. I.: quas coniecerent in medium. Lov. 4.: quas coniecere in medium inpediti haesere. — P: deinde ne deriperentur res. — PM: tum uero eos a fronte urgere (P m. 1.: urguere) pedites ab tergo circumuecti equites: „da rückte das Fussvolk von vorn auf sie an, im Rücken ritten die Ritter um sie herum". Tres recc. codd.: ab fronte. Leid. I.: a tergo circumuecti. Voss. II. al.: ab tergo circumuenti. — PM: „ita in medio caesi captique". In Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al. excidit *ita*.

4. *captiuorum numerus fuit septem milium octingentorum*] captiverum numerus fuit septem millium ac ducentorum (cod. Sig.). — P m. 2. M: captiuorum numerus fuit VII accc. Pall. 1. 3.: numerus fuit VII ad ccc. Voss. I. al.: numerus fuit VII ac cc. Lov. 4.: VII ciↃccc. Leid. I.: VII acc. Cf. 10, 33.: periere ad septingenti triginta. — P m. 1.: numerus fuit VI VII accc. — M: „qui oms *nudi* sub iugum missi". cf. ex. gr. 3, 19.: hic — arma vobis ademit nudosque servis vestris et exulibus obiecit. — P m. 1.: redtulere. P m. 2. M: caesos rettulere ad IIII octingentos. — Postremo PM: „recensente coš. biduo acceptam cladem amissorum militum numerus relatus („angegeben auf") VII accc." Leid. I.: relatus VII ccc. Pall. 1. 3. al.: relatus VII ac cc. Cod. Sig.: relatus septem millium et ducentorum.

9. *dum haec in Apulia gerebantur:* PM rell. Cf. 10, 18.: dum ea in Samnio — gererentur. — PM: interamnam coloniam romanam (9, 28.) quae uia latina est: „welche an der Latinischen Landstrasse liegt". Pall. 1. 3. Voss. II. al.: *qua* („wo") uia latina est. — M: in uictorem incidunt consulem ab luceria redeuntem: 3, 8. P: in uictorem incidunt coš. — PM: „sed ipsi longo *atque* inpedito agmine inconpositi

gerebantur, altero exercitu Samnites Interamnam coloniam Romanam, quae via Latina est, occupare conati urbem non tenuerunt: agros depopulati cum praedam aliam inde mixtam hominum atque pecudum colonosque captos agerent, in victorem incidunt consulem ab Luceria redeuntem, nec praedam solum amittunt sed ipsi longo atque impedito agmine inconpositi caeduntur. consul Interamnam edicto dominis ad

caeduntur". Non *ac* sed *atque* sequenti littera vocali apud Livium scribendum optimorum codicum auctoritate esse vere contendit h. l. Drakenborchius: nec eis solum quos laudavit locis, sed etiam 41, 24. 42, 12. *ac* delendum est: nam cum 41, 24. in cod. Laurish. scriptum sit „suspectos alios inuisos uf | ficimus", non „*et* inuisos" scribendum est sed „suspectos alios inuisos efficimus", nisi propter *u* malis „suspectos alios inuisos*que* efficimus" (cf. 7, 33. „quacumque incessero". 7, 41. „atque particepa" al.): et cum 42, 12. in eodem perantiquo cod. invenerimus „sororem dedisse phrysiae | praecanti adoranti celebratares | se utrans que nuptias gratulatione donis innu | merabilium legationum et uel aut auspicibus no | bilissumis populis deductas esse", nec „precanti *atque* oranti" nec „donis*que*" scribendum censemus, quod *adoranti* h. l. nihil aliud quam „vehementer oranti" significat: cf. Fest.: *adorare* apud antiquos significabat *agere* cet. (ed. Müll. p. 19.).

7. *consul Interamnam edicto dominis ad res suas noscendas recipiendasque reuocatis:* PM; nisi quod in M scriptum est „recipiandasq.", quod in antiquiore libro *recipiundasq.* fuisse persuaserit. Multum librarii de huius loci integritate dubitarunt: nam in Voss. I. aliisque recc. codd. scriptum est *uocatis*, et vel Dukerus *euocatis* restituendum censuit, quamquam non erat difficile intellectu *reuocatis* integerrimum esse. nam cum Samnites populabundi per agros vagarentur, homines agrestes in propinquam urbem Interamnam confugerant hostibusque fugatis ad suas quisque sedes redierant. hos iam consul agrestes Interamnam *revocari* edicto iussit ut res suas reciperent. cf. 3, 6.: terrore populationis — agrestibus — in urbem acceptis. 10, 32.: regressos. — PM: „et exercitu ibi relicto". In Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al. excidit *et*. — P m. 1.: ro-

res suas noscendas recipiendasque revocatis et exercitu ibi relicto comitiorum causa Romam est profectus; cui de triumpho agenti negatus honos et ob amissa tot milia militum et quod captivos sine pactione sub iugum misisset.

XXXVII. Consul alter Postumius, quia in Samnitibus materia belli deerat, Etruriam transducto exercitu primum pervastaverat Vulsiniensem agrum, dein cum egressis ad tuendos fines haud procul moenibus ipsorum depugnat: duo milia octingenti Etruscorum caesi, ceteros propinquitas urbis tutata est. in Rusellanum agrum exercitus traductus:

manam est profectus. P m. 2. M: romam. — PM: tot milia militum. — PM: sine pactione; „ohne weitere Verpflichtung". — P: mississet.

5. *coš. alter Postumius quia in Samnitibus materia belli deerat Etruriam transducto exercitu:* PM (melioresque codd. et Pall. et Drakenb.)] consul alter — in Etruriam traducto exercitu, Cf. 8, 24.: ossaque Metapontum ad hostes remissa, inde Epirum devecta ad Cleopatram. 30, 24.: in Siciliam — inde et Africam transiturus — traiecit. 31, 43.: sex milia peditum et quingentos equites mercede conductos Aegyptum vexit. al.

7, *Vulsiniensem agrum:* Lov. 4, Cf. 7, 3. — PM al.: uolsiniensem agrum. — M: „haud procul moenibus ipsorum depugnato. II acco ætruscorū caesi": (cf. 10, 33.: septingenti triginta:), Lov. 3.: duo ad ccc. Leid. I.: V. a. ccc, Voss. II.: duo millia ad cc. Voss. I, al.: duo millia ac cc. Lov. 4.: duo millia octingenti. — P: „depugnat. *numeros* (m. 3.: numerus) *caesor* (m. 2.: caesorū) *apud uolsinios.* II accc etruscorum caesi". cf. 7, 20.: et aedis apollinis dedicata est. — PM: ceteros propinquitas urbis tutata est. Voss. II.: tuta est.

10, *in Rusellanum agrum exercitus traductus:* cf. 10, 4. — M al.: in rosellanū agrum. Leid. I. Voss. II.: in rossellanum agrum. P: in rosella autem agrum. Cf. 28, 45. ubi in Put. Colb. scriptum est „russellani". — PM: capta (P m. 1.: captā amblius. M m. 1.: captam) amplius II mil hominum minus (M: min') II mil circa muros caesa. Lov. 4.: minus duob. milib. Cf. 3, 64.: si qui vos minus hodie decem tribunos pl. feceritis, 21, 61. al. — Duobus sequentibus verbis „pax tamen" praetermissis in M margini m. 2. adscriptum est *pax tñ.*

ibi non agri tantum vastati sed oppidum etiam expugnatum: capta amplius duo milia hominum, minus duo milia circa muros caesa. pax tamen clarior maiorque quam bellum in Etruria eo anno fuerat parta est: tres validissimae urbes Etruriae capita Vulsini Perusia Arretium pacem petiere, et vestimentis militum frumentoque pacti cum consule ut mitti Romam oratores liceret, indutias in quadraginta annos impetraverunt: multa praesens quingentum milium aeris in singulas civitates inposita. Ob hasce res gestas consul cum triumphum ab senatu moris magis causa quam spe impetrandi petisset, videretque alios quod tardius ab urbe exisset, alios quod iniussu senatus ex Samnio in Etruriam transisset, partim suos inimicos partim collegae amicos ad solatium aequatae repulsae sibi quoque negare triumphum, „non ita" inquit „patres conscripti, vestrae

4. *tres ualidissimae* (P: ualidissiame) *urbes Etruriae capita Vulsini Perusia Arretium:* PM Leid. I. al. — M: inducias in XL annos impetrauerunt. P m. 1. indutis in XI annos impetrauerunt. m. 2.: inducias. Cf. 10, 30.: quadraginta milia trecentos triginta. — PM: „multa praesens (M: p̄ses) quingentum milium aeri*sin*gulas ciuitates inposita ob asceres gestas consul" cet. tribus litteris *sin* praetermissis. Dein P m. 2.: Pall. Voss. II. multique recc. codd.: aeris singulis ciuitatibus. M m. 3.: aeris singulas ciuitates. — P m. 2. M m. 4.: obhasceres.

11. *uideretque alios quod tardius ab urbe exisset alios quod iniussu senatus ex Samnio in Etruriam transisset partim suos inimicos ptim collegae amicos* cet.: M m. 2. nam m. 1. *raptū* scriptum erat pro *ptim*. — In P scriptum est quattuor verbis omissis: „quod iniussu senatus ex *m*etruriam transisset partim suos ini*mi*cos ad solatium" cet. — Leid. I. Voss. II. al.: uideratque. — Lov. 4. (ut verbo *petisset* responderetur): uidissetque. — PM: „ad solatium aequatae repulsae": *aequatae repulsae* non dativus est sed genitivus cum nomine *solatium* cohaerens: „ad solatium quod in aequata repulsa inesset". significant igitur haec verba: „ut alter consul de negato triumpho se consolaretur, cum eundem honorem collegae suo negatum videret". — PM al.: negar*i*.

15. *non ita inquit p̄. c̄. uestrae*

maiestatis meminero ut me consulem esse obliviscar: eodem iure imperii, quo bella gessi, bellis feliciter gestis Samnio atque Etruria subactis victoria et pace parta triumphabo". ita senatum reliquit. inde inter tribunos plebis contentio orta: pars intercessuros ne novo exemplo triumpharet aiebat, pars auxilio se adversus collegas triumphanti futuros. iactata res ad populum est, vocatusque eo consul cum M. Horatium L. Valerium consules, Gaium Marcium Rutilum nuper, patrem eius qui tunc censor esset, non ex auctoritate senatus sed iussu populi triumphasse diceret, adiciebat se quoque laturum fuisse ad populum ni sciret mancupia nobilium tribunos plebis legem inpedituros: vo-

maiestatis meminero ut me cos. esse obliuiscar: PM. — P: quod bella gessi. — M: samnio atque etruriæ subactis. — Paulo post PM: inde inter tr. pl. contentio orta.

5. *pars intercessuros ne nouo exemplo triumpharet aiebat:* M Leid. I. rell.] pars — aiebant. — P: agebat. — Cf. 10, 5.: pars — conscendit, si — posset. al. — Voss. II. al.: et ne nouo exemplo cet. („*ut* ne"?).

7. *iactata res ad populum est:* PM: 3, 10. — Leid. I. Voss. II. Pall. 1. 3. al.: iacta res. — PM (rell. codd.): „uocatusque eo cos. cum *l.* horatium. *m.* ualerium coss. (M: conss.) gaium marcium (M: martiū) rutil*i*um nuper" cet. Cf. 3, 55.: „per interregnum deinde consules creati L. Valerius M. Horatius". 7, 17.: „dictator C. Marcius Rutilus": 10, 47. Glareanus et Sigonius verum restituerunt. Maius etiam mendum similis metathesis factum est in P, ubi sic scriptum repperimus: „patrem eius qui tunc censor *esset* adiciebat se quoque laturum fuisse ad populum | *non ex auctoritate senatus sed iussi populi triumphasse diceret* adiciebat se quoque laturum fuisse ad populum ni sciret cet.

12. *mancupia nobilium tr. pl.:* PM] mancipia cet. — P cod. Gel.: „uoluntatem sibi ac fauorem consentientis populi pro omnibus iussis esse ac futuram (P: futurā)": quasi L. non tam *favorem* quam unam vocem *voluntatem* ad *futuram* referri voluisset: sed in M et in Leid. I. al. scriptum est *futura*, quam veriorem scripturam habemus. cf. ex. gr. 5, 4.: „labor voluptasque — dissimillima natura — societate quadam inter se naturali sunt iuncta". Cf. Sall. Iug. 31.: profecto

luntatem sibi ac favorem consentientis populi pro omnibus iussis esse ac futura. posteroque die auxilio tribunorum plebis trium adversus intercessionem septem tribunorum et consensum senatus celebrante populo diem triumphavit. — Et huius anni parum constans memoria est: Postumium auctor est Claudius in Samnio captis aliquot urbibus in Apuliam fusum fugatumque, saucium ipsum cum paucis Luceriam conpulsum, ab Atilio in Etruria res gestas eumque triumphasse: Fabius ambo consules in Samnio et ad Luceriam res gessisse scribit traductumque in Etruriam exercitum — sed ab utro consule non adiecit — et ad Luceriam utrimque multos occisos inque ea pugna Iovis Statoris aedem votam ut Romulus ante voverat: sed fanum tantum — id est locus templo sacratus — effatus fuerat; ceterum hoc demum anno, ut aedem etiam fieri senatus iuberet, bis eiusdem voti damnata res publica in religionem venit.

iussis uestris obediens erit. — P: posteroque die auxilio tr̄. p̄l. trium. M: postero die auxilio tr̄. p̄l. trium. Cf. 10, 36.: centurionesque.

5. *et huius anni parum constans memoria est:* P m. 2. M. — P m. 1.: constat. Recc. codd.: constans est memoria. Cf. 10, 26.: constare res incipiat ex eo tempore cet. — PM Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: in („nach") ap*u*li*am* (M: apuliā) fusum fugatumque. — Leid. I. Voss. II. Lov. 4.: saucium *esse* ipsum cet. M m. 1.: sautiū ipsum paucis, m. 2.: cū paucis luceriam conpulsum.

9. *ambo coš.:* PM. 6, 42. — Rell. codd.: ambos consules. — — M: „in samnio & ad *luceriam* utrīq. multos occisos" cet. mediis praetermissis. — P: sed ab utro coš. non adiecit. — M: inque ea pugna iouis stratoris eadem uotā. m. 2.: statoris.

13. *sed fanum tantum id est locus templo sacratus effatus fuerat:* M m. 1.] sed fanum tantum, id est locus templo effatus, sacratus fuerat (Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.). — P: sed fanūm tantum id est locus templo efa*tus* fuerat Cod. Klock.: sed fanum tantum id est locus templo iam sacr*atus* fuerat: (cf. T. Livi l. XXX. XXIV. II.). M m. 4.: templo *iā* | sacratus. — „Wiewohl derselbe nur ein Fanum, d. h. eine zum Bau eines Tempels geheiligte Stätte, geweiht hatte".

15. *bis eiusdem uoti damnata resp̄. in religionem uenit:*

XXXVIII. Sequitur hunc annum et consul insignis L. Papirius Cursor qua paterna gloria qua sua, et bellum ingens victoriaque quantam de Samnitibus nemo ad eam diem praeter L. Papirium patrem consulis pepererat. et forte eodem conatu apparatuque omni opulentia insignium armorum bellum adornaverant, et deorum etiam adhibuerunt opes

PM rell.] bis eiusdem voti damnata re publica in religionem venit (ex coni. I. Fr. Gronovii). — Non *res publica* sed *res publica iam bis eiusdem voti damnata* in religionem venit: i. e. in religionem venit, quod iam bis eiusdem voti res publica damnata esset. Nam quem ad modum non modo verbo transitivo dicere potuerunt 5, 23. „Iovis Solisque equis aequiperatum dictatorem in religionem etiam trahebant", sed etiam passivo 26, 11. „in religionem ea res apud Poenos versa est": sic etiam non modo 22, 33. „in religionem etiam venit aedem Concordiae — locatam ad id tempus non esse", sed etiam „resp. bis eiusdem voti damnata in religionem venit" latine dici potuit. ac ne quis dubitaret quin „*res* venit in religionem" recte haberet, Dukerus Cic. de nat. deor. 2, 4. 10. laudavit: „Gracchus cum comitia nihilo minus peregisset remque illam in religionem populo venisse sentiret, ad senatum retulit". cf. et *res* et *rei* mihi venit in mentem.

2. *qua paterna gloria qua sua*: M m. 2. P. — M m. 1.: qua paternā gloriā qua sua. Voss. II. Lov. 4.: tam paterna gloria quam sua. — P: quantam de samnitibus nemo ad eam diem praeter l. papirium patrem coš. pepererat. M Leid. I. al.: „praeter l. papirium patrem consul pepererat". *Consulis* recte scriptum esse vel id docet, quod non *consul* sed *dictator* iterum L. Papirius ingentem illam victoriam pepererat: 9, 39. 40.

6. *et deorum etiam adhibuerunt opes:* M] et deorum etiam adhibuerant opes (P). — *Adhibuerunt* (6, 25.) antiquius videbatur quam *adhibuerant*, non tam quod L. et tempora et modos variare soleret, quam quod *adhibuerunt* melius respondere videbatur sequentibus, quibus quem ad modum Samnites deorum auxilium consequi conati essent traderetur. — Multi recc. codd.: et deorum etiam opes adhibuerant. Pall. 1. 3. al.: opes etiam deorum adhibuerant. — Paulo ante scriptum erat in P m. 1.: omni opolentia insignum armorum. m. 2.: insignium. — PM Leid. I.: dilectu per

ritu quodam sacramenti vetusto velut initiatis militibus dilectu per omne Samnium habito nova lege: ut qui iuniorum non convenisset ad imperatorum edictum quique iniussu abisset, caput Iovi sacratum erat. tum exercitus omnis Aquiloniam est indictus: ad quadraginta milia militum, quod roboris in Samnio erat, convenerunt. ibi mediis fere castris locus est consaeptus cratibus pluteisque et linteis contectus, patens ducentos maxime pedes in omnis pariter partis: ibi

omne samnium habito noua lege.

2. *ut qui iuniorum non conuenisset ad imperatorum edictum quique* (M m. 1.: quinque) *iniussu abisset caput ioui sacratum erat:* PM] ut qui iuniorum non convenisset ad imperatorium (ed. Frob. 1535.) edictum quique iniussu abisset, caput Iovi sacratum esset (cod. Sig.). — *Ad imperatorum edictum* in Drakenb. quoque codd. scriptum est: et sic paulo post apud Livium legitur „quo imperatores duxissent“. nec dubito quin *sacratum erat*, quod etiam in rell. codd. inventum est, integerrimum sit: verum Livius particulam *ut* non ad *sacratum erat* sed ad *qui* relatam voluit, quem ad modum *ut qui* pro *utpote qui* multis locis scriptum est: longe vero fortiorem ita sententiam hanc fieri, neminem praeterierit. „Und zwar hatten die Samniter nicht nur mit gleich grosser Anstrengung sowohl in Anderem als auch in der Anfertigung von Waffen die durch jede Art von Glanz hervorstrahlten (gleich wie damals wo der Dictator Papirius gegen sie zu Felde zog: 9, 40.) sich zum Kriege gerüstet, sondern sie suchten auch den Beistand der Götter dadurch mit in ihr Interesse zu ziehen, dass den Soldaten nach einer alten Feierlichkeit bei der Eidesleistung gleichsam eine Weihe gegeben worden, nachdem durch ganz Samnium eine Truppenaushebung mit einer bis dahin noch nie geübten Strenge statt gefunden hatte: wer nämlich von der dienstfähigen Jugend dem Aufrufe nicht Folge leiste oder wer ohne Erlaubniss sich wieder entferne, dessen Haupt war dem Jupiter verfallen“. — Leid. I.: caput iouis sacratum erat.

5. *ad xl. mil militum quod roboris in samnio erat conuenerunt:* M. — P al.: „ad lx mil militum“ cet. Infra traditur exercitus sedecim milium et paulo plus viginti milium fuisse.

8. *patens ducentos maxime pedes in omnis pariter par-*

ex libro vetere linteo lecto sacrificatum sacerdote Ovio Paccio quodam homine magno natu, qui se id sacrum petere adfirmabat ex vetusta Samnitium religione, qua quondam usi maiores eorum fuissent cum adimendae Etruscis Capuae clandestinum cepissent consilium. sacrificio perfecto per viatorem imperator acciri iubebat nobilissimum quemque genere factisque: singuli introducebantur: erat cum alius apparatus sacri qui perfundere religione animum posset, tum in loco circa omni contecto arae in medio victimaeque circa

tis: P m. 1. — P m. 2. M: in omnis pariter partes. — PM: ibi ex libro uetere linteo lecto sacrificatum. M: sacerdote ouio pactio quodam homine magno natu qui se id sacrum petere adfirmabat ex uetusta samnitium religione. P: sacerdote nulo paccio quodam homine magno natu qui se id sacrum petere adfirmabat uetusta samnitium religione. Cf. 9, 7.: Ofillius Calavius *Ovi* filius. 27, 15.: Vivius et Paccius (Put.). — Lov. 4. Port.: „sacerdote ouio pactio": sed in uno Lov. 4. excidit *quodam.* „Dort wurde ungefähr in der Mitte des Lagers ein Platz mit Flechtwerk und Brettern umzäunt und mit Leinwand überzogen, der nach allen Seiten fast 200 Fuss sich gleichmässig erstreckte: hier ward das Opfer nach einer aus einem alten auf Leinwand geschriebenen Buche verlesenen Vorschrift von einem hochbetagten Priester, einem gewissen Ovius Paccius, veranstaltet, der das Verfahren dabei von jener alten religiösen Feier der Samniten entnommen haben wollte, von der einst ihre Vorfahren Gebrauch gemacht, als sie Capua den Etruskern durch eine List hätten entreissen wollen" (cf. 4, 37.). — Lov. 4.: sacrificio peracto (22, 11.). Cf. 22, 1.: sacrificio in monte perfecto.

7. *erat cum alius apparatus sacri:* M m. 1. P. — M m. 3. al.: erat tum alius. — P: tum in loco circa omni contectos arae in medio. M: tum in loco circa omni contecto ape in medio cet. „Sowohl alles Übrige, was bei der feierlichen Handlung verrichtet ward, musste das Gemüth mit einem heiligen Schauer erfüllen, als besonders der Anblick der auf dem rings herum verhängten Platze mitten inne aufgestellten Altäre, und der um dieselben liegenden geschlachteten Opferthiere, und der rund herum stehenden Hauptleute mit gezückten Schwertern".

caesae et circumstantes centuriones strictis gladiis: admovebatur altaribus magis ut victima quam ut sacri particeps, adigebaturque iureiurando quae visa auditaque in eo loco essent non enuntiaturum: iurare cogebant diro quodam carmine in execrationem capitis familiaeque et stirpis conposito, nisi isset in proelium quo imperatores duxissent, et si aut ipse ex acie fugisset aut si, quem fugientem vidisset, non extemplo occidisset. id primo quidam abnuentes iuraturos se obtruncati circa altaria sunt, iacentes deinde inter

1. *admouebatur altaribus magis ut uictima quam ut sacri particeps:* PM Leid. I. al.] admovebatur altaribus miles magis ut victima cet. — Supplendum esse ex prioribus „nobilissimus quisque genere factisque" facile est intelligere. Librarii tamen codicum Pall. 1. 3. Voss. II. Lovel. 4. al. scripserunt *admouebantur*, quasi *singuli* („immer einer") etiam ad id verbum pertineret: et ut orationis partes sibi constarent, in Voss. II. scriptum est „magis ut uictima quam ut sacri participes", in Lov. 4. „magis ut uictimae quam ut sacri participes". — Deinde scriptum est mendo, quo saepissime errabatur, in PM „adi*c*ebaturq. iureiurando", in Leid. I. etiam „adi*ci*ebaturque". Cf. 35, 19.: altaribus admotum iureiurando adegit numquam amicum fore populi romani. — Pall. 1. 3. Lov. 4. al.: adigeba*n*turque. — M al.: „quae uisa audita que in eo loco essent non enuntiaturum" omisso sicut alibi pronomine *se*. P m. 1.: nonnenuntiaturum. m. 2.: non renuntiaturum. Cod. Haverc.: „non enunciaturos": pauloque post unus alterq. recentior cod.: „nisi issent" „uidissent" „occidissent".

4. *iurare cogebant diro quodam carmine* („Formel": 10, 41.) *in execrationem capitis familiaeque et stirpis conposito:* P m. 1. M m. 1.] dein iurare cogebatur diro quodam carmine cet. (ed. Mogunt.). — P m. 2. M m. 2. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: dein iurare cogebant. Pall. al.: dein iurare cogebantur. — Non addita particula *dein* orationem longe fortiorem fieri, apteque responderi antecedentibus verbis *admovebatur adigebaturque* neminem fugerit. — P: quo imperatores duxissent. M Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: „nisi isset in proelium quo*d* imperatores duxissent". cf. 10, 13.: se ad populum laturos. — M: „et si aut ipse ex acie fu*gis*set": sed syllaba *gis* m. 3. in ras. scripta est.

stragem victimarum documento ceteris fuere ne abnuerent. primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis decem nominati sunt ab imperatore: eis dictum ut vir virum legerent donec sedecim milium numerum confecissent. ea legio linteata ab integumento consaepti, quo sacrata nobilitas erat, appellata est: his arma insignia data et cristatae galeae ut inter ceteros eminerent. paulo plus viginti milium alius exercitus fuit nec corporum specie nec gloria belli nec apparatu linteatae legioni dispar. hic hominum numerus, quod roboris erat, ad Aquiloniam consedit.

2. *primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis decem nominati sunt ab imperatore* cet.] primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis decem nominatis ab imperatore eis dictum cet. (PM rell.). — *Nominatis* scriptum esse pro *nominati* ẽ (i. e. nominati sunt) vel verba *eis dictum* persuadere videntur. cf. 2, 7.: ubi iussi sunt. 7, 37. — PM: eis dictum ut uir uirum legerent donec xvi miliū numerum confecissent. Cod. Sig.: „eis edictum“: quod minus h. l. placet. Cf. 9, 39.: Etrusci lege sacrata coacto exercitu cum vir virum legisset — dimicarunt.

4. *ea legio linteata:* PM rell. „Diese Abtheilung des Heeres ward von der Umhüllung des eingezäunten Platzes, wo die adlige Jugend geweiht worden war, die linnene genannt“. Cf. Fest. (ed. Müll. p. 115.): „legio Samnitum linteata appellata est, quod Samnites intrantes singuli ad aram velis linteis circumdatam non cessuros se romano militi iuraverant“. — Lov. 4.: ab integmento consepti. M: his arma insignia data et cristatae galeae cet. P: hiis arma insigni adlata et cristatae galeae ut inter ceteros seminerent populus xx milium alius exercitus fuit. P m. 2.: insignia adlata. M: paulo plus xx milium cet. M: linteatae religioni dispar. M m. 3. P: linteatae legioni.

10. *ad Aquiloniam consedit:* Et in PM et in rell. codd. particula *ad* praetermissa scriptum est „hic hominum numerus quod roboris erat aquiloniam consedit“: quare I. Fr. Gronovius aut *Aquiloniae consedit* (cf. 7, 42. „Norbam atque Setiam“:) aut *Aquiloniam concedit* scribendum esse censuit: sed harum coniecturarum ne prior quidem satis probabilis videatur, quod tantum exercitum eius magnitudinis urbs

XXXIX. Consules profecti ab urbe: prior Sp. Carvilius, cui veteres legiones, quas M. Atilius superioris anni consul in agro Interamnati reliquerat, decretae erant: cum eis in Samnium profectus, dum hostes operati superstitionibus concilia secreta agunt, Amiternum oppidum de Samnitibus vi cepit: caesa ibi milia hominum duo ferme atque octingenti, capta quattuor milia ducenti septuaginta: Papirius novo exercitu — ita enim decretum erat — scripto Duroniam urbem expugnavit: minus quam collega cepit hominum, plus aliquanto occidit: praeda opulenta utrobique est parta. inde pervagati Samnium consules maxime depo-

vix capere potuisset. nihil tamen veri similius videtur, quam ut *ad* (vel *at*) antecedente „*erat*" eodem mendo quo tot locis erratum videmus, et hoc loco exciderit.

1. *coss. profecti ab urbe:* PM. — PM: quas m. atilius superioris anni cos. in agro interamnati reliquerat. — PM: „dum hostes operati superstitionibus concilia secreta agunt". Cf. 1, 31.: ipsum regem tradunt *volventem* commentarios Numae, cum ibi quaedam *occulta* sollemnia sacrificia Iovi Elicio facta invenisset, *operatum* is sacris *se abdidisse*. — M m. 2. P: „amiternum oppidum de samnitibus ui cepit": Amiternum enim Sabinorum oppidum iam Samnitium factum erat. M m. 1.: „amiternū operum de samnitibus ui cepit": non numquam „*opi*dum" in antiquis libris scriptum legitur. — PM: caesa ibi milia (M: millia) hominum duo ferme atque octingenti capta (P: capta enim) IIII CCLXX. — Leid. I.: capta IIII CCXL.

8. *ita enī decretum erat:* M] ita decretum erat (ed. Frob. 1535:). — In P *enim* non suo quidem loco sed proximo versu post *capta* interpositum vidimus: cf. T. Livi l. XXX. p. XLVII. v. nec in Drak. quidem codd. particula desideratur, cf. ex. gr. 10, 32.: ita enim placuerat patribus. — PM: duroniam urbem expugnauit. — M: minus quam collega coepit hominum. — PM: praeda opulenta utrubique est parta. Cf. 6, 27. 30. al.

11. *inde peruagati Samnium coss. maxime depopulato Atinate agro Caruilius ad Cominium Papirius ad Aquiloniam ubi summa rei Samnitium erat peruenit:* PM. Cf. 9, 28. de Atina urbe. — PM: ibi aliquamdiu nec cessatum ab armis est neque nauiter pugnatum. Leid. I.

pulato Atinate agro Carvilius ad Cominium Papirius ad Aquiloniam, ubi summa rei Samnitium erat, pervenit. ibi aliquamdiu nec cessatum ab armis est neque naviter pugnatum: lacessendo quietos resistentibus cedendo comminandoque magis quam inferendo pugnam dies absumebatur: quod cum inciperetur remittereturque, omnium rerum etiam parvarum eventus proferebatur in dies. altera Romana castra,

Lov. 4. al.: nec nauiter. Cf. 10, 10.: *nec* aspernanda res visa *neque* incaute credenda. 2, 24. 4, 4. al. — P m. 1.: lasessendo. P m. 2. M: lacessendo. — M: cominandoque: (cf. 42, 7.: „oppugnatione comminanda“: cod. Laurish.). Leid. I. Voss. II. Lov. 4.: comminando magis. Leid. I. al.: dies assumebatur.

6. *omnium rerum etiam paruarum euentus proferebatur in dies* („von einem Tage zum andern“): M. — P: proferabatur in dies.

7. *altera romana castra quae* XX *milliū spatiū aberant et absentis collegae consilia omnibus gerendis intererant rebus:* M m. 1.] altera Romana castra viginti millium spatio aberant, et absentis collegae consilia cet. — M m. 2.: spatio. P: altera romana castra quae xx milium spatio aberant et absentis cet. *Quae* in nullo nec Pall. nec Drakenborchiano codice deest: sed in Pall. 1. 3. Voss. II. scriptum est „quae xxx millium spatio aberant“. — Hic locus paulo difficilior ex castrensi Romanorum ratione interpretandus est. vult enim Livius dicere, nihil maioris momenti a Papirio actum esse nisi consulto collega, neque quidquam Carvilium egisse nisi collegam consentientem haberet. quem ad modum igitur legati tribunique et centuriones primi pili ab imperatoribus ad consilium vocari solebant, sic velut intererant consilia absentis Carvilii in Papiriano consilio. et quod etiam altera castra interfuisse scribuntur, id dicere videtur, Papirium non unius tantum Carvilii consiliorum, sed etiam eorum quae a Carviliani exercitus legatis tribunisque proposita essent, rationem haberi voluisse. „Auf das andere römische Heer, dessen Lager 20,000 Schritte entfernt stand, und auf die Rathschläge seines Amtsgenossen nahm Papirius bei jedem seiner Plane sorgfältige Rücksicht: so wie Carvilius seiner Seits seine Aufmerksamkeit mehr auf die Lage der Verhältnisse bei Aquilonia, wo es sich um die Hauptentscheidung des Krieges handle, als auf das von ihm be-

quae viginti milium spatium aberant, et absentis collegae consilia omnibus gerendis intererant rebus, intentiorque Carvilius, quo maiore discrimine res vertebatur, in Aquiloniam quam ad Cominium quod obsidebat erat. L. Papirius iam per omnia ad dimicandum satis paratus nuntium ad collegam mittit, sibi in animo esse postero die, si per auspicia liceret, confligere cum hoste: opus esse et illum quanta maxuma vi posset Cominium oppugnare, ne quid laxamenti sit Samnitibus ad subsidia Aquiloniam mittenda. diem ad pro-

lagerte Cominium richtete". — M: quam ad cōminiū. P: quam ad communium. Leid. I.: *in* Aquiloniam quam *in* Comminium.

4. *L. Papirius iam per omnia ad dimicandum satis paratus:* M m. 2. P. — M m. 1.: l. papirius p̄ oĩa ad dimicandum cet. „Jetzt glaubte Papirius in allem die zu einer Schlacht nöthigen Vorkehrungen getroffen zu haben". Iac. Gronovius *per* inducendum esse censuit. — PM: opus esse et illum quanta maxuma ui posset cōminium oppugnare. P Leid. I.: ne quit laxamenti sit.

9. *diem ad proficiscendum nuntius habuit:* PM: „innerhalb eines Tages musste der Bote den Weg hin und zurück machen": postero enim die confligere Papirius cum hoste statuerat. — M m. 3. P: papirius nuntio misso extemplo contionem habuit. M m. 1.: nuntius misso. „Gleich nachdem er den Boten an seinen Amtsgenossen abgeschickt hatte, berief er die Soldaten zur Versammlung": neque enim debebat dubius videri de responso collegae nec incertus rerum suarum, nisi militum animos imminuere atque infringere voluisset. — PM: „multa de uniuerso genere belli". haec quinque verba exciderunt in Voss. II., unum *belli* in Leid. I. Quae paulo post sequuntur „vana magis specie quam efficaci ad eventum" in omnibus fere antiquioribus codd. corrupta sunt. proxima vero Medicei cod. scriptura est „uana magis specie quam efficatia deuentū". sed in P scriptum est „quam efficatiam ad euentum". m. 2.: „efficaciam". in Leid. I. „quam effici aduentum". in Voss. II. Lov. 4. „quam efficaci aduentum". in Lov. 2. „quam efficaci euentu". Appositionis loco haec verba ad proxime antecedentia pertinere neminem fugerit: „viel sprach er von der gegenwärtigen Rüstung der Feinde, die mehr ein in die Augen fallendes Blendwerk als von

ficiscendum nuntius habuit, nocte rediit adprobare colleg consulta referens. Papirius nuntio misso extemplo con nem habuit, multa de universo genere belli, multa de p senti hostium apparatu vana magis specie quam efficaci eventum disseruit: non enim cristas vulnera facere et picta atque aurata scuta transire Romanum pilum, et dore tunicarum fulgentem aciem ubi res ferro geratur cr tari: auream olim atque argenteam Samnitium aciem a rente suo occidione occisam spoliaque ea honestiora vi hosti quam ipsis arma fuisse: datum hoc forsan nomini miliaeque suae ut adversus maximos conatus Samnitium ponerentur duces spoliaque ea referrent quae insignia blicis etiam locis decorandis essent. deos inmortales ad

irgend einer Wirksamkeit für die Anwendung wäre". I. Fr. Gron. tamen dubitavit an praeferendum esset „multa de praesentia hostium apparatus vana magis specie quam efficaci ad eventum disseruit". — P: non enim crista uulnera facere.

8. *auream olim atque argenteam Samnitium aciem a parente suo occidione occisam:* P. Cf. 9, 40.: duo exercitus erant, scuta alterius auro alterius argento caelaverunt. — M: auream adq. argenteā cet. Cod. Portug.: a parenti suo. — P Leid. I. al.: spoliaque ea honestiora uictoria hosti quam ipsis arma fuisse.

10. *datum hoc forsan nomini familiaeque suae:* M. — P cod. Gelen.: „datum hoc nomini familiaeque suae"; sed in P *forsan* m. 2. margini adscriptum est. — PM: spoliaque ea referrent quae insignia publicis etiam locis decorandis essent. Leid. I.: lia ea referrent. Tres codd.: spoliaque refe Cf. 9, 40.: tantum ma centiae visum in his ul rata scuta dominis arg riarum ad forum orna dividerentur.

13. *deos inmortales adesse pter totiens petita foe totiens rupta:* PM. — 1. M m. 1. tum si qua iectura metis diuine (P uine) sit nulli umquam citui fuisse infestiorea. 2.: metus diuini. M m mē | tis diuinę. — Part *tum* non sine maiore vi ptum est, quasi in pro verbis *cum* inesset: „ adesse *cum* propter to rupta foedera, *tum*, si coniectura sit" cet. v cula lingua fortasse: wenn es erlaubt sei den

propter totiens petita foedera totiens rupta: tum — si qua coniectura mentis divinae sit — nulli umquam exercitui fuisse infestiores quam qui nefando sacro mixta hominum pecudumque caede respersus ancipiti deum irae devotus hinc foederum cum Romanis ictorum testes deos hinc iurisiurandi adversus foedera suscepti execrationes horrens invitus iuraverit, oderit sacramentum, uno tempore deos cives hostis metuat.

XL. Haec conperta perfugarum indiciis cum apud infensos iam sua sponte milites disseruisset, simul divinae humanaeque spei pleni clamore consentienti pugnam poscunt, paenitet in posterum diem dilatum certamen, moram die noctisque oderunt. tertia vigilia noctis iam relatis litteris a

len der Himmlischen zu deuten, so seien sie nie einem Heere abgeneigter gewesen als dem, welches bespritzt mit dem Blute der bei jener unseligen Feier geopferten Menschen und Thiere, dem zwiefachen Zorne der Götter Preis gegeben, von der einen Seite vor dem Gedanken dass die Götter Zeugen ihrer mit den Römern geschlossenen Bündnisse gewesen zurückschaudere, von der andern vor dem Fluche der sie ihres gegen die Bündnisse übernommenen Eides wegen treffen müsse, dem Heere das gegen seine Überzeugung geschworen, das den Schwur verwünsche, und jetzt vor den Göttern, vor den Seinen und den Feinden zu gleicher Zeit in Schrecken sei". — *Quam qui* omisso pronomine demonstrativo Livium scribere solitum esse loci ad T. Livi l. xxx. p. xliv. 17. allati docuerint. — P m. 1.: mixta homini pecudumque caede ancipitis p deuotiis hinc foederum cet. m. 2.: ancipiti. M m. 1.: execrationes orrens. m. 2.: horrens. — M m. 1.: hostes. M m. 2. P: hos*tis* metuat. Leid. i. Voss. ii. Lov. 4. al.: metuit.

12. *moram die noctisque oderunt:* P m. 1.] moram diei noctisque oderunt (P m. 2. M). Cf. 9, 37.: cibaria eius die. — PM: „paenitet (P: poenitet) in posterum diem dilatum certamen": i. e. paenitet eos certamen dilatum esse. Cf. 1, 8.: cum iam virium haud paeniteret. — Paulo ante P m. 1.: deseruisset. m. 2.: disseruisset.

13. *iam relatis litteris a collega:* M m. 2. P. — M m. 1.: ac collega. Cf. 10, 35.: nunc pudore *a* fuga contineri. — PM: papirius silentio sur-

collega Papirius silentio surgit et pullarium in auspicium mittit. nullum erat genus hominum in castris intactum cupiditate pugnae, summi infimique aeque intenti erant, dux militum miles ducis ardorem spectabat. is ardor omnium etiam ad eos qui auspicio intererant pervenit: nam cum pulli non pascerentur, pullarius auspicium mentiri ausus tripudium sollistimum consuli nuntiavit. consul laetus auspicium egregium esse et deis auctoribus rem gesturos pro-

git et pullarium *in* auspicium mittit: „und befiehlt dem Haruspex, der nach den Hühnern zu sehen hatte, auf den Willen der Götter zu achten". De *silentio* cf. 8, 23. et Festus (ed. Müll. p. 348.): „*Silentio surgere* ait dici, ubi qui post mediam noctem auspicandi causa ex lectulo suo silens surrexit, et liberatus a lecto in solido se posuit, sedetque ne quid eo tempore deiciat, cavens donec se in lectum reposuit: *hoc enim est proprie silentium omnis vitii in auspiciis vacuitas*". — Paulo post P: summi infimi queq. intenti erant. Leid. I.: summi infimique intenti erant aeque dux militum cet.

4. *is ardor omnium etiam ad eos qui auspicio intererant* („die auf das Fressen der Hühner zu achten hatten") *peruenit:* PM: nisi quod in P scriptum est „intereant". — P: pullarius auspicium mentiri ausus (P m. 1.: aussus) tripudium solistimum consuli nuntiauit. M: ausus tripudinū salestinū consuli nuntiauit. m. 2.: solistinū. Cf. Fest. (ed. Müll. p. 298.): „*Sollistimum* Ap. Pulcher in Auguralis disciplinae l. I. ait esse *tripudium*, quod ait (scribe „*aui*") excidit ex eo, quod illa fert" cet. Cic. de div. 2, 34. 72.: „cum pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere et terram pavire: terripavium primo, post terripudium dictum est: hoc quidem iam tripudium dicitur. *cum igitur offa cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium sollistimum nuntiatur*": „dann sagt der Vogelschauer, dass den Hühnern *als erfreuliches Zeichen* vor Fressgier die Körner vielfach aus dem Schnabel wieder zur Erde gefallen". — *Salestinū*, quod in M m. 1. est, evincere videtur, etiam in antiquiore libro sive *sollestinum* sive *sollistimum* fuisse.

8. *et deis auctoribus rem gesturos pronuntiat signumque pugnae proponit:* M m. 2. nam m. 1. scriptum erat „signumque pugnae pronit". — Voss. II. al.: egregium esse, deis auctoribus rem se

nuntiat signumque pugnae proponit. exeunti iam forte in aciem nuntiat perfuga viginti cohortes Samnitium — quadringenariae ferme erant — Cominium profectas: quod ne ignoraret collega, extemplo nuntium mittit, ipse signa ocius proferri iubet: subsidiaque suis quaeque locis et praefectos subsidiis adtribuerat: dextro cornu L. Volumnium sinistro L. Scipionem, equitibus legatos alios C. Caedicium et Tre-

gestarum pronuntiat. — P: „et deis auctoribus rem gesturos pro*nuntiat* quae pugnę xx cohortes samnitium quadringenariae ferme erant cominium profectas“: mediis praetermissis. — M: exeunti iam *forte* in aciem nuntiat perfuga uiginti cohortes samnitium quadringenariae ferme erant cōminium profectas: „schon war er im Begriff mit seinen Truppen zur Schlacht auszurücken, als ihm noch zur rechten Zeit ein Überläufer die Nachricht bringt, 20 Cohorten S., jede von ungefähr 400 Mann, seien nach C. marschirt“. In cod. Gel. et in Lov. 4. *forte* omissum est: sed liberiore antiqua verborum coniungendorum ratione particula ea non modo ad *exeunti* sed etiam ad *nuntiat* referri poterat. — Leid. I. Voss. II. al.: quadrigenariae ferme erant. Lov. 4.: quadragenariae. Cf. 7, 7.: quadringenariae octo cohortes — scribuntur. — PM: ipse signa ocius proferri iubet. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: „ipse *sibi* signa“ cet. quod scriptum videtur ut in pronomine *ipse*, quod nomini *collega* oppositum esset, maior vis poneretur. *Ocius* proferri iussit signa, aut laeto nuntio affectus quod tot milites a proelio afuturos sciret, aut ne spatium daretur ad illas cohortes revocandas.

5. *subsidiaque suis quaeque locis et praefectos subsidiis adtribuerat:* P. — M: subsidiaque suis quae locis et praefectos cet. — Pergit iam Livius ad ea describenda quibus Papirius rem Romanam adiuverit, particula *que*, ut solebat, ad partes orationis connectendas usus. cf. 10, 37.: „voluntatem sibi ac favorem consentientis populi pro omnibus iussis esse ac futura: postero*que* die — triumphavit“. De plusquamperfecto (*adtribuerat*) et perfecto (*praefecit*) coniunctis cf. ex. gr. 10,38.: „et forte — *adornaverant* et — *adhibuerunt*“. 10, 44. Vernacula lingua hunc locum exprimas: „und zwar hatte er bereits jeder Abtheilung seines Heeres die erforderlichen Hülfstruppen nebst ihren Befehlshabern zugesellt“.

7. *equitibus legatos alios C.*

bonium praefecit. Sp. Nautium mulos detractis clitellis cum cohortibus alaris in tumulum conspectum propere circumducere iubet atque inde inter ipsam dimicationem quanto maxime posset moto pulvere ostendere. dum his intentus

Caedicium et Trebonium praefecit: P] equitibus legatos alios Caios Caedicium et Trebonium praefecit (ex coni. I. Fr. Gronovii). — Cod. Sig. aliique recc.: „C. Caedicium et C. Trebonium“: in rell. codd. praenomen Trebonii, id quod multis aliis locis factum videmus, scriptum non est. cf. 4, 48.: „turbatores vulgi erant Sp. Maecilius quarto et Metilius tertio tribuni pl.“ — M: equitibus legatos alios c caediū et trebuniū praefecit. m. 2.: caediciū. — M: sp. nauciū mulos detractis clitellis cum cohortibus alariis in tumulum conspectum propere circumducere iubet. P: „cū cohortir *alaris*“: quae antiquior et verior scriptura habenda est, praeterquam quod R pro B; scriptum est. 10, 41. quidem in omnibus mscriptis „*alaribus* cohortibus“ legitur, sed utroque nomine antiquos scriptores usos esse Caes. b. gall. 1, 51. „omnis alarios in conspectu hostium pro castris minoribus constituit“: b. civ. 1, 73. „cohortium alariarum“: aliique loci docent. Sic etiam ap. Liv. 10, 43. reperimus „cohortibus alariis“. — Leid. I: Voss. II. cod. Klock. Lov. 4. al.: cum cohortibus alariis. Voss. I. Lov. I.: cum cohortibus alaribus. — Cf. 31, 21.: „dextra ala — *in alas divisum socialem exercitum habebat* — in prima acie locata est“ seqq.

3. *atque inde inter ipsam dimicationem quanto maxime posset moto puluere ostendere:* M: nim. mulos, ut ita hostibus alterius romani exercitus terrorem incuteret. — P: at (cf. 7, 33. „quacum*que*“) inde inter ipsam dimicationem quanto maxime posset motu pulueres hostendere. Cod. Klock. al.: motu pulueres ostendere. Leid. I.: motu puluere ostendere. Pall. al.: motu puluerem ostendere. Lov. 4.: quanto maximo posset motu puluerem ostendere. — Integerrima et huius loci videtur Med. cod. scriptura: „Dem Sp. Naucius befiehlt er, die Maulthiere ohne Packsättel in Begleitung der auf den Flügeln stehenden Cohorten der Bundesgenossen nach einem nicht weit entfernten Hügel schleunigst herumzuführen, und dann während des Kampfes unter einer möglichst grossen Staubwolke dem Feinde sichtbar werden zu lassen“.

imperator erat, altercatio inter pullarios orta de auspicio eius diei exauditaque ab equitibus Romanis, qui rem haud spernendam rati Sp. Papirio fratris filio consulis ambigi de auspicio renuntiaverunt. iuvenis ante doctrinam deos spernentem natus rem inquisitam, ne quid inconpertum deferret, ad consulem detulit. cui ille: „tu quidem macte virtute diligentiaque esto! ceterum qui auspicio adest si quid falsi nuntiat, in semet ipsum religionem recipit: mihi quidem tripudium nuntiatum, populo Romano exercituique egregium auspicium est". centurionibus deinde imperavit uti pullarios inter prima signa constituerent. promovent et Samnites signa, insequitur acies ornata armataque ut hostium quoque magnificum spectaculum esset. prius quam clamor tol-

1. *altercatio inter pullarios orta de auspicio eius diei exauditaque ab equitibus romanis:* P. — M: auditaq. ab equitibus romanis qui rem aud spernendam rati. m. 2.: haud. — PM: fratris filio coš. — P m. 1.: iuuenes. m. 2.: iuuenis. — P m. 1.: rem inquisita ne quid cet. m. 2.: re inquisita. — P: incōpertum deferret ad consulem. M: inconptum deferret ad consulem.

6. *tu quidem macte uirtute diligentiaque esto:* PM. cf. 7, 10.: macte uirtute — ac pietate in patrem patriamque. — P: si quid falso nuntiat. — M: poſ exercituique egregium auspicium est. P: p̄r. exercituique cet. „Mögen dich die Götter belohnen für diese Treue und Gewissenhaftigkeit! Wenn übrigens der, welcher auf die Zeichen der Götter zu achten hat, Falsches berichtet, so ladet er auf sich selbst die Verantwortung: mir sind glückliche Zeichen verkündigt worden, und unter solchen Auspicien wird das Heer des röm. Volkes kämpfen".

10. *uti pullarios inter prima signa constituerent:* M] ut pullarios cet. (P rell.). — Omnes igitur pullarios, ne is qui falsa detulisset, iram deorum effugeret. — Paulo post Leid. I.: insequitur acies armata ornata.

13. *prius quam clamor tolleretur concurreretur que:* P m. 2. — P m. 1.: concurrenturque. — M m. 1.: prius quam clamor tolleratur concurret | emisso cet. m. 4.: tolleretur concurrit. Codd. Gärtn. Haverc.: concurrerentque. Leid. I. Voss. II. Lov. 4.: concurrebaturque. — P m. 2. M: ante signa cecidit. P m. 1.: cedit. — M m.

leretur concurrereturque emisso temere pilo ictus pullarius ante signa cecidit: quod ubi consuli nuntiatum est, „dii in proelio sunt“ inquit, „habet poenam noxium caput“. ante consulem haec dicentem corvus voce clara occinuit, quo laetus augurio consul adfirmans numquam humanis rebus magis praesentes interfuisse deos, signa canere et clamorem tolli iussit.

XLI. Proelium commissum atrox, ceterum longe disparibus animis: Romanos ira spes ardor certaminis avidos hostium sanguinis in proelium rapit, Samnitium magnam partem necessitas ac religio invitos magis resistere quam inferre pugnam cogit: nec sustinuissent primum clamorem atque impetum Romanorum per aliquot iam annos vinci adsueti, ni potentior alius metus insidens pectoribus a fuga re-

4. P: quod ubi cons̄. (P: cos̄.) nuntiatum est. M m. 1.: quid ubi. — Leid. I.: „dein proelio sunt“: i. e. dei in proelio sunt.

3. *ante consulem haec dicentem coruus uoce clara occinuit quo laetus augurio cos̄*. cet.: PM. — Voss. II.: uoce clara obcinit. Recc. codd.: cecinit. Cf. 6, 41.: si occinerit avis.

8. *proelium commissum* (M: cōmisum) *atrox:* PM. — Dein scriptum est in M „ceterum longe diis parib. animis“. m. 2.: „disparib.“: in P „ceterum loce diisparibus animis“. — P: romanos spes ardor certaminis auidos hostium sanguinis in proelium rapit. — P: magis resistere quam | terferre pugnam cogit. m. 2.: quam | interferre.

12. *nec sustinuissent — ni potentior alius metus insidens pectoribus a fuga retineret:* PM rell.: „wenn sie nicht jene andere mächtigere Furcht, die sich ihrer Gemüther bemächtigt hatte, von der Flucht zurückgehalten hätte“. Et Livius plusquamperfecto in his locis utebatur, velut 3, 5.: „— venissetque in periculum summa rerum ni T. Quinctius peregrinis copiis cum Latino Hernicoque exercitu subvenisset“: sed h. l. in imperfecto inesse videtur „ni eius generis metus potentior esse animosque a fuga retinere soleret“. cf. 2, 56.: *violatusque esset* tribunus ni et contio omnis atrox *coorta* pro tribuno in consulem *esset* et concursus hominum in forum ex tota urbe concitatae multitudinis *fieret*.

tineret: quippe in oculis erat omnis ille occulti paratus sacri et armati sacerdotes et promisca hominum pecudumque strages et respersae fando nefandoque sanguine arae et dira execratio ac furiale carmen detestandae familiae stirpique conpositum: iis vinculis fugae obstricti stabant civem magis quam hostem timentes. instare Romanus a cornu utroque a media acie, et caedere deorum hominumque attonitos metu: repugnatur segniter ut ab his quos timor moraretur a fuga. iam prope ad signa caedes pervenerat, cum ex transverso pulvis velut ingentis agminis incessu motus

1. *quippe in oculis erat omnis ille occulti paratus sacri:* PM al. — Recc. quidam codd.: „apparatus": quod nomen 10, 38. positum est „erat cum alius apparatus sacri" cet. Cf. Tac. Ann. 13, 17.: nox eadem necem Britannici et rogum coniunxit proviso ante funebri paratu qui modicus fuit. — M: et *promisca* hominum pecūdumque strages. P: et promiscua cet. Cf. 7, 1. 5, 55. al. — In eis quae sequuntur binae orationis partes cohaerere sibique invicem respondere videntur: respersae enim erant arae promisca illa strage hominum pecudumque, et dira execratio in furiali carmine inerat. — P m. 1.: et respersae fandoque sanguine arae et tira execratio afuriale carmen. P m. 2. M: „fando nefandoque sanguine arae et dira execratio ac furiale carmen". In Leid. I. Voss. II. Lov. 4. excidit *fando*. — P: familiae stirppique.

5. *iis uinculis fugae obstricti stabant:* PM] his vinculis cet. — M: instare romanus a cornu utroque a media aciae et caedere cet. P: instare romanus a cornu utroque *a*medi*c*ia acie excedere. m. 2.: acie et cedere. — „*Ac* media acie" fortasse ex litterarum metathesi scribendum est. — Voss. II. al. „instat", et Voss. I. al. „ad mediam aciem".

8. *repugnatur segniter ut ab his quos timor moraretur a fuga:* PM Leid. I. Voss. II. al.] repugnatur segniter ut ab iis quos cet. „Wie natürlich, da nur die Furcht sie von der Flucht zurückhielt". — Paulo post P: „puluis uelut ingentis agminis incessum*mo*tus". — *Octauium Maecium* scripsimus cum PM: 8, 7. In Leid. I. scriptum est *Mecium*, in Pall. 1. 3. *mesium*, in recc. codd. (ed. Bekk.) „Octavium Metium". — PM rell.: *dux alaribus cohortibus erat.* Cf. 10, 8.: principem nobilitati vestrae.

apparuit: Sp. Nautius — Octavium Maecium quidam eum tradunt — dux alaribus cohortibus erat: pulverem maiorem quam pro numero excitabant, insidentes mulis calones frondosos ramos per terram trahebant: arma signaque per turbidam lucem in primo apparebant, post altior densiorque pulvis equitum speciem cogentium agmen dabat: fefellitque non Samnites modo sed etiam Romanos, et consul adfirmavit errorem clamitans inter prima signa ita ut vox etiam ad hostes accideret, captum Cominium, victorem collegam adesse: adniterentur vincere prius quam gloria alterius exercitus fieret. haec insidens equo. inde tribunis centurionibusque imperat ut viam equitibus patefaciant: ipse

2. *pulverem maiorem quam pro numero excitabant:* P. — M m. 1.: „puluerem quā pro numero excitabat“: sed antiqua iam manu restitutum est *excitabant.* — Deinde scriptum est in P: „post altiorq. puluis equitum speciem cogentium agmen dabat“. M: „post altior densiorque puluis“: „der hintennach hoch und dicht sich erhebende Staub gab den Schein einer den Zug schliessenden Reiterei“. — P: „fefellitque non samnites modo sed etiam romanos“ (scil. vera res). — PM: et coš. adfirmauit errorem clamitans inter prima signa ita ut uox etiam ad hostis accideret. Lov. 4. al.: accederet. cf. 10, 43. — P: captum cōmonium. m. 2.: cōminium. — P cod. Gel. al.: adniterentur uincere prius quam gloria alterius exercitus fieret. M Leid. I. Voss. II. Lov. 4.: gloria alterius exercitus foret. — M: haec indens equo.

12. *ipse Trebonio Caedicioque praedixerat ubi se* cet.: M m. 1.] ipse — praedixerat ut ubi se cet. (M m. 2. P). Quamquam *ut* inter verba *praedixerat* et *ubi* facile excidere potuit, tamen optimi libri auctoritas non videbatur neglegenda esse, et quod antiquis libris testibus eandem hanc coniunctionem permultis locis ita omissam videmus, et quod huius loci rationi aptius esse brevius dicendi genus neminem fugerit. cf. 3, 20.: „edicimus itaque, omnes qui in verba iurastis, crastina die armati ad lacum Regillum adsitis“. Paulo ante tamen cum PM scripsimus: „inde tribunis centurionibusque imperat *ut* viam equitibus patefaciant“: quo loco in tribus recc. codd. *ut* praetermissum est. In Leid. I. Pall. 1. 3. Voss. II. Lov. 4.

Trebonio Caedicioque praedixerat, ubi se cuspidem erectam quatientem vidissent, quanta maxima vi possent concitarent equites in hostem. ad nutum omnia ut ex ante praeparato fiunt: panduntur inter ordines viae, provolat eques atque infestis cuspidibus in medium agmen hostium ruit perrumpitque ordines quacumque impetum dedit. instant Volumnius et Scipio et perculsos sternunt. tum iam deorum hominumque victa vis: funduntur linteatae cohortes, pariter iurati iniuratique fugiunt nec quemquam praeter hostes metuunt. peditum agmen, quod superfuit pugnae, in castra aut

non *uiam* sed *uias* scriptum est, quod „panduntur inter ordines *viae*" sequeretur: sed cf. 30, 33. ubi orationem ad eandem rationem mutatam reperimus. — M m. 1.: cuspiem. m. 3.: cuspidem. — M m. 1.: concitarent equites hostem. m. 2.: ī hostem.

3. *ad nutum omnia ut ex ante praeparato fiunt:* PM. Adverbium *ante* saepe ita cum praepositionibus *ex* et *in* coniunctum videmus: cf. 4, 22. ex ante convecto. 45, 2. 41, 16. — Voss. II. Lov. 4.: prouolatque eques. — M: atque infesticus pidib. in medium agmen hostium ruit. Leid. I. Voss. II. al.: in medium agmen ruit.

7. *tum iam deorum hominumque uicta uis:* M rell. In P scriptum est „tum iam deorum hominumque *uicta ui* funduntur" cet. sed quamquam hic ablativus abs. aptissime cum *fugiunt* coniungi potuit, minus tamen convenerit verbo *funduntur*. et multo elegantior procedere huius loci oratio videtur, si suo quaeque loco seorsum ab reliquis explicantur: „da endlich hörte jede Rücksicht auf Götter und Menschen auf: in die Flucht geschlagen werden die Linnencohorten, zu retten sucht sich so gut wer geschworen wie wer nicht geschworen hat, und fürchtet Niemanden als den Feind". — P: pariter iurati iniuratiq. fiunt nec quenquā praeter hostes metuunt. Voss. II. al.: praeter hostem.

10. *peditum agmen quod superfuit pugnae in castra aut Aquiloniā conpulsum est:* PM] peditum agmen quod superfuit pugnae in castra ad Aquiloniam compulsum est (Drakenb. codd.). — Non omnes pedites Samnitium in castra ad Aquiloniam, sed alteram eorum partem recta via in urbem Aquiloniam ipsam, quo melius se ab hostium vi tutarentur, fugisse, ea quae paulo post traduntur

Aquiloniam conpulsum est, nobilitas equitesque Bovianum perfugerunt. equites eques sequitur peditem pedes, diversa cornua dextrum ad castra Samnitium, laevum ad urbem tendit: prior aliquanto Volumnius castra cepit: ad urbem Scipioni maiore resistitur vi, non quia plus animi victis est sed melius muri quam vallum armatos arcent: inde lapidibus propulsant hostem: Scipio, nisi in primo pavore priusquam colligerentur animi transacta res esset, lentiorem fore munitae urbis oppugnationem ratus interrogat milites, satin' aequo animo paterentur ab altero cornu castra capta esse, se victores pelli a portis urbis: reclamantibus universis primus ipse scuto super caput elato pergit ad portam, secuti alii testudine facta in urbem perrumpunt deturbatisque Sa-

extra omnem dubitationem ponunt. — Deinde litterarum metathesi scriptum est in M Leid. I. al.: „nobilitas equitesque *uob*ianum perfugerunt": in P etiam „uobianium".

2. *diuersa cornua:* M Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.] ac diversa cornua (P al.). — P m. 1.: laeuum ab urbem tendit. m. 2.: ad urbem. M: laeuū masurbē tendit. — Lovel. II.: equite*m* eques sequitur peditem pedes: diuersa cornua dextrum ad castra samnitium laeuum ad urbem ten*dunt*.

4. *ad urbem Scipioni maiore resistitur ui non quia plus animi uictis est sed* cet.: PM al. — In tribus recc. codd. scriptum est „maior*i* resistitur ui". — Pall. Voss. II. Lov. 4. al.: „non quia plus animi uictis *esset*", idque I. Fr. Gronovio recipiendum videbatur. — Lov. 4.: scipio nisi primo pauore cet. Leid. I. Voss. II. al.: scipionis in primo pauore. — P m. 1.: letionem fore. m. 2.: letiorem fore munitae urbis cet. Voss. II. al.: munitae *armis* urbis. — Idem Voss. II.: satisne (3,67.). Cf. 1, 58.: satin'. al. — M m. 1.: se uictores pelli a portis urbei. m. 2.: urbis. — M: scuto super caput eleuato. P rell.: elato. — Leid. I.: pergit ad pugnam.

13. *deturbatisque Samnitibus quae circa portam erant muri occupauere:* P m. 1. M m. 1. Leid. I.] deturbatisque Samnitibus, qui circa portam erant, muros occupavere (M m. 2. cod. Fuld. al.). — P m. 2.: qui circa portam erant muri occupauere. Cod. Klock.: qui circa portam erant murum occupauere. Lov. 4.: qui circa portam erant muri occupantur. — Mirum sane est, quod inte-

mnitibus quae circa portam erant muri occupavere: penetrare interiora urbis, quia pauci ad modum erant, non audent.

XLII. Haec primo ignorare consul et intentus recipiendo exercitui esse: iam enim praeceps in occasum sol erat et adpetens nox periculosa et suspecta omnia etiam vi-

grae scripturae vim, quae Gelenium non fugerat, tot antiqui et recentes interpretes capere non potuerint. et quam otiosa videri debent verba ad *deturbatis* adiecta, cum fieri non possit ut quisquam de aliis quam qui in muris erant Samnitibus cogitet. longe vero alio spectat id quod Livius dicit, non omnem murum ab Romanis occupatum esse sed eam partem quae circa portam erat: et ut utraque pars muri ad dextram laevamque manum intelligeretur, non *quod circa portam erat muri* (Lov. 3.) scripsit, sed *quae circa portam erant muri* „die dem Thore nahe liegenden Theile der Mauer". Inprimis vero Livium et Tacitum hoc genitivo partitivo uti solitos esse, satis notum videatur: cf. ex. gr. Liv. 2, 33.: caedeque *in proxima urbis* facta ignem temere abreptum imminentibus muro aedificiis iniecit. 5, 41.: pars in proxima quaeque tectorum agmine ruunt. 9, 35.: praevecti per obliqua campi. 3, 17.: non quidquid patrum plebisque est, consules tribunos, deos hominesque omnes armatos opem ferre — decuit? Tac. 14, 61.: non eo loci res suas agi ut de matrimonio certet.

1. *penetrare interiora urbis quia pauci ad modum erant non audent:* PM] penetrare in interiora urbis cet. (Cod. Fuld. Leid. 1. Voss. 1. Lov. 4. al.). — *Penetrare* non modo cum praepositione *in* (9, 35.) sed etiam sicut *intrare* cum accusativo eius rei quae intratur coniunctum esse haud pauci veterum poetarum posteriorisque aetatis scriptorum loci docent. cf. ex. gr. Virg. 1, 241.: Antenor potuit — Illyricos penetrare sinus atque intima tutus Regna Liburnorum. Vell. 2, 40.: penetrata ē cum victoria Media Albani Hiberi. 2, 47. Suet. Caes. 52.: paene Aethiopia tenus Aegyptum penetravit nisi exercitus sequi recusasset. Tac. Ann. 3, 4.: nihil tamen Tiberium magis penetravit quam studia hominum accensa in Agrippinam. — Ad modum: cf. 10, 45.

4. *iam enim praeceps in occasum sol erat et adpetens nox periculosa et suspecta omnia etiam uictoribus faciebat:* PM. — Multi recc. codd.: erat sol. — Cf. 8, 38.: nox iam adpetebat.

ctoribus faciebat. progressus longius ab dextra capta castra videt, ab laeva clamorem in urbe mixtum pugnantium ac paventium fremitu esse: et tum forte certamen ad portam erat: advectus deinde equo propius ut suos in muris videt nec iam integri quicquam esse, quoniam temeritate paucorum magnae rei parta occasio esset, acciri quas receperat copias signaque in urbem inferri iussit: ingressi proxima ex parte, quia nox adpropinquabat, quievere: nocte oppidum ab hostibus desertum est. caesa illo die ad Aquiloniam Sa-

1. *progressus longius ab dextra capta castra uidet:* PM] progressus — castra capta uidet. — In Leid. I. Voss. II. Lov. 4. scriptum est „progressus longior": sed *capta castra* etiam in omnibus prope Drak. codd. inest. — PM: „ab laeua (M: leua) clamorem in urbe mixtum pugnantium ac pauentium fremitu esse" (nim. *audit*): „von der linken her vernimmt er das laute Geschrei, das in der Stadt theils von den Kämpfenden theils von der mit Angst erfüllten Menge erhoben ward". Cf. 2, 33.: „clamor inde oppidanorum mixtus muliebri puerilique ploratu ad terrorem ut solet primum ortus" cet. In Pall. 1. 3. Voss. II. al. scriptum est: „in urbem rixantium (Leid. I. „rixa tum") pugnantium ac pauentium fremitum esse". In rell. recc. Drakenb. codd. idem „fremitu*m*" legitur, quod Drakenborchio non improbandum videbatur. — P: et *cum* forte certamen ad portam erat *a* uectus deinde equo propius. P m. 2. cod. Klock.: erat euectus deinde. — Paulo post P cod. Klock.: quod temeritate paucorum magnae rei parta occasio esset. Leid. I. Voss. II. Lov. 4.: part*ae*. — PM: acciri quas receperat copias: „die er vom Kampfe und vom Verfolgen schon zurückgerufen hatte".

7. *ingressi proxima ex parte quia nox adpropinquabat quieuere:* P m. 2. M m. 2.: i. e. ingressi urbem ab ea porta, quae a Romanis iam capta erat, substiterunt ad portam et in muro cum reliqua suorum turba quibus subsidio missi erant. Iac. Gron. „proxima *ea* parte" scribi voluit. — P m. 1. M m. 1.: quiuere. — Dein videtur in M m. 1. *nocti* scriptum fuisse.

9. *caesa illo die ad Aquiloniam Samnitium mil XX CCC XL capta III DCCC & LXX.:* M] caesa — millia triginta trecenti quadraginta, capta tria millia octingenti et septuaginta (recc. tres codd.) — Cod. Klock.: millia x & cccxl.

mnitium milia viginti trecenti quadraginta, capta tria milia octingenti et septuaginta, signa militaria nonaginta septem. ceterum illud memoriae traditur, non ferme alium ducem

— P al.: mil x cccxl. capta iiii dccc & lxx. — Legimus 10, 38. ad quadraginta milia Samnitium in castris ad Aquiloniam positis consedisse: eiusque multitudinis sedecim milia linteatorum militum fuisse, reliquum exercitum paulo plus viginti milium 10, 40. nuntius allatus traditur, viginti Samnitium cohortes quadringenarias profectas esse Cominium. 10, 41. peditum agmen quod pugnae superfuit et in castra et Aquiloniam compulsum esse, nobilitatemque et equites Bovianum fugisse. ex eo igitur sequitur, haud paucos Samnitium nec caesos esse in proelio nec captos. quod si iam hoc loco (10, 42.) supra triginta quattuor milia caesa captaque dicuntur ex eo numero qui minus triginta duorum milium fuerat, mendum a librariis factum esse manifestum est. integerrimus igitur Med. codicis scriptura videbitur esse: nam qui numerus in P refertur, is aliquanto minor est quam ut, cum tanta Samnitium clades fuerit, pro vero haberi possit. — PM: signa militaria xcvii. Leid. i. Voss. ii. Lov. 4. al.: *et* signa. Leid. i.: xcviii. Lov. 4.: ccvii. Recc. codd.: viginti septem.

3. *ceterum illut memoriae traditur:* M. — P: illud. — P: bene gerum | dae rei. M: bene gerūde rei. — PM: „ab eodem robore animi neque controuerso auspicio reuocari a proelio potuit" cet. i. e. ab eodem robore animi profectum est quod ne controverso quidem auspicio a proelio revocari potuit cet.: id effecit enim illud animi robur ut revocari a proelio non posset. cf. 30, 6.: relucentem flammam — cum conspexissent, *ab* eodem terrore credere et ipsi sua sponte incendium ortum. Cf. F. Hand ad Tursell. i. pag. 29. 4. — De particula *neque* cf. 5, 33.: ne quid ex antiquo praeter sonum linguae nec eum incorruptum retinerent. 7, 34. 40. 30, 42. al. — PM al.: quo templa *deis* inmortalibus uoueri mos erat. — M: ioui uictorii. — Leid. i.: si legiones fudisset hostium. — PM: „pocillum mulsi priusquam temetum biberet sese facturum". *Facere* nonnumquam ut Graecorum ῥέζειν significare *sacrificare*, *rem divinam facere*, notum est. cf. Virg. E. 3, 77. Cic. ep. ad Att. 1, 12. 3.: „Clodium Appii f. credo te audisse cum veste muliebri deprehensum domi C. Caesaris, cum pro populo fieret",

laetiorem in acie visum seu suopte ingenio seu fiducia bene gerundae rei: ab eodem robore animi neque controversi auspicio revocari a proelio potuit, et in ipso discrimine — quo templa deis inmortalibus voveri mos erat — voverat Iovi Victori, si legiones hostium fudisset, pocillum mulsi prius quam temetum biberet sese facturum: id votum dis cordi fuit et auspicia in bonum verterunt.

XLIII. Eadem fortuna ab altero consule ad Cominium gesta res. prima luce ad moenia omnibus copiis admotis corona cinxit urbem subsidiaque firma, ne qua eruptio fieret, portis opposuit: iam signum dantem eum nuntius a col-

quo loco tamen nec in pessimis codd. „cum sacrificium pro p.“ inventum esse dicitur. — PM: „id uotum *dis* cordi fuit et auspicia in bonum uerterunt“: cf. 6, 20.: nec dis cordi fuisse poenam. — „Von ein und derselben Geisteskraft gab Zeugniss, dass er nicht einmal dadurch, dass die Angabe über die Auspicien streitig gemacht wurde, sich von der beschlossenen Schlacht abbringen liess, und dass er in dem Augenblicke der Entscheidung, wo Andere den unsterblichen Göttern Tempel zu geloben pflegten, dem Jupiter Victor, wenn er die feindlichen Schaaren überwältige, einen kleinen Becher Weins mit Honig vermischt zu spenden versprach, bevor er seinen starken Wein trinken würde: und dies Versprechen nahmen die Götter freundlich auf und liessen die bedenklichen Auspicien einen glücklichen Ausgang gewinnen“.

8. *eadem fortuna ab altero cons. ad Cōminiū* (P: cōmonium) *gesta res:* PM. — Multi recc. codd.: res gesta. — P: subsidiaque firma ne qua eruptio fieret portis opposuit. M m. 1.: subsidiaque firma nequiruptio fieret portis opposuit. m. 3.: neq[a]eruptio.

11. *iam signum dantem eum nuntius a collega trepidus de uiginti cohortium aduentu* cet.: PM. *Nuntius a collega* scil. missus. sic scriptum est 2, 3.: „a quibus placide oratio accepta est, iis *litteras ab Tarquiniis* (scil. datas) reddunt“: 6, 13.: „*coloni a* Velitris“ (scil. profecti, orti): multisque similia locis. „*legati ab* Clusinis“ (5, 33.), aliique eius generis loci videri possunt non huc pertinere, cum *le-*

lega trepidus de viginti cohortium adventu et ab impetu moratus est et partem copiarum revocare instructam intentamque ad oppugnandum coegit. D. Brutum Scaevam legatum cum legione prima et decem cohortibus alariis equitatuque ire adversus subsidium hostium iussit: quocumque in loco fuisset obvius, obsisteret ac moraretur manumque, si forte ita res posceret, conferret, modo ne ad Cominium eae copiae admoveri possent. ipse scalas ferri ad muros ab omni parte urbis iussit ac testudine ad portas successit. simul et refringebantur portae et vis undique in muros fiebat. Samnites sic ut antequam in muris viderent armatos satis animi habuerunt ad prohibendos urbis aditu hostes, ita postquam iam non ex intervallo nec missilibus sed com-

gatus partic. perf. verbi *legare* sit. — P m. 1.: et ad impetu. P m. 2. M: et ab impetu. P m. 1. M m. 1.: oratus est. P m. 2. M m. 3.: moratus. — Paulo post PM rell.: et decem cohortibus alariis: cf. 10, 40.

5. *quocūque in loco fuisset obuius:* PM. — Leid. I. Pall. 1. 3. Voss. II. Lov. 4. al.: quocumque loco. — M: manumque si forte ita res posceret conferret. P: conferri. Cod. Oxon.: consereret. Cf. 21, 50.: Romanos *conserere* pugnam et ex propinquo vires *conferre* velle. 9, 5.: sibi non stingere licuisse gladios non manum cum hoste conferre. — P: modo ne ad cominium *h*eae copiae admoueri possent. M: modo ne ad cominium haee copiae adadmouere | possent. Cf. 6, 29.: *eae* quoque expugnatae. al. — Leid. I.: „*haec* copiae". Cf. 3, 55.: haec consulares leges 1. 30. 25, 22.: haec clades (Put. m. 1. Colb. m. 1.): al.

13. *postquam iam non ex interuallo nec missilibus sed cōminus gerebatur res:* M. In P h. l. scriptum est *eominus*, sed cf. 1, 33. 27, 18.: „ad comminus conserendas manus" (Put. Colb. Bamb.): et sic ubique in antiquis libris. — Dein scriptum est in M et in omnibus Drak. codd.: „et quia *a*egre successerant ex plano in agros": in P „et q̧ egre" i. e. et qui egre. *Qui* rectissime se habet: „und nachdem die, welche sich vorher nur mit grosser Anstrengung bis an die Mauer hatten heranarbeiten können, jetzt nachdem die Schwierigkeit des Ortes glücklich besiegt war, auf dem gleichen Boden leichtes Spiel gegen den ihnen nicht gewachsenen

minus gerebatur res, et qui aegre successerant ex plano i muros, loco quem magis timuerant victo facile in hostem inparem ex aequo pugnabant, relictis turribus murisque i forum omnes conpulsi paulisper inde temptaverunt extre mam pugnae fortunam, deinde abiectis armis ad undeci milia hominum et quadringenti in fidem consulis venerun caesa ad quattuor milia octingenti octoginta. — Sic ad C minium sic ad Aquiloniam gesta res. inde medio inter du urbes spatio, ubi tertia expectata erat pugna, hostes non i venti: septem milia passum cum abessent a Cominio, rev

Feind hatten". In P tamen non *successerant* scriptum est sed „successis erant", quasi librarius duas scripturas „successerant" et „successissent" coniungere voluisset. Paulo ante etiam in eodem P invenimus „refrigebantur". De imperfectis *postquam* — *gerebatur* et — *pugnabant* cf. 2, 65.: ut vires ferebant. — PM: „relictis turribus murisque in forum omnes conpulsi paulisper inde temptauerunt extremam pugnae fortunam deinde abiectis armis ad xi mil hominum et cccc in fidem coš. uenerunt. caesa ad IIII. accclxxx". Cf. 10, 33.: periere ad septingenti triginta. — „Ad undecim millia" scriptum quoque in codd. Klock. et Thuan. dicitur, in reliquis melioribus Drakenborchianis „ad quindecim". — Leid. I. cod. Klock.: caesa ad IIII accclxxx. Lov. 4. (alii recc. codd.): quatuor millia et trecenti octoginta.

7. *sic ad Comminium sic a Aquiloniam gesta res*: P. nam quamquam prius primo praetermissum erat M, tamen postea eadem m antiqua quae reliqua scrip rat orationi adiectum est. 38, 46.: „sic huic L. S pioni, sic illi M'. Acilio rege Antiocho, sic paulo T. Quinctio de rege Philip sic P. Africano de Hanni et Poenis et Syphace tri phus datus". 5, 15. al. Leid. I.: inde medio i duas *acies* spatio cet. PM: ubi tertia expectata pugna hostes non inu Cf. 10, 40.: viginti coho Samnitium — Cominium fectas.

10. *VII mil passum* (P: pas *cum abessent*: PM] sep millia passuum cum abess Cf. 5, 26.: mille fere pass al. — P: ac cimminio. recc. codd.: ab cominio. PM Leid. I.: reuocati ab neutri proelio occurrer Voss. I. multique recc. co

ati ab suis neutri proelio occurrerunt: primis ferme tenebris cum in conspectu iam castra iam Aquiloniam habuissent, clamor eos utrimque par accidens sustinuit: deinde

concurrerunt. Voss. II. Pal. 3. al.: occurretur. — PM: „cum in conspectu iam castra iam Aquiloniam habuissent". Potest quidem melius videri *haberent*, sed *habuissent* non peius est: *habuerant* enim illi iam castra iam Aquiloniam in conspectu, cum primae tenebrae obortae prospectum adimere coeperunt. — P: „clamor eos utrimque par accidens sustinuit": (m. 1.: sustenuit): „beim Hereinbrechen der Dunkelheit hemmte zuerst das Geschrei, das sich von beiden Orten aus gleichmässig stark vernehmen liess, ihre Schritte". Tribus litteris omissis scriptum est in M: „clamor eos utrīque par accidens tenuit". Cf. 5, 39.: ubi cum praegressi equites non portas clausas non stationem pro portis excubare non armatos esse in muris rettulissent, aliud priori simile miraculum eos sustinuit, noctemque veriti et ignotae situm urbis inter Romam atque Anienem consedere.

3. *deinde regionem castrorum, quae incensa ab Romanis erant, flammae late fusae certioris cladis indiciū progredi longius prohibuit*] deinde e regione castrorum, quae incensa ab Romanis erant, flamme late fusa etc. certioris cladis indicio progredi longius prohibuit. — Primo restituimus accusativum *regionem*, qui poetarum modo pro *in regionem* scriptus est (cf. 3, 29.: Lavinium *in* exilium abiit:), cum *e regione* („gegenüber") non modo antiquis libris sed etiam rationi loci repugnare videretur. Huius accusativi vis cum recc. librarios falleret, alii *regione*, alii (Voss. II.) *in regionem* scripserunt. cf. 10, 34.: eadem regione. Dein scriptum est in P et in Leid. I. „quae incensa ab romanis *erat*", in M etiam „quae ingensa ab romanis erat" (m. 2.: ingens): in Voss. II. „quae incensa a romanis erant". Tum scripsimus cum PM cod. Thuan. rell. Drak. „flammae (PM: flamme) late fusae". sed in eis quae sequuntur, videtur iam antiqua manu mendum factum esse, cum in melioribus libris inventum sit „certioris cladis indicio": quare duorum recentium librorum Portug. et Haverc. scripturam secuti *indicium* recepimus, praesertim cum et multis aliis locis *o* et *ū* in finibus verborum confusa viderimus (cf. T. Livi l. xxx. p. LXXXII. 18. seqq.). I. Fr. Gronovius etiam „*certius* cladis indicium" scribi voluit,

regionem castrorum, quae incensa ab Romanis erant, flammae late fusae certioris cladis indicium progredi longius prohibuit: eo ipso loco prope temere sub armis strati passim inquietum omne tempus noctis expectando timendoque lucem egere: prima luce, incerti quam in partem intenderent iter

quod adiectivum *certius* ad *indicium* pertinere oporteret: sed praeterquam quod Livius illud liberius adiectivorum coniungendorum genus non fugit (cf. 2, 51.: post acceptam proximam pugnae cladem:), h. etiam l. *certioris cladis indicium* multo fortius atque elegantius esse quam illud alterum vix quemquam praeterierit. *Prohibuit* vero, cuius loco in Voss. II. al. *prohibuerunt* scriptum est, pro sua ratione L. non ad *flammae* sed ad *indicium* relatum voluit: cf. 2, 3.: „ne non *reddita* (bona) belli causa, *reddita* belli *materia et adiumentum esset*": 10, 41. „diversa cornua dextrum ad castra Samnitium, laevum ad urbem tendit": al. „Nach der Richtung des Lagers aber, das von den Römern angezündet worden, weiter vorzurücken, schreckte sie bald das überall hin sich ausbreitende Feuer, das ihnen die Niederlage der Ihren fast unzweifelhaft machte". — M: inditio.

3. *eo ipso loco prope temere sub armis strati passim* cet.] eo ipso loco temere sub armis strati passim (M). — Cum et in P quamquam litterarum metathesi „eo ipso loco *te* prope *mere* sub armis strati passim" scriptum esset, nec in ullo meliore Drakenb. libro *prope* deesset, paulo audacius videbatur Med. codicis scripturam sequi. nec sine causa L. dixisse videtur, *prope temere* („fast ohne Rücksicht auf ihre Sicherheit") Samnites eo loco ad lucem egisse, qui nec vallum nec stationes haberent, omnemque auxilium in armis suponerent. — Cum incertum videretur, quo in loco *prope* prima manu collocatum fuisset, factum est ut in Leid. Voss. II. al. scriberetur „prope eo ipso loco temere": Lov. 4. „prope ex ipso loco temere": in multis recc. libris „prope timore", id quod etiam in P manus altera scr voluerat syllaba *te* inducta

5. *incerti quam in partem intenderent iter:* M. — P cum Thuan. multique recc. msc „incerti quam in partem *tenderent* iter": (sic 40, 4.: adversum ventum nequiqu — tendentes. 10, 41.). cf. 27, 46.: Hannibalem nec castra sua sine duce relicta aggredi nec ad sequendum

repente in fugam consternantur conspecti ab equitibus, qui egressos nocte ab oppido Samnites persecuti viderant multitudinem non vallo, non stationibus firmatam: conspecta et ex muris Aquiloniae ea multitudo erat, iamque etiam legionariae cohortes sequebantur: ceterum nec pedes fugientes persequi potuit et ab equite novissimi agminis ducenti ferme et octoginta interfecti; arma multa pavidi ac signa militaria duodeviginti reliquere: alio agmine incolumi — ut ex tanta trepidatione — Bovianum perventum est.

XLIV. Laetitiam utriusque exercitus Romani auxit et ab altera parte feliciter gesta res. uterque ex alterius sen-

iter intendisse. 29, 30.: pars maxima cum ipso puero inter tumultum ad Syphacem, quo primum intenderat iter, pervenerunt. al. — P: „repente in fugam consternantur conspecti ab equitibus" cet.: „bei Anbruch des Tages noch ungewiss, nach welcher Richtung hin sie ihren Weg einschlagen sollten, wenden sie sich plötzlich erschrocken zur Flucht, als sie die Aufmerksamkeit der Reiter auf sich gerichtet sahen, die bei der Verfolgung der bei Nacht aus der Stadt flüchtenden Samniter den weder durch Wall noch durch Vorposten gesicherten Haufen gewahr geworden waren". — M omnesque prope Drakenb. codd.: „consternuntur". Cf. 21, 24.: metu servitutis ad arma consternati Ruscinonem aliquot populi conveniunt. 38, 46.: tantae corporum moles fundis sagittisque in fugam consternati sunt. 8, 9. al.

5. *ceterum nec pedes fugientes persequi potuit et ab equite nouissimi agminis. CC. ferme et octingenta interfecti:* M. In P excidit *et* post verbum *potuit*, sed scriptum est „cc. ferme et octoginta interfecti". — P: arma multa pauidi ac signa militaria duodeuiginti reliquireligio agmine incolumi cet. P m. 2. cod. Klock.: reliqua legio agmine incolumi cet. — M cod. Gel.: „alio agmine incolumi ut ex tanta trepidatione bouianum peruentum est": „der übrige (cf. 8, 25.: aliusque ager:) Haufen kam — so weit es übrigens bei einer so wilden Flucht möglich war — glücklich bis nach Bovianum". In recc. quibusdam codd. praetermissum est *ut*, qua particula nihil frequentius apud Livium legitur: cf. 10, 41.: „ad nutum omnia ut ex ante praeparato fiunt".

11. *uterque ex alterius senten-*

tentia consul captum oppidum diripiendum militi dedit, ex- haustis deinde tectis ignem iniecit, eodemque die Aquilonia et Cominium deflagravere. et consules cum gratulatione mutua legionum suaque castra coniunxere: in conspectu duorum exercitum et Carvilius suos pro cuiusque merito laudavit donavitque, et Papirius, apud quem multiplex in acie circa castra circa urbem fuerat certamen, Sp. Nautium Sp. Papirium fratris filium et quattuor centuriones manipulumque hastatorum armillis aureisque coronis donavit, Nau-

tia cos. captum oppidum diripiendum militi dedit: PM. — In Voss. II. al. scriptum est „uterque ex *alterius* sententia *consulis*“, sed nominativus cum *uterque* coniunctus rationi huius loci aptior videbatur. In eodem Voss. II. excidit *exhaustis:* cf. 26, 30.: praeter moenia et tecta exhausta („und den ausgeplünderten Häusern“) urbis ac refracta ac spoliata deum delubra dis ipsis ornamentisque eorum ablatis nihil relictum Syracusis esse. — PM: 'eodemque die aquilonia et cominium deflagrauere.

3. *et coss. cum gratulatione mutua* (M m. 1.: utua) *legionum suaque castra coniunxere:* PM: „unter wechselseitigen Glückwünschen von ihrer und der Soldaten Seite“. — Voss. II. al.: „cum gratulatione mutua legionumque sua castra coniunxere“. In Lov. 4. aliisque recc. codd. praetermissa est particula *que.*

4. *in conspectu duorum exercitum;* P m. 1.] in conspectu duorum exercituum (P m. 2. M). Cf. ex. gr. 28, 25.: post duorum imperatorum duorumque *exercitum* stragem (Put. Colb.). 10, 43.: septem milia passum. — PM: suos pro cuiusque merito laudauit donauitque. Leid. I.: pro cuius merito. Cf. 7, 33.: quacumque incessero. — M: in aciae. Cf. 10, 45.: evenisset. — PM rell.: *p.* nautium *sp.* papirium fratris filium. Cf. 10, 40.: Sp. Nautium. 41.: Sp. Nautius. — PM: et IIII centuriones. — P m. 1.: manipulumque haustatorum *arreisq.* coronis donauit. m. 2.: „hastatorum aureisq.“ ceterum syllaba *ar* docet in antiquiore libro vocem *armillis* non defuisse. — Dein scriptum est in P: „nautium propter expeditionem quia magis agminis modo terruerat hostes. Leid. I. Voss. II. Lov. 4.: „quia magni agminis modo“ cet. sed in M recte scriptum est „*quo*“. — Leid. I.: „terruerat hosti“ = hostis?

tium propter expeditionem qua magni agminis modo terruerat hostes, iuvenem Papirium propter navatam cum equitatu et in proelio operam et nocte quia fugam infestam Samnitibus ab Aquilonia clam egressis fecit, centuriones militesque quia primi portam murumque Aquiloniae ceperant: equites omnes ob insignem multis locis operam corniculis armillisque argenteis donat. consilium inde habitum, cum iam tempus esset deducendi ab Samnio exercitus aut utriusque aut certe alterius: optimum visum, quo magis fractae res Samnitium essent, eo pertinacius et infestius agere cetera et persequi ut perdomitum Samnium insequentibus consulibus tradi posset: quando iam nullus esset hostium exercitus qui signis conlatis dimicaturus videretur, unum superesse belli genus urbium oppugnationes, quarum per ex-

3. *quia fugam infestam Samnitibus—fecit:* PM omnesque prope codd. Drakenb.] qua fugam infestam Samnitibus — fecit (Aldus). — Utrumque et *quo* et *quia* a Livio scribi potuit: sed eum *quia* scripsisse antiqui libri testes sunt, quod non tam temporis, quo Papirius operam reip. navasset, quam ipsius operae ab strenuo iuvene navatae rationem habitam vellet, et ut doceret, quo duce equites Romani Samnites urbem egressos persecuti essent: id enim antea dictum non fuerat. Quem ad modum igitur „et propter navatam in proelio operam *et quia nocte* Samnitibus fugam funestam fecit“ nemini non placeret, et ut postea *quia* positum est, sic etiam h. l. temporis notione quae deesse non posset adiecta id quod in antiquis libris reperimus recte scriptum est. In temporibus verborum „terruerat — fecit — ceperant“ idem illud mutata constructione orationis ornandae studium videmus, quod tot locis apud Livium deprehendimus. — PM (Pall. Voss. II. Lov. 4. al.): samnitibus ad aquiloniā clam egressis. Cf. T. Livi l. xxx. p. LXIII. 3.

7. *consilium inde habitum:* PM. In Leid. I. excidit *inde*. — PM: cum iam tempus esset. Leid. I. Voss. II. Lov. 4.: cum iam nec tempus esset. — P: deducundi. M: deducendi. Cf. 3, 39.: legum ferendarum causa. — P: quo magis factae res samnitium essent. — M: eo ptinatius et infestius. — Paulo post PM: unum superesse belli genus. — P: militem locupletare praeda. M: militem locupletare pdā.

cidia militem locupletare praeda et hostem pro aris ac focis dimicantem conficere possent: itaque litteris missis ad senatum populumque Romanum de rebus ab se gestis di-

3. *diuersi Papirius ad Saepinum Caruilius ad Veliam oppugnandam legiones ducunt*] diversi Papirius ad Saepinum, Carvilius ad Volanam oppugnandam ducunt. — PM: „*ad sepinum*": sed quamquam etiam in tab. Peuting. *sepinum* legitur, tamen cum Christ. Cellario duabusque ab eo laudatis inscript. Gruter. *Saepinum* scripsimus, id quod 10, 45. codicis Med. auctoritate comprobatur. — *Caruilius* praetermissum est in P. — Deinde recepimus ex cod. Port. et ex Neap. Latinii tribusque aliis recc. libris „ad *Veliam* oppugnandam", idque nomen et hoc loco et 10, 45. a Livio scriptum esse persuasum habemus. Hoc priore quidem loco et in PM et in Leid. 1. Pall. 1. 3. levi mendo scriptum est „ad ue*ll*am oppugnandam" (3, 13.), sed 10, 45., ubi bis eiusdem oppidi mentio fit, loco posteriore in M quoque *ueliā* repperimus: et quod priore loco capitis 45. in antiquis libris *ueletiam* invenitur, id illo mendo factum esse, quo nonnumquam *etiam* pro *iam* ab librariis ingenio suo nimis indulgentibus positum est, diligentiores quorundam recentium codicum librarios non fugit. id vero mendum ibi latere, etiam hoc docet, quod in aliis recc. libris particula *et* inter *Veliam* et *Palumbinum* deest, et quod in Voss. II. invenitur „uelle etiam Palumbinum". sic etiam 10, 42., ne conplures locos ita corruptos afferamus, in Leid. I. Voss. II. Lov. 4. „nec *etiam* integri quicquam esse" scriptum est pro eo quod in PM „nec *iam* integri quicquam esse" legitur. Negat quidem Glareanus his locis de *Velia* Livium cogitare potuisse, quod Velia procul a Samnio in Lucania sita fuerit: sed virum doctum praeterisse non potest, multa eiusdem nominis oppida in diversis locis Italiae reperiri, velut illud Herculaneum, cuius nominis alterum oppidum in Campania, alterum in Samnio situm fuit. De Vola et Volanis cf. 4, 49. seqq. — Postremo scripsimus cum P m. 2. M „legiones ducunt", nam m. 1. scriptum in P erat „dicunt". cf. 10, 46.: „dicebatur". — Paulo ante in P scriptum est: „itaque litteris misis ad senatum pōpque r̄. de rebus ab se gestis". in M: „itaque litteris missis ad senatum pōpque r̄. de rebus ab se | diuersi papirius" cet. Voss. II. al.: de rebus a se gestis.

versi Papirius ad Saepinum Carvilius ad Veliam oppugnandam legiones ducunt.

XLV. Litterae consulum ingenti laetitia et in curia et in contione auditae et quadridui supplicatione publicum gaudium privatis studiis celebratum est. nec populo Romano magna solum sed peropportuna etiam ea victoria fuit, quia per idem forte tempus rebellasse Etruscos adlatum est: subibat cogitatio animum, quonam modo tolerabilis futura Etruria fuisset si quid in Samnio adversi evenisset, quae coniuratione Samnitium erecta, quoniam ambo consules omnisque Romana vis aversa in Samnium esset, occupationem populi Romani pro occasione rebellandi habuisset. legationes sociorum a M. Atilio praetore in senatum introductae querebantur uri ac vastari agros a finitimis Etruscis,

3. *litterae coss̄. ingenti laetitia et in curia et in contione auditae:* P. — M: litterae conss̄. ingenti laetitie | in curia et in contione auditae. — P: et quadridui supplicatione. M: „et *quat*ridui supplicatione“: sed litterae *quat* m. 3. in ras. sunt. cf. T. Livi l. xxx. p. xcv. 30.

5. *nec por. magna solum sed poportuna etiam ea uictoria fuit:* M. — M m. 3.: nec por. mag | na cet. P: „nec por. magna solum sed poportuna etiam uictoria fuit“. In Lov. 4. aliisque recc. libris excidit *etiam*.

9. *si quid in Samnio aduersi euenisset:* M m. 2.] si quid in Samnio adversi venisset (P). Cf. 8, 31.: si — aduersa pugna evenisset. al. Ille locus quem Drakenborchius laudavit ex 23, 27. huc referri non potest, quod ibi ex Put. restituendum videtur „cui omnia prospere *ut* uenirent“: cf. 8, 1. — M m. 1. scriptum erat „æuenisset“, quo mendo saepe in hoc libro erratum est: ex. gr. 6, 12.: armaemus. Paulo ante scriptum est in M m. 4. P: subibat cogitatio animum. M m. 1.: subiba cogitatio cet. Leid. I. Lov. 4. al.: subibat cogitatio hominum. — Paulo post P: qm̄ ambo coss̄. M: qm̄ ambo conss̄. omnisque romana uisa uersa in samnium esset. M m. 2.: uis uersa. — P: occupationem p̄r̄. pro occupatione rebellandi habuisset. M: occupationēq. pro occasione rebellandi habuisset.

14. *uri ac uastari agros:* M Voss. II. al.] uri et uastari agros (P). — Leid. I, Lov. 4.: „iri et uastari“. *Et* scriben-

bibus capta aut caesa ad decem milia hominum ita ut par ad modum plures caperentur. sortientibus provincias cons

sammengenommen tödtete er in beiden Gefechten". 10, 41.: intrare interiora urbis, quia pauci ad modum erant, non audent: „weiter in die Stadt einzudringen wagen sie nicht, da sie im Ganzen genommen nur wenige waren". 22, 24. 44, 43. al. 6, 34. avertentem causam doloris — quippe nec satis piam adversus sororem nec ad modum in virum honorificam: „indem sie den Grund ihres Kummers nicht angeben wollte, da er weder von Liebe gegen die Schwester zeuge, noch ihrem Gatten besonders Ehre bringe". 40, 59.: armorum hostilium magnam vim transtulit, *nullam* pecuniam *ad modum:* „an erbeuteten Waffen brachte er eine grosse Anzahl mit, an Geld nicht eben so". 43, 13.: non sum nescius ab eadem neglegentia qua nihil deos portendere volgo nunc credant, neque nuntiari *ad modum nulla* prodigia in publicum neque in annales referri: „wohl sehe ich dass es von ein und demselben Unglauben — herrührt, dass man jetzt so gut wie fast gar nicht mehr von Zeichen welche die Zukunft enthüllen spricht, noch dieselben in die Geschichtsbücher aufnimmt".

2. *sortientibus prouincias* (M: prouintias) *coss.:* PM. — Leid. 1. Voss. II. al.: etra caruilio aduenit. — M: „q uim frigoris | in samnio n patiebantur". Aliud signifi „qui vim frigoris *iam in S nio* non patiebantur" ali „qui vim frigoris in Sam *iam non patiebantur*". Paulo post M: ad sepinu P: ad sepinum. Cf. 10, 4 — PM cod. Klock. Voss Lov. 4. multique alii cod maior uis restitit. Leid. 1. duo recc. codd.: maior resistit. Cod. Harl. rec.: stitit. — M: saepe in a saepe in agmine cet. D kenborchius Gruterum se tus praepositionem *in* u que loco inductam voluit, q *acie agmine* non *in acie pugnari* diceretur. verum *agmine pugnatum esse* gnificat, cum Papirius ad S pinum proficisceretur, nec lites ad pugnandum satis rati essent, Saepinates psisse Romanum agmen ut in ipso itinere pug iniri necesse fuisset. sic ptum est 29, 36. „P. S pronius cos. — cum Ha bale in ipso itinere tumul rio proelio conflixit": q quam eodem loco adii „agminibus magis quam pugnatum est" („man f mehr Haufen gegen Ha als nach gehöriger Entwi lung einer Schlachtli

libus Etruria Carvilio evenit secundum vota militum, qui vim frigoris iam in Samnio non patiebantur. Papirio ad Saepinum maior vis hostium restitit: saepe in acie saepe in agmine saepe circa ipsam urbem adversus eruptiones hostium pugnatum: nec obsidio sed bellum ex aequo erat, non enim muris magis se Samnites quam armis ac viris moenia tutabantur: tandem pugnando in obsidionem iustam coegit hostes obsidendoque vi atque operibus urbem expugnavit. itaque ab ira plus caedis editum capta urbe: se-

Et *saepe in acie pugnatum esse* exprimit, quamvis vix tantae copiae unius oppidi viderentur esse, tamen Saepinates ausos esse non modo carptim in agmine et erumpendo ex urbe cum obsiderentur Romanos aggredi sed in iusta acie militibus instructis ornatisque proelium committere. Cf. 5, 41.: quod nec *in acie ancipiti* usquam certaverant *proelio* nec tum impetu aut vi capiebant urbem. Vell. Pat. 2, 47.: pugnatum saepe de recta acie saepe in agminibus saepe eruptionibus cet. — Lov. 4.: pugnatum est.

5. *nec obsidio sed bellum ex aequo erat:* M] neque obsidio sed bellum cet. (I. Fr. Gron.). — P rell.: *nec* obsidio *nec* bellum ex aequo erat. — Forsitan mendo quodam nec de industria in antiquiore aliquo libro *nec* scriptum altero loco sit: sic enim etiam in M 9, 5. non *sed* scriptum vidimus sed „*sec* per sponsionem", quod facillime pro *nec* haberi potuit, praesertim cum priore loco *nec* legeretur. utut id est, in uno Med. iusta huius loci scriptura reperta est. aperte enim Liviana verba sequentia docent, tanto pugnandi ardore Saepinatium animos accensos fuisse ut obsessi a Romanis se muris tutari noluissent, sed totiens ex urbe eos erupisse ut ex aequo bellum geri videretur. — Voss. II. al. „armis *et* uiris". Cf. supra *uri ac vastari.* — Paulo post scriptum est verborum metathesi in M: „obsidendoque ui atque operibus urbē *itaq.* expugnauit ab ira cet. P: „obsidendo*q*. operibus urbem expugnauit itaque ab ira" cet. duobus verbis praetermissis.

9. *VII CCCC caesi capta minus III mil hominum:* PM. — Voss. I. al.: VII XL caesi. — Voss. II.: caesa. — In Leid. I. Lov. 4. al. excidit *caesi.* — Lov. 4.: capta minus tribus millibus. Cf. 10, 37.: capta amplius duo milia hominum, minus duo milia circa muros caesa. — M m.

ptem milia quadringenti caesi, capta minus tria milia hominum: praeda, quae plurima fuit congestis Samnitium rebus in urbis paucas, militi concessa est.

XLVI. Nives iam omnia oppleverant nec durari extra tecta poterat, itaque consul exercitum de Samnio deduxit. venienti Romam triumphus omnium consensu est delatus: triumphavit in magistratu insigni — ut illorum temporum habitus erat — triumpho: pedites equitesque insignes donis transiere ac transvecti: multae civicae coronae vallaresque

1.: „praeda quae plurima fuit concestis samnitium in urb*us* paucas“ cet. M. 3. scriptum est „congestis“ et „urbibus“: sed cum litterae *u* et *i* sexcentis locis confusae sint, hoc quoque loco in antiquiore libro „in urb*is*“ scriptum fuisse veri simile est. — P: praedaq. plurimū fuit congestis samnitium in urbes paucas militi concessa est.

6. *uenienti Romam triumphus omnium consensu est delatus:* PM. Ne senatus triumphum non petenti ultro detulisse videretur, Drakenborchius „triumphus omnium consensu est *decretus*“ scribendum coniecit. sed praeterquam quod etiam 2, 47. legimus, id quod Drakenb. non fugit, M. Fabium cons. triumphum senatu decernente non accepisse, et quod in Samnio iam tot tantaeque res actae erant, iam tanta vis aeris argentique translata erat, ut suo iure senatui Papirius consul dignus videri potuisset cui ultro triumphus deferretur —: non video cur, cum L. verbo deferendi usus sit, petitus a consule triumphus esse non possit, licet id a Livio scriptum non legeretur. cf. 7, 13.: cum vincere cupimus tum te duce vincere, *tibi lauream insignem deferre,* tecum triumphantes urbem inire cet. — M: ut illorum temporum habitu erat.

9. *transiere ac transuecti:* M m. 2. P cod. Gel. Leid. 1. cod. Klock. Lov. 4. al.] transiere ac transvecti sunt (cod. Sig.). — M m. 1.: transierem ac transuectis. Voss. II.: transuectis. — Non dubitarem *s* pro *s̄* aut *sunt* et a Livio scriptum putare, nisi paulo post et in M et in P idem *s* aliquot verbis sine idonea causa adiectum fuisset. — In P excidit *pedites* inter *triumpho* et *equitesque.* — M: multę ciuicae coronae uallaresquae ac murales conspectae. — M m. 1.: et decorē ac pulchritudine. m. 2.: decore. Cod. Klock.: et decorem et pulchritudinem. — PM: paternis spoliis. Cf. 9,

ac murales conspectae: inspectata spolia Samnitium et decore ac pulchritudine paternis spoliis, quae nota frequenti publicorum ornatu locorum erant, conparabantur: nobiles aliquot captivi clari suis patrumque factis ducti: aeris gravis travecta viciens centum milia et quingenta triginta tria

40. 10, 39. — PM: „nobiles aliquos captiuis" cet. R etiam „ductis". P m. 2.: nobiles aliqui captiui clari suis patrumque factis ducti.

4. *aeris grauis trauecta uiciens centum milia et quingenta triginta tria milia*] aeris gravis transvecta vicies centena et ad triginta tria millia. — PM: „aeris grauis trauecta uicinies centum milia & axxxiii mil". P m. 2.: uicies. — Leid. I.: trauecta uicinies centum mille et triginta tria millia. Cod. Klock.: uicies centum millia & a.xxxiii. millia. Cod. Sig.: aeris grauis magna uis transuecta, uicies centies millies et quingenta triginta millia. — Primo scripsimus *uiciens:* nam in eo quod in PM Leid. I. legitur, duae scripturae *iens* et *ies* coniunctae videntur: cf. 3, 58.: octiens. 30, 28.: milliens. al. Deinde restituimus *centum milia.* nam sicut ab Ovidio trist. 4, 10. 4. „Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis, *Milia* qui *noviens* distat ab urbe *decem*": sicut a Caesare b. gall. 5, 13. „ita omnis insula est in circuitu viciens centum milium passuum": ab Liv. 33, 42.: „deciens centum milia": similiterque antiquissimis libris testibus ab optimo quoque scriptore scriptum est: ita sane Livius h. quoque l. repugnantibus Gronovio Drakenb. al. scribere potuit „viciens centum milia". his 2,000000 aeris gravis iam adduntur 530,000: quare *et* ex PM recipiendum erat, quamvis Gelenius id in suo antiquo libro vidisse nolit: sed ille particulam neglexerit, cum eum non ex optimo codice sed pro suae aetatis ratione et *transvecta* et *vicies* scripsisse videamus. verum id quod sequitur *axxxiii* pro *dxxxiii* eodem illo mendo, quod tot locis huius decimi libri deprehendimus, scriptum esse extra omnem dubitationem idem Gelenius ponit, qui in perantiquo libro fuisse dicat „quingenta triginta tria millia". idem etiam scriptura Palatinorum 1. 3. cod. Thuan. affirmatur: „& ad xxxiii. milia". Cf. 10, 33.: periere ad septingenti triginta. — P: id aes redactum ex captiuis ducebatur. m. 2.: dicebatur. M: id aes redactum ex captiuis diceretur. Cf. 3, 52.: vociferabantur.

milia, id aes redactum ex captivis dicebatur: argenti qu captum ex urbibus erat, pondo mille octingenta trigin omne aes argentumque in aerarium conditum, militibus hil datum ex praeda est: auctaque ea invidia est ad p bem quod tributum etiam in stipendium militum conlat est, cum si spreta gloria fuisset captivae pecuniae in ae rium inlatae, et militi tum dare ex praeda et stipendi militare praestare potuisset. aedem Quirini dedicavit, qu

1. *argenti quod captum ex urbibus erat pondo mille octingenta triginta*] argenti — pondo mille trecenta triginta. — Secuti sumus in huius loci scriptura constituenda Mediceum librum, in quo minus quam in reliquis a vero aberratum videbatur: „urbibus. p̄ co. acccxxx." nam nec hunc numerum ex omni parte probandum esse facile videtur intellectu. primo enim scriptum videtur *accc* (ut paulo ante „axxxiii" et sexcenties) pro *dccc*, deinde *co* pro „∞" i. e. *mille*. hoc ita esse cum aliis locis videre licet tum 3, 15., ubi in M scriptum est „ad ∞ ∞", in P m. 1. „ad co co milia hominum", m. 2. „ad cccc milia hominum". In codicibus P Leid. I. Klock. al. praetermissum est vel *co* vel ∞, et scriptum „argenti quod captum ex urbibus erat. p̄. acccxxx". cf. 10, 42. ubi in P x exciderat. In uno tamen Oxon. libro rec. propius vero quamquam litterarum metathesi scriptum est „pondo ad m cccxxx": illud *ad* enim ab imperitis recentioribu brariis pro *a* vel *d* scribi litum esse multis locis vi mus. in Voss. II. Lov. 3. ventum est: „p. ad cccn Cf. 26, 47.: „et auri arg relata ad imperatorem m uis: paterae aureae fue ducentae septuaginta se bras ferme omnes pondo: *genti* facti signatique *de et octo milia et trec pondo*" (Put.).

3. *omne aes argentumqu aerarium conditum:* P. M: „omne es argentumq." — Leid. I. Voss. II.: act ea inuidia est. — M: „ si spreta gloria fuisset c uae pecuniae in aerariun late et militi tum dari praeda et stipendium mili praestar*e* potuisset". *P stare* (scil. consul) in P que et Drak. codd. scrip est. priore etiam manu in P. — Leid. I.: et mil dari. Voss. II. al.: et m bus dari. Lov. 4.: et n dari. — Bekk.: dari — p stari.

8. *aedem Quirini dedic quam* est,: PM rell.] ae

in ipsa dimicatione votam apud neminem veterem auctorem invenio, neque hercule tam exiguo tempore perficere potuisset: ab dictatore patre votam filius consul dedicavit exornavitque hostium spoliis, quorum tanta multitudo fuit ut non templum tantum forumque iis ornaretur sed sociis etiam colonisque finitumis ad templorum locorumque publicorum ornatum dividerentur. ab triumpho exercitum in agrum Vescinum, quia regio ea infesta ab Samnitibus erat, hibernatum duxit. Inter haec Carvilius consul in Etruria

Quirini, quam cet. — Verbum *dedicavit*, quod primo ab Aldo praetermissum est, librorum omnium auctoritate restituimus, et quod persaepe apud Livium eadem verba proximis locis repetita videmus, et quod hoc potissimum loco repetitio eius verbi propter ea quae velut parenthesi interposita sunt quam minime otiosa videtur: „den Tempel des Quirinus weihte er: dass er ihn aber in der Schlacht selbst gelobt habe finde ich von keinem alten Gewährsmanne angeführt, auch hätte er ihn wohl schwerlich in so kurzer Zeit vollenden können: sein Vater hatte ihn als Dictator gelobt, und der Sohn weihte und schmückte ihn mit den erbeuteten Waffenstücken in seinem Consulate". — PM: apud neminem ueterem auctorem inuenio. Cod. Gärtn.: apud neminem ueter; auctorum inuenio. — M: quorum tanta multitudo fuit n̄ tēplum tantum forumq. *iis* ornaretur sed sociis etiam cet. m. 3.: fuit ut n̄ tēplum. P: ut non templum tantum forumque *iis* ornaretur sed locis etiam colonisque finutimis ad templorum loquorumque publicorum ornatum diuiderentur. m. 2.: locorumque. — Idem *finutimis*, quod in P, scriptum vidimus etiam in M pro *finitumis*: et in multis recc. codd. Drakenborchius „sed locis etiam colonisque" invenit.

7. *ab triumpho exercitum in agrum uestinum cet.* PM: lam Sigonius restituit „Vescinum"; 6, 20. — Leid. 1.: ad triumpho. Leid. 1. Lov. 4. multique alii codd.: uestinum. — Voss. II.: quia regio ea infestata a Samnitibus erat.

9. *inter haec Caruilius cos. in Etruria Troilum primum oppugnare adortus:* PM Leid. 1. Lov. 4. al.] inter haec — Troilium primum oppugnare adortus. — Sic scriptum est ex. gr. ab aliis *Treventum*, ab aliis *Treventium:* neque quidquam pluris habendum videtur in eis nominibus propriis, quorum apud reliquos scriptores nulla

Troilum primum oppugnare adortus quadringentos septuaginta ditissimos, pecunia grandi pactos ut abire inde liceret, dimisit, ceteram multitudinem oppidumque ipsum vi cepit. inde quinque castella locis sita munitis expugnavit. caesa ibi hostium duo milia quadringenti, minus duo milia capti. et Faliscis pacem petentibus annuas indutias dedit pactus centum milia gravis aeris et stipendium eius anni militibus: his rebus actis ad triumphum decessit ut minus clarum de Samnitibus quam collegae triumphus fuerat, ita cumulo Etrusci belli aequatum: aeris gravis tulit in aerarium trecenta octoginta milia, reliquo aere aedem Fortis Fortunae de ma-

mentio fit, quam antiquissimorum inscriptorum auctoritas: cf. 10, 45. Sigonius tamen „Trossulum“ scribendum coniecit secundum Plin. 33, 2. 9. — PM: cccclxx. ditissimos pecunia grandi pactos ut abire inde liceret dimisit. Leid. I.: pactus. — Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: oppidum ipsum cepit. — Paulo post scriptum est in M: „caesa ibi ostium. II. cccc. minus. II capti“. in P: „caesa ibi hostium. II. cccc. capti et faliscis“ cet. mediis omissis. — Multi recc. codd.: castella quinque — caesa ibi hominum — minus duobus millibus — capta. Cod. Klock. „caesa ibi hostium duo millia cccc capti“.

6. *et Faliscis pacem petentibus annuas indutias dedit pactus c mił grauis aeris et stipendium eius anni militibus:* P. In M scriptum est „pactus ē. c̄ mił. grauis aeris“: ut dubium sit an in antiquiore libro fuerit „pactus cc mił grauis aeris“. nam *pactus est* vix magis huic loco convenerit quam paulo post sequenti, quo in eodem M „aequatū *e* aeris“ scriptum est. Inde factum videtur ut in Lov. 3. scriberetur „pactus est mill. grauis aeris“, in Voss. I. al. „et pactus c mill.“, in Portug. „et pactus est“. — M m. 1.: et stipendium ius anni. m. 2.: eius. — Voss. II. Lov. 4.: haud minus clarum. Lov. 2.: ut minus clarus — aequatus. Leid. I.: quam collegae triumphus fuerit. Leid. I. Voss. II. Lov. 4. al.: „aequato“: quasi id ad *cumulo* pertineret.

11. *reliquo aere aedem Fortis Fortunae de manubiis faciendam locauit:* PM rell.] de reliquo aere cet. — Ablativus omissa praepositione rectissime habet, sive eum interpretaberis ablativo pretii quo quid locetur, sive relatum males ad *de manubiis:*

nubiis faciendam locavit prope aedem eius deae ab rege Servio Tullio dedicatam: et militibus ex praeda centenos binos asses et alterum tantum centurionibus atque equitibus malignitate collegae gratius accipientibus munus divisit. favor consulis tutatus ad populum est L. Postumium legatum eius, qui dicta die a M. Scantio tribuno plebis fugerat in legationem ut fama ferebat populi iudicium, iactarique magis quam peragi accusatio eius poterat.

XLVII. Exacto iam anno novi tribuni plebis magistra-

cf. 3, 5.: „venissetque in periculum summa rerum ni T. Quinctius peregrinis copiis *cum* Latino Hernicoque exercitu subvenisset“. — Cf. 27, 11.: intus cellam aedis Fortis Fortunae de capite signum, quod in corona erat, in manum sponte sua prolapsum. — Paulo ante scriptum est in PM: aeris grauis tulit in aerarium cccLxxx mil. — Dein PM Leid. I. Lov. 4. al.: prope aedem eius deae ab rege seruio tullo dedicatam.

2. *centenos binos asses*: P m. 2. M. — P m. 1.: gentenos. — Leid. I. Voss. II. al.: et alterum *tantum* in centurionibus. — PM: malignitate collegae gratius accipientibus munus: „ein Geschenk, das ihnen im Vergleich zu der Unfreundlichkeit des andern Consuls, der seinen Soldaten keinen Antheil an der Beute gegönnt hatte, um so angenehmer wurde“: cf. 2, 42.: accensaque ea cupiditas est malignitate patrum, qui devictis eo anno Volscis Aequisque militem praeda fraudavere.

5. *fauor consulis tutatus ad populum est L. Postumium legatum eius*: PM: nisi quod in P scriptum est „pauor“. In Leid. I. excidit *est*, in Voss. II. Lov. 4. al. *eius*. Voss. II.: tutatus ad populum non est. — Deinde scripsimus Pighium et Iac. Gronovium secuti *Scantio*, cum idem in P esset „qui dicta die a m̄. scantio tr. p̄l. fugerat in legationem ut fama ferebat populi indicium“: i. e. L. P. fugerat in legationem ut effugeret populi iudicium: „der aus Furcht wie es hiess vor der Verurtheilung beim Volke eine Legatenstelle im Heere des Carvilius übernommen hatte“. Ant. Perizonius aut *legatione* aut *in legatione* scribi voluit. — M: qui dicta die a m̄. cantio tr. pl. fugerat in legationem cet. Cf. 23, 11.: in locum P. Scantini. — Cf. 10, 37.: iactata res ad populum est.

9. *exacto iam anno noui tr. pl. magistratum inierant hisq. ipsis quia uitio creati erant v post dies alii suf-*

tum inierant, hisque ipsis, quia vitio creati erant, quinque post dies alii suffecti. lustrum conditum eo anno est a P. Cornelio Arvina C. Marcio Rutilo censoribus: censa capitum milia ducenta sexaginta duo trecenta viginti unum: censores vicesimi sexti a primis censoribus, lustrum undevicesimum fuit. eodem anno coronati primum ob res bello bene gestas ludos Romanos spectarunt, palmaeque tum primum translato e Graecia more victoribus datae. eodem anno ab aedilibus curulibus, qui eos ludos fecerunt, damnatis aliquot pecuariis via a Martis silice ad Bovillas perstrata est. Comitia consularia L. Papirius habuit: creavit consules Q. Fabium Maximi F. Gurgitem et D. Iunium Brutum Scaevam: ipse Papirius praetor factus. Multis rebus laetus annus vix ad solatium unius mali — pestilentiae urentis si-

fecti: M m. 2. nam m. 1. scriptum erat *exacta.* In P praetermissis mediis scriptum vidimus „exacto iam anno noui tr. pl. magistratum inierant his V. post dies alii suffecti". — PM: „lustrum conditum eo anno est a p. cornelio aruina c. marcio (M: martio) *rutilo* censoribus". sic scriptum est 7, 38. in PM: „nouus coš. C. Marcius Rutilus": alibi „rutil*ius*". — Drakenb. codd.: C. Marcio Rutilio.

3. *censa capitum milia ducenta sexaginta duo trecenta uiginti unum:* (PM cod. Klock.)] censa capitum millia ducenta sexaginta duo trecenta viginti duo (Aldus cum Leid. I.). — PM (cod. Klock.?): milia CCLXII. CCCXXI. In Sigon. etiam codice scriptum erat „CCLXXII. CCCXXI." — P: censores uicesimi sexti a primis censoribus. M: censores uicesimus sexti a primis censoribus. — PM: lustrum unde xx fuit.

7. *spectarunt:* PM et tres recc. codd.] spectaverunt (rell. codd.). — P m. 1. M omnesque prope Drak. codd.: „translato egregio more". P m. 2.: „e grecio". Contrario mendo scriptum est 21, 57. in Put. „e greciae" pro *egregie.* — Paulo post M: „damnatis aliquot pecuariis uia armatis silice ad bouillas perstrata est": (*armatis* litterarum metathesi pro *a martis*). P: damnatis aliquod (m. 2.: aliquot) pecuarit. uia a martis cet. Recc. codd.: pecuniariis. — M (cod. Klock.): creauit coss. q. fauium. maximi. f. gurgitem. P: commitia consularia l. papirius habuit creauit coss. qui fauium maxime. f. gurgitem.

mul urbem atque agros — sufficit, portentoque iam similis clades erat: et libri aditi, quinam finis aut quod remedium eius mali ab diis daretur: inventum in libris Aesculapium ab Epidauro Romam arcessendum: neque eo anno, quia bello occupati consules erant, quicquam de ea re actum praeter quam quod unum diem Aesculapio supplicatio habita est.

1. *sufficit:* PM Leid. I.] suffecit. Cf. 9, 37. — M: ad solacium. — P Leid. I. al.: pestilentiae urenti *s*imul urbem atque agros. M: pestilentia*e i*urenti cet. (ex quo dubium fit an in antiquiore libro duae scripturae *pestilentiae* et *pestilentiai* coniunctae fuerint:). Lov. II.: pestilenti*a* urent*i*. — Cod. Gärtn.: similis clad*is* erat. Cf. 10, 35. — P: quod remedium eius mali a diis daretur. inuentum in libris aesculapium ad epidauro romam arcescendum. m. 2.: ab epidauro — arcessendum. — PM: quia bello occupati coss. erant. Recc. codd.: quia occupati consules bello erant. — P: q. quam de ea re actum. P m. 2. M: quicquam. — M: quod unum diem aescupio supplicatio habita est. — In huius libri fine scriptum est in P: „Titi Liui ab urbe cond liber. x. explicit feliciter". in M: „Titi Liui ab urbe condita. lib. x. explicit feliciter".

ARGUMENTA
LIBRORUM LIVIANORUM.

SUBIECTA EST DIVERSITAS EDIT. PRINCIPIS ROMANAE.

VI.

Res adversus Volscos et Aequos et Praenestinos prospere gestas continet. quattuor tribus additae sunt Stellatina Tromentina Sabatina Arniensis. M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum obstrictos aere alieno liberaret nexos exsolveret, crimine adfectati regni damnatus de saxo deiectus est: in cuius notam senatus consultum factum est ne cui de Manlia gente Marco cognomen esset. C. Licinius et L. Sextius tribuni plebis legem promulgaverunt ut consules etiam ex plebe fierent qui ex patribus creabantur, eamque legem cum magna contentione repugnantibus patribus, cum idem tribuni plebis per quinquennium soli magistratus fuissent, pertulerunt, et primus ex plebe consul

1. R.: Ex libro sexto. Res aduersus Equos & Volscos & Prenestinos ꝓsperegestas continet.
2. addite sūt.
— Stellatina. Sabbatina. Promentina. Armensis. M. Mālius cet.
5. nexos exolueret: crimine affectati regni damnatus: de saxo deiectus est.
6. in cuius notā Senatus Consultū factū est.
7. cognomē.
8. L. Sestius. Tri. Pl. legem ꝓmulgarunt.
9. etiā ex Plebe.
10. Eam legem.
11. cum idem Tri. Pl. per quinquennium.
12. Et primus omnium ex plebe consul. L. Sestius creatus est.

L. Sextius creatus est. lata est et altera lex ne cui plus quingentis iugeribus agri liceret possidere.

VII.

Duo novi magistratus adiecti sunt praetura et curulis aedilitas. pestilentia civitas laboravit eamque insignem fecit mors Furii Camilli: cuius remedium et finis cum per novas religiones quaereretur, ludi scenici tum primum facti sunt. cum dies L. Manlio dicta esset a M. Pomponio tribuno plebis propter dilectum acerbe actum et T. Manlium filium rus relegatum sine ullo crimine, adolescens ipse, cuius relegatio patri obiciebatur, venit in cubiculum tribuni strictoque gladio coegit eum in verba sua iurare, non perseveraturum se in accusatione. cum telluris hiatu tota ad ultimum territa patria foret, tunc omnia pretiosa missa sunt in patentem voraginem urbis Romanae: in eam Curtius armatus equo sedens se praecipitavit eaque expleta est. T. Manlius adolescens, qui patrem a tribunicia vexatione vindicaverat, contra Gallum provocantem aliquem ex militibus Romanis in singulare certamen descendit eique occiso torquem aureum detraxit, quem ipse post ea tulit et ex eo Torquatus vocatus est. duae tribus additae Pomptina et Publilia.

1. Lata est altera lex; ne cuiquam plus.
3. R: Ex libro septimo. Duo noui Magistratus adiecti sunt. Praeterea & Edilitas Curulis.
6. quereretur.
— tunc primum.
7. Cū dies. L. Manlio dicta esset a. M. Pompeio Tri. Pl. propter delectum acerbe factum: & ob. T. Manlium filium relegatum.
10. obiiciebatur.
11. non per seueraturum se in accusatione. tunc omnia preciosa omissa sūt in patentem uoraginem urbis rome. Curtius armatus equo se precipitauit. eaq; expleta ē. Manlius adolescens.
16. qui patrem a tribunitia uexatione liberauerat contra Gallum cet.
18. eiq; occiso torquē aureū detraxit: quē ipse.
19. Torquatus ē nūcupatus.
20. Due tribus addite Pomponiana & Publicia.

Licinius Stolo lege ab ipso lata damnatus est, quod plus quingentis iugeribus agri possideret. M. Valerius tribunus militum Gallum, a quo provocatus erat, insidente galea corvo et unguibus rostroque hostem infestante occidit, et ex eo Corvini nomen accepit, consulque proximo anno, cum annos viginti tres haberet, ob virtutem creatus est. amicitia cum Carthaginiensibus iuncta est. Campani cum a Samnitibus bello urgerentur auxilio adversus eos a senatu petito, cum id non impetrarent, urbem atque agros populo Romano dediderunt: ob quam causam ea quae populi Romani facta essent, defendi bello adversus Samnites placuit. cum ab A. Cornelio consule exercitus in iniquum locum deductus in magno discrimine esset, P. Decii Muris tribuni militum opera servatus est, qui occupato colle super id iugum in quo Samnites consederant, occasionem consuli in aequiorem locum evadendi dedit, ipse ab hostibus circumsessus erupit. cum milites Romani, qui Capuae in praesidio erant relicti, de ea occupanda urbe conspirassent, et detecto consilio metu supplicii a populo Romano defecissent, per M. Valerium Corvinum dictatorem, qui consilio suo eos a furore revocaverat, patriae restituti sunt. res prae-

1. quod plus quingentorū iugerum agri possideret.

3. Gallū ab quo prouocatus erat: insidēte galea coruo: & unguibus rostroq; infestante hostem: interemit: & ex eo Coruini nomen accepit. Consulq; proximo anno creatus est ob uirtutem: cum uicesimum tertium haberet annum.

6. Amicitia cū Carthaginensibus iuncta. Campani cum urgerentur a Samnitibus bello: auxilio cet.

9. cū id non impetrarent: urbem atq; agros Populo. Ro. dediderunt.

10. Ob quā causam ea: que Populi Ro. facta essent.

12. in iniquū locū.

13. esset. D. Murene Tribuni Militum opera.

15. Samnites sederant. occasionē Consuli in equiorē locum.

16. circūsessus erupit. Milites Ro. qui Capue in presidio erant relicti: cū de ea cet.

18. cōspirassent.

19. a Po. Ro. defecissent.

20. per. M. Valeriū Coruinum Dictatorem.

21. patrie restitute sunt.

— preterea.

ter ea contra Hernicos et Gallos et Tiburtes et Privernates et Tarquinienses et Samnites et Volscos prospere gestas continet.

VIII.

Latini cum Campanis defecere et missis legatis ad senatum condicionem tulerunt ut, si pacem habere vellent, alterum ex Latinis consulem facerent. qua legatione perlata praetor eorum Annius de Capitolio ita prolapsus est ut exanimaretur. T. Manlius consul filium, quod contra edictum adversus Latinos quamvis prospere pugnasset, securi percussit. laborantibus in acie Romanis P. Decius tunc consul cum Manlio devovit se pro exercitu, et concitato equo cum in medios hostes se intulisset, interfectus morte sua Romanis victoriam restituit. Latini in deditionem venerunt. T. Manlio in urbem reverso nemo ex iuventute obviam processit. Minucia virgo Vestalis incesti damnata est. Ausonibus victis in oppidum ex iis captum Cales colonia deducta est: item Fregellae colonia deductae sunt. veneficium complurium matronarum deprehensum est, ex quibus plurimae statim epotis medicaminibus perierunt: lex de veneficio tum primum constituta est. Privernatibus cum rebellassent victis civitas data est. Palaepolitani bello et ob-

4. R: Ex libro octauo. Latini cū Campanis defecerunt. & missis Legatis ad Senatū conditionē tulerūt,
5. uellēt: alterū.
7. Pretor eorum Aruns de Capitolio ita prolapsus est: ut examinaretur.
8. T. Manlius Cōsul filium eius q, contra edictū pugnauerat aduersum Latinos: quāuis prospere pugnasset.
10. Laborantibus Ro. P. Decius tunc cū Manlio deuouit se.
11. & cōcitato equo cū in medios hostes se intulisset interfectus. Morte sua Romanis uictoriā restituit.
13. in deditionē uenerunt. T. Mālio.
15. Minutia.
16. in oppidum Cales Colonia deducta est.
17. Item Fregelle colonia deducte sunt.
— Veneficium qplurium Matronarū comprehensū. Quarū plurime statim.
20. tunc primū.
21. data est. Neapolitani uicti

sidione victi in deditionem venerunt. Q. Publilio, qui eos obsederat, primo et imperium prolatum et proconsuli decretus triumphus. plebs nexu liberata est propter L. Papirii creditoris libidinem, qui C. Publilio debitori suo stuprum inferre voluerat. cum L. Papirius Cursor dictator reversus in urbem ab exercitu esset propter auspicia repetenda, Q. Fabius magister equitum occasione rei bene gerendae invitatus contra edictum eius prospere adversus Samnites pugnavit: ob eam causam cum dictator de magistro equitum supplicium sumpturus videretur, Fabius Romam profugit, et cum parum causa proficeret, populi precibus donatus est. res praeter ea contra Samnites prospere gestas continet.

IX.

T. Veturius Sp. Postumius consules apud Caudinas Furcas deducto in locum iniquum exercitu, cum spes nulla esset evadendi, foedere cum Samnitibus facto et sexcentis equitibus Romanis obsidibus datis ita exercitum abduxerunt ut omnes sub iugum mitterentur: idemque auctore Sp. Postumio consule, qui in senatu suaserat ut eorum deditione, quorum culpa tam deforme foedus ictum erat, publica fides

bello & obsidione in deditionem uenerunt. Quintio Publio qui eos obsederat: primum imperium prolatum. & per Consules ei decretus Triumphus.

3. L. Papyrii.

4. C. Publio creditori suo stuprū.

5. Cum. L. Papyrius Dictator.

6. Quintius Fabius Magister equitum.

7. gerende.

8. contra edictum eius preliatus est: qui prospere aduersus Sānites pugnauit.

9. suppliciū sumpturus uideret.

10. ꝓfugit. & cū causa parū ꝓficeret.

11. populi p̄cibus donatus ē. Res preterea cōtra Samnites ꝓspere gestas cōtinet.

13. R.: Ex libro nono. S. Veturius & Sp. Postumius: apud Caudinas Furculas: deducto in locū iniquū exercitu: cū nulla spes euadendi esset: federe cū Samnitibus facto.

17. Idemq; Autore.

18. ut eorū deditioni.

19. fedus.

berarctur, cum duobus tribunis plebis et omnibus qui fidem ɔoponderant dediti Samnitibus non sunt recepti. nec multo ost ea fusis a Papirio Cursore Samnitibus et sub iugum ıissis receptisque sexcentis equitibus Romanis, qui obsides ati erant, pudor prioris flagitii abolitus est. tribus duae ad- :ctae sunt Ufentina et Falerna. Suessa et Pontiae coloniae eductae sunt. Ap. Claudius censor aquam perduxit, viam ɪravit quae Appia vocata est, libertinorum filios in sena- um legit: ideoque, quoniam is ordo videbatur inquinatus ıdignis, sequentis anni consules in senatu legendo observa- erunt quem ad modum ante proximos censores fuerat. ɜs praeter ea contra Apulos Etruscos Umbros Marsos Pe- gnos Aequos et Samnites, quibus foedus restitutum est, rospere gestas continet. Flavius scriba libertino patre na- ıs aedilis curulis fuit per forensem factionem creatus: quae um comitia et campum turbaret et in iis propter nimias ires dominaretur, a Q. Fabio censore in quattuor tribus re- lacta est quas urbanas appellavit, eaque res Fabio Maximo ıomen dedit. in hoc libro mentionem habet Alexandri qui emporibus his fuit, et aestimatis populi Romani viribus quae unc erant colligitur, si Alexander in Italiam traiecisset, non

1. cum duobus Tri. Pl. & omnibus qui per fedus spoponderant.
2. nec etiam multo postea fusis a Papyrio cursore.
4. receptisq; sexcentis eqtibus Romanis.
5. pudor poris flagitii abolitus ē.
— Tribus due adiecte sūt. Ofentina & Faleria. Suessa & Pontia Colonie deducte sunt.
9. Ideoq; quoniam.
.0. sequentis anni Censores in Senatu legendo obseruauerūt: quēadmodum ante per proximos Censores obseruatū fuerat.
12. Res preterea cōtra Apulos.
13. Equos: & Samnites: quibus fedus erat restitutū: prospere gestas.
15. Edilis Curulis fuit p forensem factionem.
— que cum Comitia & Campum turbaret.
17. redacta est. eaq; res Fabio Maximo nomen dedit.
19. mensionem habet Alexandri: qui temporibus his fuit: & estimatis Po. Ro. uiribus: que tunc erant: colligitur: Si.
21. non iam facilē ei uictoriā de Populo Ro. fore: g de iis gentibus quas ad orientē cet.

tam facilem ei victoriam de populo Romano fore quam de iis gentibus quas ad Orientem imperio suo subiecerat.

X.

Coloniae deductae sunt Sora et Alba et Carseoli. Marsi in deditionem accepti sunt. collegium augurum ampliatum est ut essent novem, cum antea quaterni fuissent. lex de provocatione ad populum a Valerio consule tunc tertio lata est. duae tribus adiectae sunt Aniensis et Terentina. Samnitibus bellum indictum et adversus eos saepe prospere pugnatum est. cum adversus Etruscos Umbros Samnites Gallos P. Decio et Q. Fabio ducibus pugnaretur et Romanus exercitus in magno esset discrimine, P. Decius secutus patris exemplum devovit se pro exercitu et morte sua victoriam eius pugnae populo Romano dedit. Papirius Cursor Samnitium exercitum, qui iureiurando obstrictus quo maiore constantia virtutis pugnaret in aciem descenderat, fudit. census actus est, lustrum conditum: censa sunt civium capita ducenta sexaginta duo milia et trecenta viginti.

XI.

Cum Fabius Gurges consul male adversus Samnites pugnasset et senatus de removendo eo ab exercitu ageret,

3. R: Ex libro decimo. Colonie deducte sunt. Sora et Alba. Carseoli.

4. accepti sūt.

6. ad populum a Murena Consule tunc primū lata est.

7. Due tribus adiecte sunt: Armeñ & Terentina. Sānitibus bellū indictū & aduersus eos ꝓspere pugnatū est.

10. pugnaretur: Romanusq; exercitus in maximo esset discrimine.

11. sequutus exemplum patris deuouit se.

12. uictoriā eius pugne Populo Ro. dedit.

13. Papyrius cursor.

14. qui iureiurando astrictus suo: quo maiore cōstantia uirtutis in aciē descēderet: fudit.

16. Censa sunt ciuium capita. ducenta septuaginta duo milia & trecenta uiginti.

18. R: Ex libro undecimo. Cum Fabius Gurges Cons. male aduersum Sāmnites pugnasset.

Fabius Maximus pater deprecatus hanc filii ignominiam eo maxime senatum movit quod iturum se filio legatum pollicitus est: idque praestitit, eiusque consiliis et opera filius consul adiutus caesis Samnitibus triumphavit, C. Pontium imperatorem Samnitium ductum in triumpho securi percussit. cum civitas pestilentia laboraret, missi legati ut Aesculapii signum Romam ab Epidauro transferrent, anguem qui se in navem eorum contulerat, in quo ipsum numen esse constabat, deportaverunt: eoque in insulam Tiberis egresso eodem loco aedes Aesculapio constituta est. L. Postumius consularis, quoniam cum exercitui praeesset opera militum in agro suo usus esset, damnatus est. pacem petentibus Samnitibus foedus quarto renovatum est. Curius Dentatus consul Samnitibus caesis et Sabinis, qui rebellaverant, victis et in deditionem acceptis bis in eodem magistratu triumphavit. coloniae deductae sunt Castrum Sena Hadria. triumviri capitales tum primum creati sunt. census actus, lustrum conditum est: censa sunt civium capita ducenta septuaginta duo milia. plebs propter aes alienum post graves et longas seditiones ad ultimum secessit in Ianiculum, unde a Q. Hortensio dictatore deducta est, isque in ipso magistratu decessit. res praeter ea contra Vulsinienses gestas continet, item adversus Lucanos contra quos auxilium Thurinis ferre placuerat.

2. Senatũ mouit: q; iturũm se filio-Legatũ pollicitus ẽ.
3. Idq; prestitit atq; eius. Consiliis.
4. cesis Samnitibus triũphauit.
6. missis legatis: ut Esculapii signũ.
9. deportauere.
— Eoq; in insulam Tyberis egresso: eodẽ loco sedes Esculapii constituta est.
11. quoniã cum exercitui presset.
12. Samnitibus pacem petententibus fedus quarto renouatũ est.
14. Cõsul: Samnitibus cesis.
— rebellauerãt.
16. Colonie deducte sunt.
17. tunc primum creati sũt.
— Census actus est. Lustrum conditum. Censa sunt ciuium capita. cclxxii.
19. Plebs ꝓpter es alienum & graues & longas seditiones.
20. in Ianiculũ.
22. Volscinienses.
23. contra quo auxilium tyrrhenis ferre placuerat.

XII.

Cum legati Romanorum a Gallis Senonibus interfecti essent, bello ob id Gallis indicto L. Caecilius praetor cum legionibus ab iis caesus est. cum a Tarentinis classis Romana direpta esset, duumviro qui praeerat classi occiso legati ad eos a senatu, ut de iis iniuriis quererentur, missi pulsati sunt. ob id bellum iis indictum est. Samnites defecerunt: adversus eos et Lucanos et Bruttios et Etruscos aliquot proeliis a compluribus ducibus bene pugnatum est. Pyrrhus Epirotarum rex ut auxilium ferret Tarentinis in Italiam venit. cum in praesidium Reginorum legio Campana cum praefecto Decio Iubellio missa esset, occisis Reginis Regium occupavit.

XIII.

Valerius Laevinus consul parum prospere adversus Pyrrhum pugnavit elephantorum maxime invisitata facie territis militibus. post id proelium cum corpora Romanorum qui in acie ceciderant Pyrrhus inspiceret, omnia versa in hostem invenit, populabundusque ad urbem Romanam processit. C. Fabricius missus ad eum a senatu ut de redimendis captivis ageret, frustra ut patriam desereret a rege temptatus

1. R: Ex libro duodecimo. Cum legati Romano℞ a Gallis Senonibus interfecti essēt.
2. L. Cecilius Pretor cum legionibus ab iis cesus est.
4. direpta ēēt: Duce qui preerat classi.
6. defecerūt.
7. & Brutios.
8. aliquot preliis a cōpluribus ducibus.
9. in Italiā uenit.
10. Cū in presidiū Regino℞ legio Cāpana cū prefecto Decio Iubelio missa esset: occisis Reginis: Regiū occupauit.
13. R: Ex libro. XIII. Valerius Leuinus.
14. elephātorum maxime inusitata facie.
15. Post id prelium: cum corpora Romano℞.
16. in hostē.
17. populabundusq; ad urbem Romam processit.
18. missus ad eum: ut de redimendis captiuis ageret.
19. temptatus ē.

est: captivi sine pretio remissi sunt. Cineas legatus a Pyrrho ad senatum missus petit ut componendae pacis causa rex in urbem reciperetur: de qua re cum ad frequentiorem senatum referri placuisset, Ap. Claudius, qui propter valetudinem oculorum iam diu consiliis publicis se abstinuerat, venit in curiam et sententia sua tenuit ut id Pyrrho negaretur. Cn. Domitius censor primus ex plebe lustrum condidit: censa sunt civium capita ducenta octoginta octo milia ducenta viginti duo. iterum adversus Pyrrhum dubio eventu pugnatum est. cum Carthaginiensibus quartum foedus renovatum est. cum C. Fabricio consuli is qui ad eum a Pyrrho transfugerat polliceretur venenum se regi daturum, cum indicio ad regem remissus est. res praeter ea contra Etruscos Lucanos Bruttios et Samnites prospere gestas continet.

XIV.

Pyrrhus in Siciliam traiecit. cum inter alia prodigia fulmine deiectum esset in Capitolio Iovis signum, caput eius per haruspices inventum est. Curius Dentatus cum dilectum haberet, eius qui citatus non responderat bona primus vendidit: item Pyrrhum ex Sicilia in Italiam reversum vicit et

1. Captiui sine p̄cio remissi sūt.
— Cyneas.
2. ad Senatū missus: petiit: ut cōponēde pacis causa Rex in urbe reciperetur.
4. Senatū.
— propter inualitudinem oculorū iam diu a Consiliis Pub. abstinuerat.
7. P. Domitius.
8. capita. cclxxviii. milia. ccxxii.
9. Iterū aduersus Pyrrhū dubio euentū pugnatū est.
10. Cum Carthaginensibus quarto fedus renouatū est.
11. ad eū.
12. polliceretur se regi uenenum daturum: cum inditio ad regem remissus ē.
13. p̄terea.
14. Lucanos & Brutios & Samnites p̄spere gestas continet.
15. R: Ex libro. xiiii. Pyrrhus in Siciliam traiecit.
17. per Aruspices.
— Curius dētatus cum delectum haberet.
18. bona uendidit.
19. Pyrrhū. iterū ex Sicilia in Italiā reuersum: uicit.

Italia expulit. Fabriciusq censor P. Cornelium Rufinum consularem senatu movit, quod is decem pondo argenti facti haberet. lustro a censoribus condito censa sunt capita civium ducenta septuaginta unum milia ducenta viginti quattuor. cum Ptolemaeo Aegypti rege societas iuncta est. Sextilia virgo Vestalis damnata incesti viva defossa est. coloniae deductae sunt Posidonia et Cosa. Carthaginiensium classis auxilio Tarentinis venit, quo facto ab iis foedus violatum est. res praeter ea contra Lucanos et Bruttios et Samnites feliciter gestas et Pyrrhi regis mortem continet.

XV.

Victis Tarentinis pax et libertas data est. legio Campana, quae Regium occupaverat, obsessa deditione facta securi percussa est. cum legatos Apolloniatium ad senatum missos quidam iuvenes pulsassent, dediti sunt Apolloniatibus. Picentibus victis pax data est. coloniae deductae Ariminum in Piceno Beneventum in Samnio. tum primum populus Romanus argento uti coepit. Umbri et Salentini victi in deditionem accepti sunt. quaestorum numerus ampliatus est ut essent octo.

1. P. Corneliū Ruffinū Consularē.
2. quod decē argenti pondo facti haberet.
3. capita ciuium. cclxxi. milia. ccxxiiii.
5. Cū Ptolemeo Egypti Rege.
6. defossa ē. Colonie deducte sunt Possidonia: & Consa.
7. Carthaginēsium classis auxilio Mamertinis uenit.
8. fedus uiolatū est.
9. Res preterea cōtra Lucanos: Sānites & Brutios.
10. mortē: cōtinet.
11. R: Ex libro. xv. Victus Tarentinis pax.
— Legio Campana que Regium occupauerat.
13. pcussa ē. Cū Legatos Apolloniatiū ad Senatū missos.
15. pax data. Colonie deducte: Ariminū in Piceno. Beneuentū in Samnio. Tunc primum Po. Ro. argento uti cepit.
17. Vmbri & Saleni uicti.
18. Questorum numerus ampliatus est. — (Verba „ut essent octo" desunt:).

XVI.

Origo Carthaginiensium et primordia urbis eorum referuntur: contra quos et Hieronem regem Syracusanorum auxilium Mamertinis ferendum senatus censuit, cum de ea re inter suadentes ut id fieret dissuadentesque contentio fuisset. transgressis tum primum mare equitibus Romanis adversus Hieronem saepius bene pugnatum. petenti pax data est. lustrum a censoribus conditum est: censa sunt civium capita ducenta octoginta duo milia ducenta triginta quattuor. D. Iunius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris edidit primus. colonia Aesernia deducta est. res praeter ea contra Poenos et Vulsinios prospere gestas continet.

XVII.

Cn. Cornelius consul a classe Punica circumventus et per fraudem veluti in conloquium evocatus captus est. C. Duilius consul adversus classem Poenorum prospere pugnavit primusque omnium Romanorum ducum navalis victoriae duxit triumphum, ob quam causam ei perpetuus honos habitus est ut revertenti a cena tibicines canerent et funale

1. R: Ex libro. xvi. Origo Carthaginensium & primordia urbis referuntur. cōtra quos & Hieronē Regem Syracusanorum auxilium Mamertinis ferendū censuit Senatus. Cū de ea re cet.
4. dissuadentesq;.
6. sepius bene pugnatū.
7. Lustrum a Censoribus conditum. Censa sunt ciuium capita. cclxxxii. milia. ccxxxiiii.
9. gladiatoriū.
10. Colonia esernia.
11. Res preterea cōtra Poenos & Volscos ꝓspere gestas continet.
13. R: Ex libro. xvii: An. Cornelius Cons. a classe Punica circūuentus: & per fraudem neluti in colloquium euocatus.
15. Cn. Duilius Consul aduersus classem peno℞ ꝓspere pugnauit: primusq; omnium Romanorū Ducum naualis uictorie duxit triumphū.
17. ob quā causam.
18. ut reuertēti a cena tibicenes canerēt: & funale preferretur.

praeferretur. L. Cornelius consul in Sardinia et Corsica contra Sardos et Corsos et Hannonem Poenorum ducem feliciter pugnavit. Atilius Calatinus consul cum in locum iniquum a Poenis circumsessum temere exercitum duxisset M. Calpurnii tribuni militum virtute et opera evasit, qui cum trecentis militibus eruptione facta hostes in se converterat. Hannibal dux Poenorum victa classe cui praefuerat a militibus suis in crucem sublatus est. Atilius Regulus consul victis navali proelio Poenis in Africam traiecit.

XVIII.

Atilius Regulus in Africa serpentem portentuosae magnitudinis cum magna militum clade occidit, et cum aliquot proeliis bene adversus Carthaginienses pugnasset successorque ei a senatu prospere bellum gerenti non mitteretur, id ipsum per litteras ad senatum missas questus est, in quibus inter causas petendi successoris erat quod agellus eius a mercennariis desertus esset. quaerente deinde fortuna ut magnum utriusque casus exemplum in Regulo proderetur, arcessito a Carthaginiensibus Xanthippo Lacedaemoniorum duce victus proelio et captus est. res deinde a ducibus Ro-

1. in Sardinia contra Sardos & Corsos: & Hannonem Pænorum ducem.
3. Attilius Calatinus.
— cum in locum iniquum a Pænis circumsessum temere duxisset exercitum.
5. M. Calfurnii Tri. Militum.
6. in se conuertit.
7. Annibal Dux Pænorum.
— prefuerat.
8. Attilius Regulus.
9. prelio Penis: in Africā traiecit.
10. R: Ex libro. xviii. Attilius Regulus.
10. portentuose magnitudinis cum maxima militum clade.
11. aliquot preliis aduersum Carthagineñ pugnasset: successorq;.
14. missas cōquestus est.
15. petendi successoris: q, agellus eius a mercennariis diuastaretur. Querente deinde fortuna ut magnum utriusq; casus.
18. accersito a Carthaginensibus Xanthippo Lacedemonio℞ Duce: uictus prelio & captus ē.

manis omnibus terra marique prospere gestas deformaverunt naufragia classium. Ti. Coruncanius primus ex plebe pontifex maximus creatus est. P. Sempronius Sophus M'. Valerius Maximus censores cum senatum legerent, tredecim senatu moverunt, lustrum condiderunt, quo censa sunt civium capita ducenta nonaginta septem milia septingenta nonaginta septem. Regulus missus a Carthaginiensibus ad senatum ut de pace et, si eam non posset impetrare, de commutandis captivis ageret, et iure iurando adstrictus rediturum se Carthaginem si commutari captivos non placuisset, utrumque negandi auctor senatui fuit, et cum fide custodita reversus esset, supplicio a Carthaginiensibus de eo sumpto periit.

XIX.

Caecilius Metellus rebus adversus Poenos prospere gestis speciosum egit triumphum tredecim ducibus hostium et centum viginti elephantis in eo ductis. Claudius Pulcher consul contra auspicia profectus iussit mergi pullos qui cibari nolebant: infeliciter adversus Carthaginienses classe pugnavit, et revocatus a senatu iussusque dictatorem dicere Claudium Gliciam dixit sortis ultimae hominem, qui coactus

1. terra mariq;.
— deformauere.
2. T. Coruncanus.
3. creatus ē. M. Sēpronius Scopus: Valerius Maximus.
4. xiii. Senatu mouerunt.
6. capita. cccxvii. milia. ccxevii.
7. a Carthaginēsibus.
8. ut de pace: & si eam minime impetraret: de captiuis cōmutandis ageret: iureiurando astrictus ē: rediturū se.
10. si cōmutari captiuos nō placuisset.
11. Vtrunq; negandi autor.
12. a Carthaginensibus.
14. R: Ex libro. xviiii. Secilius Metellus.
— Paenos.
15. Speciosissimū egit Triūphū. xiii. ducibus hostiū &. cxx. elephātis in eo ductis.
16. Claudius Pulcher Con. qui cōtra auspicia pfectus iussit immergi pullos: q cibari nolebāt.
18. Carthaginēses.
19. iussusq; Dictatorem dicere. C. Glauciā dixit.
20. sortis ultime hominē.

abdicare se magistratu post ea ludos praetextatus spectavit. Atilius Calatinus primus dictator extra Italiam exercitum duxit. commutatio captivorum cum Poenis facta est. coloniae deductae sunt Fregenae, in agro Salentino Brundisium. lustrum a censoribus conditum est: censa sunt civium capita ducenta quinquaginta unum milia ducenta viginti duo. Claudia soror P. Claudii, qui contemptis auspiciis male pugnaverat, a ludis revertens cum turba premeretur, dixit „utinam frater meus viveret' iterumque classem duceret". ob eam causam multa ei dicta est. duo praetores tum primum creati sunt. Caecilius Metellus pontifex maximus A. Postumium consulem, quoniam idem et flamen Martialis erat, cum is ad bellum gerendum proficisci vellet, in urbe tenuit nec passus est a sacris recedere. rebus adversus Poenos a pluribus ducibus prospere gestis summam victoriae C. Lutatius consul victa ad Aegatis insulas classe Poenorum imposuit. petentibus Carthaginiensibus pax data est. cum templum Vestae arderet, Caecilius Metellus pontifex maximus ex incendio sacra eripuit. duae tribus adiectae sunt Velina et Quirina. Falisci cum rebellassent, sexto die perdomiti in deditionem venerunt.

1. pretextatus.
2. Attilius Calatinus.
— exercitū duxit.
3. Cū Pœnis captiuorum cōmutatio facta est.
— Colonie deducte sunt Fregelle.
4. Brundusiūm.
5. ciuiū capita. cclr. milia. ccxxII.
7. cōtemptis.
8. a ludis diuertens.
— utinā.
9. iterumq;.
— ob eam causam muletata est. Duo Pretores.
11. Cecilius Metellus.
— A. Postumiū Consulē. quoniā idem.
13. cum ille ad bellum gerendum proficissi uelet.
14. Pænos pluribus ducibus.
15. summam uictorie. C. Luctatius Cons. uicta ad Egades insulas classe: Pænorū finem bello imposuit.
17. petentibus Carthaginensibus.
— Cum tēplum ueste arderet. Cecilius Metellus.
19. sacra rapuit.
— Due tribus adiecte sunt: Velina & Esquilina.
20. sexto die domiti in deditionem uenerunt.